Visual Library Portal

Inhouse-Digitalisierung

De Aristarchi studiis Homericis

Lehrs, Karl

Regimontii Prussorum, 1833

urn:nbn:de:s2w-2441

Visual Library

Rec. von Lorenzen in: Jahrb. f. wiss. Kritik. März 1834. no. 46–48.

DE

ARISTARCHI

STUDIIS HOMERICIS.

AD

PRAEPARANDUM HOMERICORUM CARMINUM TEXTUM
ARISTARCHEUM

SCRIPSIT

K. LEHRS

PH. DR. GYMN. FRID. REGIM. PRAECEPTOR.

REGIMONTII PRUSSORUM.

SUMTIBUS FRATRUM BORNTRAEGER.

MDCCCXXXIII.

REGIMONTII PRUSSORUM.
IMPRESSIT CONRADUS PASCHKE.

1055

CHR. AUG. LOBECKIO

CAR. LACHMANNO

PHILOLOGIS ILLUSTRIBUS

LUD. GUIL. SACHS

MEDICO CELEBERRIMO

GRATO ANIMO

A.

Praefatio.

Quibus et studiis et odiis evenerit ut quadraginta per annos, cum Wolfius Alexandrinae grammaticae fundamenta substruxisset, nemo ad Aristarchum pernoscendum traheretur, id recte dici non potest nisi vel acerbe dicatur vel ridicule. Verum ridere vel obiurgare qui decet in praefatione? Haec enim Musa mendica est, fores pulsans introitumque postulans, Praefatio dicta a praefanda venia. Ergo admissionis caussas conquirens primam ut maxime probabilem expromit eam quod, cum nihil fieri potuisset facilius, librum non afferat duplo maiorem. Etenim magnum librum magnum malum esse, etiamsi diffiteri non liceat primum ab amplissimorum voluminum conditore iactatum, tamen aureum carmen esse. Quod si ullis temporibus opportune prolatum sit, hac aetate librorum feracissima rectissime dici iureque excludi qui nec tempori parcat lec-

torum nec nummis. Altera causa a materia repetitur: nam „proba est materia“. Quis est enim paulo intelligentior philologiae artifex in certis quibusdam huius disciplinae partibus occupatus quin secure machinantes demiratus Nephelococcygiam strui imaginetur suisque pressus angustiis fundamenta curari, firmamenta anquiri pervelit? At parum est ut proba materia sit „nisi probum adhibeas fabrum“. Non potest auctor de fabrica sua gloriari; imo saepe dum haec scribit apud animum suum cogitavit quam eximios ex eiusmodi opera fructus hae litterae percipere potuissent, si quis ad eam aggressus esset et varietate rerum et ingenii celeritate instructior. Nunc ipse intimo sentit pectore nec erit qui intelligat melius, ab ultima meta quam et possimus et debeamus attingere quam longo distemus intervallo. Sed prospectus si displicet, respicite paulum: ad eum locum quousque Wolfio decursum erat reflectite oculos: iam aeque et candide proloquiminor, quod nunc confectum est spatii tam exiguum videatur ut frustra hic auctor laborasse censendus sit. Quae vero singulis quibusdam locis peccata, neglecta, squalida remanserunt, quae minus multa forent nisi publice prodeundi et Aristarchomerum exornandi sero subortum consilium esset,

ἀλλ᾽ ἤτοι μὲν ταῦτα μεταφρασόμεσθα καὶ αὖτις.
νῦν δ᾽ —
ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν.

Index dissertationum et capitum.

Diss. I.

De fontibus doctrinae Aristarcheae.

C. I. p. 1—18. Aristonici liber de notis Aristarchi.

C. II. p. 18—38. Didymi liber de Aristarchi editione Homeri. De adornatione codicis Veneti A. Herodiani liber de prosodia Homerica. Senacherim.

C. III. p. 38—41. De fide codd. L. et V. et Eustathii.

Diss. II.

De Aristarchea vocabulorum Homericorum interpretatione.

C. I. p. 42—61. Exponitur quid ante Aristarchum in vocabulorum interpretatione grammatica praestitum videatur. In vocibus Homericis illustrandis non multum antea profectum. Quo magis quaedam Aristarchi (qui universe hunc locum egregie tractavit) condonanda peccata. Error in vocabulo *διερός*.

C. II. p. 61—83. *βάλλειν, οὐτάσαι* sim.

C. III. p. 84—165. Reliquae verborum interpretationes eoque pertinentes observationes.

Diss. III.

De explicatione poetae quatenus pendet a scientia antiquitatis Homericae.

C. I. p. 167—177. De aëre, aethere, Olympo, et quaedam alia de facie mundi.

C. II. p. 177—193. Mythologica.

C. III. p. 193—200. De cultu et victu heroum.

C. IV. p. 200—229. De grammaticis qui ἐνστατικοί et λυτικοί dicti sunt.

C. V. p. 229—256. Chorographica et geographica.

§. 1. De agro Troiano et ordine navium. §. 2. (p. 232) Reliqua fragmenta de locis et populis ap. Homerum commemoratis. §. 3. (p. 242) Quam rationem plerique, ante Aristarchum maxime, in explicanda chorographia Hom. secuti sint; Aristarchi merita. §. 4. (p. 250) De Ulixi erroribus.

Diss. IV.

De prosodia.

C. I. p. 257—316. De accentibus.

C. II. p. 316—345. De interaspiratione.

C. III. 345—347. De spiritu vocabulorum pincipali.

Diss. V.

De criticis Aristarchi rationibus.

C. I. p. 348—365. De athetesibus.

C. II. p. 365—386. De constituenda lectione.

p. 387 Excursus. Commentarii Apionis et Herodori nomine inscripti, quibus Eust. usus est, cum scholiis Venetis comparantur.

Dissertatio I.

De fontibus doctrinae Aristarcheae.

C. I.

Aristonici liber de notis Aristarchi.

§. 1. Quaestionum, quas ad antiquitatem illustrandam instituimus, nullae difficiliores, nullae tot impedimentis obstructae, quam quae solis scholiastarum grammaticorumque litteris nituntur. Nam cum parpaucas aetas tulit integras, tum antiquissimorum, unde hi posteriores sua mutuati sunt, praecepta et testimonia partim per discipulorum ora tradita fuere, partim incuria defiexa, partim etiam inique detorta, partim inscite vel adaucta vel decurtata reperiuntur. Quare cum summa in hoc genere opus sit cautione, ne erroribus vel mendaciis testium circumveniamur, tum de Aristarcho dicturi, cuius nomen cum ipsa paene critica aequiparatur, quasi severo monitore uti videmur, ne quid gravius in ea arte peccemus. Ergo disputandi initium inde facere visum ut testium, qui in hac quaestione adhibendi sunt, fidem et diligentiam accurate exploremus. Et primum quidem locum Scholia Homerica sibi postulant.

Codex Scholiorum Venetus A, quo primum his de Alexandrina grammatica quaestionibus facultas data, quattuor grammaticorum coniunctos exhibet libros, non integros illos, attamen etiamnum omnibus fere gramma-

maticorum scriptis, quorum excerpta ad aetatem nostram pervenerunt, copiosiores. Qui illi libri sint ipse qui haec collegit et concinnavit prodidit indice singulis rhapsodiis subscripto: *παράκειται τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα καὶ τὰ Διδύμου περὶ τῆς Ἀριστάρχειου διορθώσεως, τινὰ δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας Ἡρωδιανοῦ καὶ ἐκ τῶν Νικάνορος περὶ στιγμῆς.* Hic illud brevitati datum, quod *Νικάνορος περὶ στιγμῆς* dictus est liber, qui proprié dicendus esset *περὶ Ὁμηρικῆς στιγμῆς*, quod et libri indoles indicat et bis sic invenitur in subscriptione rhapsodiae tertiae et quartae. Suid. *Νικάνωρ ὁ Ἑρμείου, Ἀλεξανδρεὺς γραμματικός, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος . . . ἔγραψε περὶ στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν διαφορᾶς ἐν τῇ διανοίᾳ.*

Item quod dicit *παράκειται τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα*, noluit solum intelligi textui notas appositas esse, sed simul ex Aristonici libro *περὶ σημείων* singulis versibus annotationis esse adscriptum quod eo pertineret. Quod semel legimus in subscriptione rhapsodiae duodevicesimae *παράκειται τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα μετὰ ὑπομνηματίου*, non opus est fingere, cum a primo auctore ubique hoc modo scriptum esset, in reliquis postea excidisse, imo ille vel ipsos lectores putavit statim intellecturos, una cum signis etiam qui signa illustrarent commentarios in hoc opere inveniri, vel, quo magis inclino, *τὰ Ἀριστονίκου σημεῖα* eadem brevitate dixit librum de signis, ut *Δίδυμος ἐν τῇ διορθώσει Φ*, 210 pro *Διδ. ἐν τῷ περὶ διορθώσεως*. Sic *Ἀπολλώνιος ἐν τῇ μετοχῇ*, Orion p. 89, 8, i. e. *ἐν τῷ περὶ μετοχῆς*. Et *Ἀριστόνικος ἐν σημείοις* in his ipsis scholiis *Δ*, 22. Ut illud *μετὰ ὑπομνηματίου* ab recentiore manu adiectum putem. Item Orion 188, 6 (Et. M. 627, 40) Et. M. 377, 37. *Ἐν τοῖς σημείοις τοῦ ποιητοῦ* Orion 119, 28. Est liber Aristonici *περὶ σημείων Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας* vel *περὶ σημείων Ὁμήρου*. Suidas: *Ἀριστόνικος Ἀλεξανδρεὺς γραμματικός· ἔγραψε*

περὶ τῶν σημείων τῶν ἐν τῇ Θεογονίᾳ Ἡσιόδου καὶ τῶν τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας· ἀσυντάκτων ὀνομάτων βιβλία ς'. Haec enim vera interpunctio est, non hoc modo: *καὶ τῶν τῆς Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας ἀσυντάκτων ὀνομάτων.* De quo si cui antea dubitare licebat, postquam ipsum librum inspeximus, debebat nemo. Omnium minime ferendus Larcherus, rectam loci interpunctionem, quae est apud Eudociam (Vill. 64), depravans ad Orionem p. 43, cum apud ipsum, de quo commentabatur, Orionem non modo *Ἀριστόνικος ἐν τῷ περὶ σημείων τοῦ Ὁμήρου* citetur, p. 94, 17, sed etiam *Ἀριστόνικος ἐν τῷ περὶ σημείων Ὀδυσσείας*, p. 94, 20.

§. 2. Iam ad indolem consiliumque huius libri pergens initium faciam ab iis colligendis reliquiis, quas extra Venetum codicem servatas habemus. Orion p. 119 *Ὀπὴ τόπος τετρημένος, ἀφ' οὗ τις δύναται ὀπήσασθαι καὶ περιβλέψασθαι· οὕτως Ἀριστόνικος ἐν τοῖς σημείοις τοῦ ποιητοῦ.* Pertinet hoc haud dubie ad α, 320 (*ἀνόπαια*). Idem p. 94 *λάρυξ ὁμοίως διὰ γὰρ τούτων, τοῦ λαιμοῦ καὶ λάρυγγος, τὴν ἀπόλαυσιν ἔχομεν τῶν τροφῶν. οὕτως Ἀριστόνικος ἐν τῷ περὶ σημείων Ὀδυσσείας.* Corrigit Larcherus: *λάρυγξ καὶ φάρυγξ ταὐτόν· ὁμοίως γὰρ διὰ τούτων* — Poterat facilius *λάρυξ ὁμοίως φάρυξ· διὰ γὰρ* —, v. Lobeck. Aglaoph. I. p. 779. Sed neutrum verum. Tu scribe: *λάρυξ ὁ λαιμός. διὰ γὰρ* — et haec desumpta esse puta ex annotatione ad Odyss. τ, 229

ἐν προτέροισι πόδεσσι κύων ἔχε ποικίλον ἔλλόν,
ἀσπαίροντα λάων —

Quo loco Eustathius: *τὸ δὲ λάων Ἀρίσταρχος μὲν ἀντὶ τοῦ ἀπολαύων, ἀφ' οὗ καὶ λαιμός καὶ λαυκανία* —; poterat addere, quod apud Aristonicum additum fuisse intelligimus, *καὶ λάρυγξ.* — Orion. p. 94, 16 *λύχνος* (τ, 34) *ὁ λύων τὸ νύχος τουτέστι τὸ σκότος. οὕτως Ἀρι-*

στόνικος ἐν τῷ περὶ σημείων τοῦ Ὁμήρου. — Idem p. 43, 12 δειλός ὁ δεδιὼς τὰς μυίας (recte Larcherus ex Eust. p. 855, 48 corrigit ἴλας). οὕτως Ἀριστόνικος. — Quae ex Orione attulimus de ὀπτή et λύχνος, iisdem verbis in librum suum transtulisse invenimus Etymologum p. 627, 40. 572, 21. Haec quoque, quae nunc solus habet, ex eodem fonte derivasse, minime dubium. p. 337, 37 ἔρσαι αἱ ἐαρι γεννηθεῖσαι ἢ αἱ ἁπαλαὶ καὶ τελέως νέαι, μεταφορικῶς, ὡς Ἀριστόνικος ἐν σημείοις. p. 41, 36 ἄϊδηλος, οἷον κεῖνος δ' αὖτ' ἄϊδηλος ἀνήρ (χ, 165), ὁ ὀλοθρευτικός· οὐ γὰρ ἄξιος Ἀριστόνικος δηλοῦν λέγων τὸν ἀδηλοποιόν. His addimus fragmentum ex libro de notis Hesiodeis. Orion p. 96, 27 (cf. Et. 555, 38) λακίδες ἐπὶ σχίσματος ἱματίου. παρὰ τὸ λακεῖν καὶ ἠρέμα ψοφεῖν ἐν τῷ σχίζεσθαι. οὕτως Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς σημείοις Ἡσιόδου. Lege Ἀριστόνικος. Adi Ruhnkenium praef. ad Hes. p. VII, quo loco de corruptionibus, quas Aristarchi nomen subiit, exponit.

§. 3. Haec qui lustraverit, verendum est ne Aristonicum fingat sibi aliquem veriverbii aucupem istosque quos de notis Homericis Hesiodeisque conscripsit commentarios nihil nisi nugas etymologicas captasse. At Scholia Veneta inspicientes omnia alia invenimus, doctissimas de antiquitate Homerica, de verborum significationibus, de versibus spuriis observationes; his totus liber refertus reperitur, his etymologiae quae insunt (insunt autem illis, quas ex Orione cognovimus, simillimae) sed ita excellentissimis observationibus obscurantur, vix ut appareant. Res expeditu facilis. Orion cum etymologicon scriberet complures perreptavit libros grammaticos, sed sola quae inveniri possent etymologica aucupans, reliquorum securus. Sic usus est ille eodem consilio scriptis Apollonii Dyscoli: qui si ex his reliquiis nobis diiudicandus esset, quas Orion

servavit, (v. indicem) ex eodem omnes, quod veteribus male cessisse scimus, etymologico genere, pro doctissimo argutissimoque grammatico futilem et paene ridiculum haberemus.

§. 4. Aristonicus, Straboni suppar, inter doctissimos fuit grammaticos scriptaque eius et opiniones commemoratione dignae habitae a praestantioribus. Strabo I. p. 101 Tz. *Ἀριστόνικος μὲν οὖν ὁ καθ' ἡμᾶς γραμματικὸς ἐν τοῖς περὶ τῆς Μενελάου πλάνης* (δ, 84) *πολλῶν ἀναγέγραφεν ἀνδρῶν ἀποφάσεις περὶ ἑκάστου τῶν ἐκκειμένων κεφαλαίων. ἡμῖν δ' ἀρκέσει κἂν ἐπιτέμνοντες λέγωμεν.* — Serv. Aen. III, 334 Chaonios cognomine campos). Epirum campos non habere omnibus notum est; sed constat ibi olim regem nomine Campum fuisse eiusque posteros Campylidas dictos et Epirum Campaniamque vocatam, sicut Alexarchus, historicus Graecus, et Aristonicus referunt. — In rebus grammaticis ad partes vocatus ab Herodianno. *Γ*, 198 *Ἀρίσταρχος δισυλλάβως* (*οἰῶν*) *ὡς αἰγῶν καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης. Ἀριστόνικος δὲ τρισυλλάβως ὡς τὸ ὄϊων μέγα πῶν.* Et licet sumere iisdem fere argumentis, quibus Herodianus trisyllabam formam h. l. defendit, ipsum Aristonicum usum esse. *Κ*, 252 *οὕτως καὶ Ἀωρόθεος ἐν τριακοστῷ πρώτῳ τῆς Ἀττικῆς λέξεως ἀξιοῖ γράφειν* (sc. *παροίχωκε*), *τὴν μὲν πρώτην διὰ τῆς οι διφθόγγου, τὴν δὲ δευτέραν διὰ τοῦ ω, παροίχωκεν, ἀποτεινόμενος πολλὰ πρὸς Ἀριστόνικον καὶ Τρύφωνα ἄλλως γράφοντας, ἐπιδείξας τὸ οἴχωκεν ἰακόν. οὕτως δὲ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ τεχνικὸς οἶδε τὴν γραφήν.* Item ad N, 137 de spiritu, accentu, etymo vocabuli *ὁλοοίτροχος* cum aliis auctoritatibus Aristonici sententiam affert (quod scholion negligenter ac potius perverse transcriptum legitur Et M. p. 622). Quae hac paragrapho contulimus, ea putamus ex Aristonici commentariis Homericis desum-

pta esse, quo qui huius grammatici reliquias nobis collectas dare voluerit alia habebit quae referat, e. g. ex Eustathio et Hesychio. Horum commentariorum diserta fortasse mentio fuit eo loco, quo Ammonius huius grammatici copias meminit. p. 103 *ὀλίγον καὶ μικρὸν διαφέρει· τὸ μὲν γὰρ ὀλίγον ἐπ' ἀριθμοῦ, τὸ δὲ μικρὸν ἐπὶ μεγέθους τάσσεται. Ἀριστόνικος ἐν ὑπομνήματι ἐκάλεσ' ἐπὶ στοιχείου ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς. φασὶ δὲ οὕτως· ὀλίγην μικράν ὑπαλλακτικῶς. τὸ μὲν γοῦν ὀλίγον ἐπ' ἀριθμοῦ, τὸ δὲ μικρὸν ἐπὶ μεγέθους τάσσεται, καὶ Ὅμηρος· δίφρον ἀεικέλιον παραθεὶς ὀλίγην τε τράπεζαν* (Y, 259) *τὴν μικράν.* Quae sic emendare conatus est Valckenarius (p. 181) *Ἀριστόνικος ἐν ὑπομνήματι Ἐκάλης ἐπὶ στίχου·*

ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς

φησὶν οὕτως, ὀλίγην μικράν, cet.

Illud *ἐπὶ στίχου* novi ex Apollonii lex. Hom. *ἐπισταμένου· ἐπὶ στίχου ἐν τῇ ξ Ὀδυσσείας* (359) *ἀνδρὸς ἐπισταμένου. Ἀρίσταρχος ἐπιστήμονος.* Quod etsi statuas recte scribi, tamen ne sic quidem locum Ammonii sanatum esse apparet. Nam vocabula *καὶ Ὅμηρος* seq. cum antegressis male conveniunt ac contrarium habent eius quod requirimus. Quod eo ducit, ut vel lacunis vel verborum traiectionibus totum locum laborare putemus. Hoc praeteriit Valckenarium: illud videtur ipse sensisse non admodum verisimile esse, grammaticum qualis Aristonicus fuit, ex optima schola Alexandrina et hac aetate, commentarios Callimachi molitum esse: quare coniecturam suam admodum verecunde proponit. Minus etiam mihi veri simile videtur, in re, quae ad ipsum Homerum, cui ille usus vocabuli *ὀλίγος* familiarissimus est, sexcenties a commentatoribus illustrata esset, Ammonium ad commentarios Hecalae Callimacheae recurrisse. Quare potius crediderim Ammonium scripsisse: *Ἀριστόνικος ἐν ὑπομνήματι,* vel addens *Ὁμήρου,* vel intelligens, fortasse etiam *ἐν ὑπο-*

μνήματι ε' (uti Eust. ad Il. E. p. 610 de ea re exposuit). Tum sequitur versus non suo loco positus: (νῆα) κέλσεν ἐπιστείχων ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς vel similis. Non poteram haec praeterire, quamquam ipse contemno ut nimium incerta. Sed res nostra non multum hinc capit detrimenti. Nam ut nusquam Aristonici commentarii Homerici ipso adiecto titulo commemorentur, tamen fuisse loci modo positi certissime testantur. Quod ex multo paucioribus, quae tum innotuerant, sagax perspexit Valckenarii ingenium, l. l. Reliqui, quos posuimus, loci quos ad Homeri locos pertineant per se patet; quod de veteribus Epiri cognominibus regibusque disseruisse videmus, vel ad catalogum Navium 635, vel ad regem Echetum (σ, 84) pertinuisse putabimus. Caeterum hos commentarios ex docto illo genere fuisse, quod plerique secuti sunt, copias geographicas et mythologicas ab Homero occasione sumta coacervans, nec hoc obscurum. De eiusdem grammatici commentariis Pindaricis constat ex schol. Pind. Ol. I, 33. III, 31. VII, 153. In Hesiodeis commemoratur ad Theog. 178 ὁ δ' ἐκ λοχεοῖο πάϊς ὡρέξατο χειρί) Ἀριστόνικος λοχεοῖο φησίν ὡς θυρεοῖο· λοχεὸς γὰρ λέγει. βεβίαται δὲ τὸ λοχεοῖο παρὰ τὸ ἔθος. Hinc commentarios in Hesiodum scripsisse concludi non potest, id quod Valckenarius putavit ad Ammonium l. l. Possunt enim haec ex aliquo libro grammatico, Herodiani opinor, transcripta esse: Aristonicum vero de forma λοχεός sententiam suam ad Homericum θυρεός exposuisse fingi potest.

§. 5. Ab commentariis Homericis varia et extrinsecus adscita doctrina instructis, in quibus etiam ab Aristarcho dissensisse invenitur, libri de notis toto colore et consilio diversi fuere. In his enim suam quasi exuit personam, id unum totumque agens, ut quas

Aristarchus notas versibus Homericis apposuerat, eas indicaret easque ita illustraret, ut causas argumentaque Aristarchi observationesque, quibus stabiliendis illae notae inservirent, congereret. Ut proprie et ab initio libri indicem fuisse putem: *περὶ Ἀριστάρχου σημείων Ὁμήρου*. Res certissima est, et qui vel scholia ipsa diligenter attenteque perlegerit vel reliquas nostras de Aristarcho disputationes pervolvere dignatus fuerit tam non potest latere, ut hoc loco omnia maxima minima momenta comportare non nimio opere laborandum putem. Sed primum ostendam, non suas Aristonicum illustrare notas. Hoc patet ex eiusmodi locis qualis est *P*, 24 *τὸ σημεῖον Διονύσιος* (Thrax) *διὰ τὸν Ὑπερήνορά φησι*. *Δ*, 176 *ὁ δὲ Διονύσιος τὸ σημεῖόν φησιν ὅτι ἤλλακται πτῶσις*. Item *T*, 49 *ὁ δὲ Διονύσιος τὸ σημεῖόν φησιν ὅτι . . . . O*, 571 *ὅτι τῷ εὐκτικῷ ἀντὶ προστακτικοῦ ἐχρήσατο, ὥς φησι Διονύσιος*. Aliis locis compluribus dicit *σημειοῦνταί τινες, ὅτι . . . .*, quos locos infra ponam ostendamque haudquaquam obstare, quominus Aristarcheas notas ab eo illustratas putemus.

Etenim Aristarchi notas intelligi ab Aristonico primum patet ex observationibus compluribus hic sine nomine positis, quas aliunde tenemus Aristarchi esse. Legimus observationes de *νέον, ζωγρῆ, ζῶμα, δεδουπότος, ἕρμα, φόβος, ὧδε, ἀντί*, simpliciter positas hoc modo: *ἡ διπλῆ ὅτι φόβον τὴν φυγήν, ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ὧδε οὐδέποτε τοπικῶς καθάπερ ἡμεῖς λέγει*. Sed has observationes Aristarchi esse (cui non ipsa praestantia persuadeat?) scimus ex Apollonii lex Hom.

Saepius legimus *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν ὁμωνυμίαν*; at Aristonici nota ad *B*, 837 scimus: *ἐσημειοῦτο δὲ ὁ Ἀρίσταρχος τὰς ὁμωνυμίας πρὸς τὰ Πυλαιμένους*. *Π*, 358. *P*, 115 *Αἴας δ' ὁ μέγας*) *ἡ διπλῆ ὅτι συγκριτικῶς λέγεται πρὸς τὸν ἕτερον Αἴαντα ὁ μέγας ὁ Τελαμώνιος, ἐπεὶ ἐκεῖνος μείων*. At per Didymum ad B, 111 accepimus,

compluribus locis ab Aristarcho expositum esse de duplici usu Homerico vocabuli *μέγας*, cum nunc simpliciter dicatur, nunc ad distinguendum a cognomini minore, ut in Aiace Telamonio (*πρὸς τὴν κατὰ τὸν Αἴαντα τὸν ἕτερον διάκρισιν*). Cf. Apollon. Synt. 41, 10. — *Π*, 109 *ἡ διπλῆ ὅτι ἔν τισι γράφεται καπ φάλαρα* (pro *καὶ φάλαρα*). At duo scholia fide dignissima (Didymi et Nicanoris) de Aristarcho testantur, alterum *γράφεσθαί φησιν ὁ Ἀρίσταρχος καὶ τύπτετο δ' αἰεὶ καπ φάλαρ' εὐποίητα διὰ τοῦ π*, alterum *Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ καί συνδέσμου καὶ φάλαρα γράφων πάντως βραχὺ διέστελλεν ἐπὶ τὸ αἰεί*. — *Κ*, 204 *ἑῷ αὐτοῦ· ἡ διπλῆ ὅτι ἐκ πλήρους τὰ τοιαῦτα προφέρει*. Aristarchum hanc sermonis Homerici legem observasse aliunde constat (v. quaest. ep. spec. I p. 29). Saepissime diplen positam invenimus, quod vocabulum aliquod positum sit, ut dicunt, *ἰδίως*. In his est *γάρ* ab initio orationis (e. g. post vocativum) positum. *Ρ*, 215. *Ψ*, 627. Has vero notas Aristarchi esse scimus ex Apollonio Dyscolo de coni. p. 506, 5 *ἀλλὰ μὴν καὶ συνήθως ὁ ποιητὴς ἀρκτικῷ αὐτῷ προσχρῆται* (coniunctione *γάρ*, contra rationem, quae enuntiationes *γάρ* habentes postponi iubet). *καὶ οὐ τοῦτο τεκμήριον τοῦ ἀποδοκιμάζεσθαι τὸν λόγον* (h. e. rationem nostram, quam exposuimus, improbabilem esse), *εἴγε καὶ τὰ τοιαῦτα Ἀρίσταρχος παρεώσατο* (l. *παρεσημειώσατο*), *καθότι καὶ ἐπ' ἄλλων πλείστων ἰδιάσαντά τινά ἐστι παρ' αὐτῷ*. — *Σ*, 38 *ἡ διπλῆ . . ὅτι ἀθρόοι ἐπὶ τῶν τριῶν· ἀρχὴ γάρ ἐστι πληθυντικοῦ ἀριθμοῦ τὰ τρία*. At Herodianus: *Ἀρίσταρχος δασύνει, φάσκων ὅτι ἀρχὴ πλήθους ὁ τρεῖς ἀριθμός*. — N, 191 *ἡ διπλῆ ὅτι διήρηκε χρόος ἀντὶ τοῦ χρώς· διὸ βαρυτονητέον*. At Didymus: *οὕτως αἱ Ἀριστάρχου χρόος ὡς λόγος· βούλεται δὲ διηρῆσθαι τὴν εὐθεῖαν. Ζηνόδοτος δὲ γράφει χρώς*. Eadem consensio Aristonicum inter et Didymum vel Herodianum de Aristarcho testantes

M, 56. N, 359. Ξ, 499, 500. Y, 53. Et possum plura afferre. Sed satis factum opinor.

Sequitur ut animadvertamus, ab Aristonico sola tertia persona verbi indicari Aristarchum ne nomine quidem addito. O, 449 *ἀθετοῦνται στίχοι γ' — ὕστερον δὲ ἐν τοῖς περὶ τοῦ ναυστάθμου ἀπολογεῖται.* At *τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου* Aristarchi esse, scimus ex K, 53. Et plus duodecim praeterea notae positae *πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου.* Y, 269 *ἀθετοῦνται στίχοι δ', ὅτι διεσκευασμένοι εἰσί . . . . ἵνα δὲ μὴ δοκῇ λύσεως τι εἰρηκέναι* (l. *ἠπορηκέναι*). Aristarchum significat. Eodem pertinet quod *ἀθετοῦνται* dicere solet simpliciter, intelligens: *ὑπ' Ἀριστάρχου* (v. Wolf CCLXXII). Patet iam ex iis scholiis, quibus postremis usi sumus. Patet ex aliis, ut B, 529 cl. I, 395. Σ, 444. Nec videtur esse cur praetermittam Ψ, 91. 806. 822.— Δ, 117 *ἀθετεῖται.* Ab Aristarcho factum esse discimus ex Apollonio lex. Hom. s. ἕρμα. Nec in his diutius morabor. De *προηθετοῦντο ὑπ' Ἀριστοφάνους* vel *προηθετοῦντο ὑπὸ Ζηνοδότου*, quo sexcenties scriptor noster utitur, quo ipse testatur Aristarcheas sibi atheteses exponi, sufficit lectores remisisse ad Wolfium prol. CCLXXI.

§. 6. Mihi enim his omissis, quibus res confirmetur, quam sibi singulis quisque paginis experiri potest, ad ea properandum est, quae nisi recte iudicata contrarium suadere vel etiam testari videantur. Primum illi considerandi loci, quibus pro vulgari suo *ἡ διπλῆ ὅτι* vel *τὸ σημεῖον ὅτι* utitur hoc: *σημειοῦνταί τινες*, quae nos vox ab Aristarcho ad alios ducere videtur. E, 253 *γενναῖον· σημειοῦνταί τινες ὅτι οὕτως εἴρηται ἐγγενές, πάτριον. σημειοῦνται δὲ καὶ τὸ ὀκνείω δ' ἵππων* (255) *ἀντὶ τοῦ ὀκνηρῶς ἔχω. τινὲς δὲ ἐπὶ τοῦ φόβου τιθέασι τὸν ὄκνον.* Z, 219 *Οἰνεὺς μέν· σημειοῦνταί τινες ὅτι πρὸς τὸ πρῶτον ἀπήντηκεν.* Z, 131 *σημειοῦνταί τινες ὅτι ὡς περὶ θεοῦ τοῦ Διονύσου διαλέγεται.* Z, 472 *ἀπὸ*

κρατὸς κόρυθ' εἷλετο) σημειοῦνταί τινες τοῦτον διὰ τὸ τὸν τραγικὸν Ἀγυδάμαντα παράγειν τὸν Ἕκτορα λέγοντα „δέξαι κοινήν μοι πρὸς πόλεμον δὲ καὶ φοβηθῇ παῖς (An forte δέξαι κυνῆν μοι, πρόσπολε· πεφόβηθ' ὁ παῖς? Bekk.) *H*, 156 σημειοῦνταί τινες διὰ τὸ παρήορος ὅτι παρηρτημένος καὶ κεχυμένος. *H*, 303 δῶκε ξίφος) σημειοῦνταί τινες ὅτι ἀφώπλισεν ἑαυτὸν δοὺς τὸ ξίφος ὁ Ἕκτωρ. *H*, 465 δύσετο· σημειοῦνταί τινες ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐδύετο. *Θ*, 340 σημειοῦνταί τινες ὅτι ὑγιῶς ὀιέσταλκε (opinor γλουτούς et ἰσχία). *Θ*, 361 σχέτλιος· σημειοῦνταί τινες ὅτι ἀντὶ τοῦ ἀγνώμονα· οὐκ ἐν τῷ καθόλου δέ, ἀλλ' εἰς ταύτην μόνην. *I*, 242 σημειοῦνταί τινες ἀντὶ τοῦ μαλερῷ πυρί (sc. ἐμπρήσειν μαλεροῦ). 246 Ἄργεος ἱπποβότοιο· σημειοῦνταί τινες ὅτι τὴν ὅλην Πελοπόννησον οὐκ οἶδεν ὁ ποιητής, Ἡσίοδος δέ. *I*, 254 σημειοῦνταί τινες ὅτι παρεῖται τὸ „τάδε λέγων". *Λ*, 65 πᾶς· σημειοῦνταί τινες ὅτι τοῦτο ἀντὶ τοῦ ὅλος. ib. 201 σημειοῦνταί τινες ὅτι ἐν ἴσῳ τῷ σοί ἡ τείν ἀντωνυμία ⌣ωρικὴ οὖσα κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ε ἐξηνέχθη· ὅθεν φυλάσσεται ὁ αὐτὸς τόνος. *Λ*, 314 σημειοῦνταί τινες ὅτι ἀριστείαν ἐνταῦθα Ὀδυσσέως παράγει. 604 κακοῦ δ' ἄρα οἱ πέλεν ἀρχή· σημειοῦνταί τινες ὅτι οὐ πόῤῥωθεν ἡ προαναφώνησις· κἀκεῖ οὖν οὐκ ἐπὶ τὸ πόῤῥω ἡ ἀπότασις „Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή" (*Α*, 5). *M*, 17 σημειοῦνταί τινες πρὸς τὰ ἐν τῇ *H* (443) ἀθετούμενα ὅτι καὶ ἐκ τούτων διαβάλλεται πρὸς τὸ πρόσωπον γενόμενα. *M*, 105 σημειοῦνταί τινες ὅτι βόας τὰς ἀσπίδας εἴρηκεν. *M*, 178 τῷ δὲ λάινον Ἀργεῖοι δέ διπλῆν παρατιθέασιν ἔνιοι διὰ τὸ ὑπερβατόν, περὶ τεῖχος λάϊνον. 211 σημειοῦνταί τινες ὅτι τοῦτο ὡς γενόμενον λέγει, γενόμενον δὲ οὐ παρίστησι. καὶ παρεῖται ἡ πρόθεσις· ἐν ἀγοραῖς γάρ. *M*, 303 σημειοῦνταί τινες ἐνταῦθα ὅτι περισσὴ ἡ προθεσις ἡ περί (φυλάσσονται περί μῆλα). *O*, 545 ἡ διπλῆ ὅτι κασίγνητοι κοινότερον οἱ συγγενεῖς· σημειοῦνται γάρ τινες ὅτι τοὺς ἀνεψιοὺς κασιγνήτους ἐκάλουν . . . .

T, 10 *σημειοῦνταί τινες ὅτι Δωρικὸν τὸ τύνη.* 85 *σημειοῦνταί τινες ὡς ἂν λεγόντων τινῶν ὅτι ἠδίκησεν ἀφελόμενος τὴν Βρισηΐδα.* T, 400 *σημειοῦνταί τινες ὅτι ἐντεῦθεν ἡ διασκευὴ τοῦ τεθρίππου πεποίηται „Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε“* (Θ, 185). Υ, 229 *σημειοῦνταί τινες ὅτι ἀλὸς πολιοῖο ἔφη* (V). Υ, 307 *σημειοῦνταί τινες πρὸς τὴν ἱστορίαν καὶ ἐπεὶ μεταγράφουσί τινες Αἰνείῳ γενεὴ πάντεσσιν ἀνάξει ὡς προθεσμίζοντος τοῦ ποιητοῦ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν* (ΑΒ). Φ, 282 *σημειοῦνταί τινες ὡς ἅπαξ εἴρηκεν (ἐρχθέντα).* 383 *ὅτι τὸ πλῆρές ἐστι τυμβοχοῆσαι· διὸ σημειοῦνταί τινες.* Χ, 41 *σημειοῦνταί τινες ὅτι ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ ἐναντίον δεδήλωκεν* (AB). Χ, 208 *σημειοῦνταί τινες διὰ τὸ δοκοῦν ἄπορον εἶναι μετὰ μικρὸν τούτων λεγομένων „τρὶς περὶ ἄστυ μέγα Πριάμου δίον“* (251). Χ, 349 *σημειοῦνταί τινες πρὸς τὴν εἰκοσινήριτα λέξιν ὅτι πρὸς εἴκοσι ἐξισούμενα, εἰκοσαπλᾶ.* 362 *σημειοῦνταί τινες ὅτι μόνη κάτεισιν εἰς Ἅιδου ἡ ψυχὴ καὶ οὐ δεῖται τῆς Ἑρμοῦ παραπομπῆς.* Ψ, 267 *τριτάτῳ· σημειοῦνταί τινες ὅτι ἀντὶ τοῦ τρίτῳ καὶ ὅτι ἄπυρον καὶ ἀναθηματικόν, ἕτερον τοῦ ἐμπυριβήτου.* (Ψ, 523 *σημειοῦνταί τινες ὅτι ἃ ἄνω εἶπε δίσκου οὖρα νῦν δὲ συνθέτως δίσκουρα.*) Ψ, 543 *κεχολώσομαι· σημειοῦνταί τινες ὅτι ἀντὶ τοῦ μηνίσω* (B). 726 *σημειοῦνται δέ τινες καὶ τὸ κόψ' ὄπιθεν κώληπα, ὅτι τὸ κῶλον οὕτως εἶπεν.* 826 *σημειοῦνταί τινες ὅτι σόλον τὸν δίσκον εἶπεν* (AD). Ω, 624 *σημειοῦνταί τινες ὅτι Ἡσίοδος ἐποίησεν „ὤπτησαν μὲν πρῶτα, περιφραδέως δ' ἐρύσαντο“. οὐδεὶς δὲ περιφραδέως ἐξέλκει τὰ κρέα, ἀλλὰ μᾶλλον ὀπιζ.*

Primum monendum, in his unum alterumve locum esse, ubi illud *σημειοῦνταί τινες* non ab Aristonico profectum est, sed ab epitomatore, qui cum legisset *ἡ διπλῆ* —, cum hoc in suum usum converteret, formula usus est *σημειοῦνταί τινες*. Hoc nonnunquam factum esse, luculentum exemplum habemus Σ, 510, ubi AD exhibent *σημειοῦνταί τινες ὅτι οἱ ἐπιστρατεύσαντες πόλε*

τινὶ καὶ μετὰ σπονδῶν ἀπαλλασσόμενοι ἐλάμβανον παρὰ τῶν πολεμουμένων τὸ ἥμισυ τῶν ἐν τῇ πόλει κτημάτων. Sed ipsa Aristonici annotatio servata hoc modo: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ἀρχαῖον ἔθος, ὅτι οἱ πολιορκούμενοι, cet. Idem factum Ψ, 523, quod intelliges ex Herodiani quae ibidem est observatione. De reliquis, in quos hoc non cadit, quid statuendum sit, ea observatione ducemur, quod pleraeque, quae dicuntur a quibusdam positae esse, notae iis rebus adhibentur, quas plerumque ab ipso Aristarcho notatas esse invenimus. Sic quod legebamus Z, 219 Οἰνεὺς μέν) σημειοῦνταί τινες ὅτι πρὸς τὸ πρῶτον ἀπήντηκεν. Sed innumeris locis diplen positam invenimus „ὅτι πρὸς τὸ δεύτερον πρότερον ἀπήντηκε.“ B, 629. Δ, 450. Z, 198. H, 8. 276. 306. Θ, 65. I, 531. Λ, 109. (221). 834. N, 1. 763. Ξ, 391. O, 8. 56. 330. Π, 251. Σ, 406. 595. Υ, 68. 233. Χ, 158. Ω, 605. Item Λ, 65 πᾶς) σημειοῦνταί τινες ὅτι τοῦτο ἀντὶ τοῦ ὅλος. Sed saepissime diple posita eo argumento „ὅτι πᾶς ἀντὶ τοῦ ὅλος“ B, 809. Θ, 58. Λ, 65. M, 340. N, 191. 408. 548. Π, 333. 801. Χ, 286. Φ, 345. Ψ, 135. — M, 303 σημειοῦνταί τινες ἐνταῦθα ὅτι περισσὴ ἡ πρόθεσις ἡ περί (φυλάσσονται περὶ μῆλα). At et aliae voculae superfluae nota indicatae et praepositiones, v. Θ, 19. Π, 591. T, 62. Cum hoc vero loco praeterea coniungendum schol. K, 188 φυλασσομένοισι· ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ φυλάσσουσι, παθητικὸν ἀντὶ ἐνεργητικοῦ. Item quod erat M, 211 σημειοῦνταί τινες ὅτι τοῦτο ὡς γενόμενον λέγει, γενόμενον δὲ οὐ παρίστησι, καὶ παρεῖται ἡ πρόθεσις, ἐν ἀγοραῖς γάρ, huic primum respondent plurimi loci propter omissam praepositionem notati (λείπει, ἐλλείπει, παρεῖται ἡ προθ.), v. e. g. Α, 596. B, 356. 576. 689. Δ, 244. 335. Z, 2. 37. 331. 507. Θ, 109. 124. 317. 632. K, 353. Λ, 667. M, 155. N, 403. 474. O, 432 (Κυθήροισι, ὅτι ἐλλείπει ἡ ἐν. ἔστι γὰρ ἐν Κυθήροις.). Ω, 306 (μέσῳ ἔρκεϊ pro ἐν) Π, 81. 546. Υ, 375,

et aliis locis. Sed illud ὅτι τοῦτο ὡς γενόμενον λέγει, γενόμενον δὲ οὐ παρίστησι huic (ne locos ξistos commemorem, qui notati sunt διὰ τὸ σιωπώμενον) geminum Θ, 230 ἡ διπλῆ, ὅτι τοῦτο γινόμενον μὲν οὐ παρέστησεν, ὡς γενόμενον δὲ παραδίδωσιν. X, 41 σημειοῦνταί τινες ὅτι ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ ἐναντίον δεδήλωκεν. At plane eadem ratione Λ, 330 ὅτι ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ ἐναντίον ἀκουστέον, οὐκ ἐγήθησεν ἀλλ ἐλυπήθη. Λ, 281 οὐκ ἄκοντε, ἡ διπλῆ ὅτι διὰ τοῦ ἐναντίου τὸ ἐναντίον. M, 458 ἵνα μή οἱ ἀφαυρότερον βέλος εἴη· ὅτι ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ ἐναντίον ἡρμήνευκε. O, 155 οὐδέ σφωϊν ἰδὼν ἐχολώσατο θυμῷ· ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἐναντίον ὑπακοῦσαι δεῖ, ἀλλ' ἀπεδέξαντο. Cf. Ξ, 416 οὔπερ ἔχει θράσος· ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἀντικείμενον δεῖ ὑπακούειν, ἀλλὰ δέος. Et O, 11. — I, 242 σημειοῦνταί τινες ἀντὶ τοῦ μαλερῷ πυρί. Sed casus pro casu positus ubique notatus (ὅτι πτῶσις ἤλλακται), ut Α, 169. Γ, 138. Δ, 331. E, 298. 300. K, 298. 469. 574. Λ, 121. 583. 606. N, 205. O, 462. 464. Φ, 296. — Φ, 282 σημειοῦνταί τινες ὅτι ἅπαξ εἴρηκεν. At ἅπαξ εἰρημένα notata, v. Α, 106. B, 217. N, 564. Ξ, 516. Π, 747. P, 599. Σ, 236. Ψ, 311. 791. — σημειουνταί τινες ὅτι Δωρικὸν τὸ τύνη (cl. Α, 65 ἡ τεΐν Δωρικὴ οἶσα) Cf. Z, 262 ἡ διπλῆ ὅτι ἄκρως Δώριον τὸ τύνη. — σ. τινὲς ὅτι βόας τὰς ἀσπίδας εἴρηκεν M, 105. Cf. H, 238 ἡ διπλῆ ὅτι τὴν ἀσπίδα ξηρὰν λέγει βῶν. M, 137 ἡ διπλῆ ὅτι οὕτως τὰς ἀσπίδας βόας αὕας. I, 254 σ. τινὲς ὅτι παρεῖται τὸ „τάδε λέγων." Cf. Π, 496 ἡ διπλῆ ὅτι ἤτοι ἀπέστροφε τόν λόγον . . . ἢ ἐλλείπει τὸ „τάδε λέγων." Sed iam haec mihi taedium movent; sentio enim me laborare in re aperta. Quare reliqua, si quis forte uti voluerit, brevissime indicabo. Z, 472 cf. I, 575. Ω, 735. — Α, 314 cf. O, 266. — Λ, 604 cf. Α, 5. — Θ, 361 cf. K, 164. — I, 246 cf. T, 115. — T, 400 cf. Θ, 185. — Y, 229 cf. Π, 589. — Y, 307 cf. Y, 298. — X, 208 cf. X, 251. — Ad Ψ, 543 cf. dissert.

sec. s. v. — Ω, 624 cf. H, 70. X, 209. X, 351. Ω, 257. Δ, 59. (B, 599. Z, 153. Ξ, 170.) —

§. 7. Ergo hoc dicimus, omnes, quas Aristonicus tractat, notas Aristarchi esse. Concedimus tamen uno alterove loco a discipulis signa addita esse ex mente Aristarchi.

Talia enim, quae solitus fuerat notare Aristarchus, si uno alterove loco non notaverat, fugerat eum, et si quis digito monstrasset, ipse statim diplen posituro annuisset. Item si quis quid odoratus esset, quod ad aliquam lectionem magistro probatam aliquid momenti addere posset, nota posita „locum reprehendit, qui praeteritus negligentia erat.“ Poterat etiam fieri ut Aristarchus consilio unum alterumve locum praetermitteret, qui rei iam satis probatae vel incertum vel levissimum momentum adderet. Talia igitur addiderunt discipuli; quamquam rarum spicilegium erat. Praeterea nec illud omittendum, cum Aristarchi editio Homeri saepius descripta nec iam integra esset (ut postea videbimus) facile potuisse quasdam ab Aristarcho appositas notas intercidere: quo minus discipulis dubitandum erat, quin adderent quae eius rationibus sine ulla dubitatione convenirent. Denique hoc in censum venit. Bis ediderat Aristarchus Homerum. Sed si etiam post alteram editionem in publicum emissam in legendo et interpretando Homero perrexit, hoc demum tempore quaedam animadvertit antea nondum observata. Haec sensim haud dubie cum editiones identidem describerentur textui addita; attamen quaedam, quae ore tantum propagata vel per commentarios, quos non omnes omnes habebant, disiecta essent, eruenda fuisse patet et sero accessisse. Attamen damus, ut iam antea significavimus, quasdam notas, quas Aristarchus nec posuerat nec indicaverat, ex eius mente et doctrina ab discipulis appositas esse. Haec via, qua alii quasi lacunas quasdam

expleverant, ipsi quoque Aristonico concessa fuit. Hinc est quod nonunquam invenimus *σημειωτέον* vel *σημειώσαιτο ἄν τις*. *O*, 11 *αἶμ' ἐμέων*) *ἡ διπλῆ. πρὸς τὸ αἶμ' ἀπέμασσεν* (*Σ*, 437) *τοῦτο ἄν τις σημειώσαιτο*. Scil. *Σ*, 437 Aristarchus *αἶμ' ἀπέμεσσεν* probaverat prae altera lectione *ἀπέμασσε*. Hunc locum *αἶμ' ἐμέων* si revera non notaverat a suo more descivit, quod forte non meminerat. Quin gratiam habiturus fuerit animadvertenti non dubitandum est. *Φ*, 5 *ἤματι τῷ προτέρῳ ὅτε μαίνετο φαίδιμος Ἕκτωρ· τοῦτο ἄν σημειώσαιτό τις πρὸς τὸ τινάσσετο μαινομένοιο* (*O*, 609). *γράφουσι γάρ τινες μαρναμένοιο. Ψ*, 120 *διαπλήσσοντες· παρασημειώσαιτο ἄν τις τοῦτο πρὸς τὸ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ* (*κ*, 440) „*τῷ ἀποπλήξας κεφαλήν*“ (altera ibi lectio erat *ἀποτμήξας*) *ἀντὶ τοῦ ἀποκόψας*.

Eos locos praetereo, qui Aristonici non sunt, ubi *σημειωτέον* vel *σημειούμεθα* est vulgari sensu: „hoc attende vel h. l. notandum“ ut *Γ*, 306. *Φ*, 588. Sed hoc fortasse commemoratione dignum quod est *X*, 379, ubi haec Aristonici: *τὰ γὰρ τοιαῦτα ἐσημειοῦντο πρὸς κρίσιν ποιημάτων, ὅτι σπανίως Ὅμηρος κακομέτρους ποιεῖ*. Aut scripsit *ἐσημειοῦτο*. aut Aristarchi aequales discipulos vel contubernales*) comprehendit, quorum

---

*) Sueton. illustr. gr. 7 „Gnipho — Alexandriae quidem, ut aliqui tradunt, in contubernio Dionysii Scythobrachionis — fuisse dicitur“. — Persaeum cum Zenone magistro in eadem domo habitasse, patet ex historiola ab Athenaeo tradita p. 607 c *φησὶ γὰρ Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ἐν τῷ περὶ Ζήνωνος γράφων ὧδε „Ζήνων ὁ Κιτιεύς, Περσαίου παρὰ πότον αὐλητρίδιον πριαμένου, διοκνοῦντος εἰσαγαγεῖν πρὸς αὐτὸν διὰ τὸ τὴν αὐτὴν οἰκεῖν οἰκίαν*“ —. De contubernio intelligendum videtur hoc in vit. Apollon. Rhodii *ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν Πτολεμαίων, τὸ μὲν πρῶτον συνὼν Καλλιμάχῳ τῷ ἰδίῳ διδασκάλῳ*. Apud Galen. de libr. pr. T. XIX. (K.) p. 43 hoc legimus: *ἔτι δὲ καὶ παῖς ὢν, ἡνίκα πρῶτον ὁ πατήρ με τῷ τὴν λογικὴν θεωρίαν Χρυσίππου καὶ τῶν ἐν-*

opera Aristarchus usus est *). Diximus de Aristonici libro, quo ,,Aristarchi notas, quibus aliena carmina compunxit, recognoverat" (Senec. ep. 88). — Similem librum novimus Philoxeni *περὶ σημείων τῶν ἐν Ἰλιάδι* (v. Suid.). Diogenis vel Diogeniani liber *περὶ τῶν ἐν*

δόξων Στωικῶν διδάξαντι παρέδωκεν, ἐποιησάμην ἐν αὐτῷ τῶν Χρυσίππου συλλογιστικῶν ὑπομνήματα. Non intelligo *ἐν αὐτῷ*; sed scribendum opinor *ἐν αὐτοῦ* et de contubernio cogitandum. — Persii et Cornuti contubernium agnosco in pulcherrimis poetae versibus Sat. V, 41 sqq.

*) Si quis in schol. Aristonici notas quaerit illud tenendum, quae scholia incipiunt ab *ὅτι* partim Aristonici esse intelligendumque esse *ἡ διπλῆ ὅτι*. Nec difficile est haec ab istis discernere, ubi *ὅτι* illud ex more omnium veterum scholiastarum initio notarum positum. Quae corrupta sunt facile cognoscuntur. Sic *A*, 307 *ἡ διπλῆ ὅτι τὸ τρόφι ἀποκοπῇ τοῦ τρόφιμον ὁ Ἡρωδιανός φησιν* — Hic crede, si placet, ab Aristonico citatum esse Herodianum aliquot saeculis posteriorem. — *K*, 18 *ἡ διπλῆ ὅτι Πάμφιλος τὴν ἐπὶ ἀναστρέφει. πιθανώτερον δέ ἐστι τὸ ἀκόλουθον φυλάττοντας ἀναγινώσκειν ἐπὶ πρῶτον Νέστορα. οὕτως ὁ Ἀσκαλωνίτης.* Observatio prosodica Herodiani est (sed mutila, v. quaest. ep. spec. I §. 9 p. 20. 21). Sed *ἡ διπλῆ ὅτι* ducit ad Aristonicum, cuius verba exciderunt. — *K*, 225 *εἴπερ τε· ἡ διπλῆ ὅτι Ἀρίσταρχος εἴπερ τι* (l. *τε*) *καὶ οἱ ἀπὸ τῆς σχολῆς· καὶ ὅτι περισσὸς ὁ τέ.* Confusa haec. Iudicium de varia lectione est Didymi. Aristonici fuit *ἡ διπλῆ ὅτι περισσός ὁ τέ* (quod multis locis observat). — *K*, 445 *ἡ διπλῆ ὅτι Ἀρίσταρχος ἠὲ κατ' αἶσαν ἔξω τοῦ ῥα καὶ ὅτι ὅμοιον τῷ ἠὲ μετὰ Τρώεσσι.* Haec observatio de lectione Aristarchea Didymi est, nec verba *ἡ διπλῆ* hoc loco nisi errore intrusa: nam quod diplen explicat Aristonici scholion ipsum servatum est sic: *πρὸς τὸ οὐκί ὅτι ὑγιῶς διὰ τοῦ ψιλοῦ ἀντιστοίχου.* — Stringimus haec ut genus errorum cognoscatur. Unum addam quod fallax est. *P*, 125 *ἡ διπλῆ ὅτι ἔοικε παρεπιτιμῶντι ὁ Ἀρίσταρχος τῷ Ὁμήρῳ· οὐ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ Ἕκτωρ ὁ σκυλεύσας.* — Nec hoc sanum. Aristonicus sic fere scripsit: *ἡ διπλῆ πρὸς τὸ δοκοῦν μάχεσθαι.* (v. *Z*, 265. *A*, 51) *οὐ γὰρ* — Quae interposita sunt vel aberraverunt huc ex alia nota nunc deperdita (v. c. Porphyrii) vel ab aliquo lectore adscripta eodem consilio, quo *Γ*, 306 ad Nicanoris notam adscriptum est: *σημειωτέον ὅτι σαφῶς ἐνταῦθα βραχεῖαν διαζολὴν τὴν ὑποστιγμὴν εἴρηκεν.*

τοῖς βιβλίοις σημείων (Suid.) et Suetonii, cuius idem index (id. s. Τράγκυλλος), videntur potius in explicanda externa notarum forma versati esse et quid singulae notae in singulis scriptoribus ex grammaticorum more indicarent expositum habuisse. Etenim eaedem notae alia in aliis scriptoribus significabant. v. Menag. ad Diog. La. III, 65.

C. II.

Didymi liber de Aristarchi editione Homeri. De adornatione codicis Veneti A. Herodiani liber de prosodia Homerica. Senacherim.

§. 1. Si quidem laborum nostrorum, quos aliorum causa suscepimus, haud contemnendum praemium est si quid inde vel ad nos ipsos non quaerentes redundat emolumenti, hoc Aristarchus expertus est. Etenim quam artem subtiliter diligenterque tractare docuerat, eam Didymus tam egregie ad editiones Aristarchi Homericas adhibuit, ut nihil mihi videatur in hoc genere fingi posse perfectius. Eiusmodi libros, quales Aristarchi fuit editio Homeri, quo tot nitebantur eius commentarii, unde proficisci, quo redire schola eius debebat, diligenter esse descriptos dubitari nequit. Attamen nulla ratione satis poterat caveri, ne quid gliscentibus saeculis prave describeretur compluresque loci invenirentur, quibus quae Aristarchi editiones se

profitebantur iam non conspirarent. Non minor apud posteriores grammaticos Herodiani auctoritas quam olim Aristarchi fuerat. Attamen vide quam Byzantini pedissequi nonnunquam librorum incerta fide laboraverint. Schol. Dion. gr. 676 Herodiani definitionem prosodiae explicat, cuius initium est: *προσῳδία ἐστὶ ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς ὑγιοῦς* — Huc progressus interpretando addit: *Ἐν πολλοῖς δὲ βιβλίοις εὑρίσκεται καὶ ὑγιής, ἵνα πρὸς τὴν τάσιν ἀναφέρηται.* Ergo hoc dico, paulatim vel scribendo et transscribendo Aristarcheas lectiones incertas factas esse. Fuit igitur aliquot saeculis post perutile quae tum ut Aristarcheae ferebantur lectiones ad fidorum monumentorum regulam exigere. Praeterea cum accederet, ut non semel Aristarchus sed bis Homerum edidisset, hoc etiam perutile utriusque editionis lectiones inter se conferre singulisque versibus utriusque editionis vel consensum vel dissensum notare. Sed ne sic quidem omnis in textu Homerico ab Aristarcho posita opera illustrata. Nam cum post alteram editionem emissam multos annos in meditando et interpretando Homero perstitisset atque etiam commentarios edere pergeret, partim discipulis coram, partim in commentariis veteres suas lectiones reprobaverat, alias, ut dies diem docuerat, optaverat, defenderat, stabiliverat. Ergo hoc etiam perutile, lectionibus editionum constitutis, variante lectione ex utraque congesta, addere ex commentariis et ex traditione (ea vero discipulorum scriptis vel etiam memoria continebatur) lectiones paulatim ab eodem adscitas. Tum demum recte de Aristarcheo textu Homerico constabat. Hanc totam quam descripsimus operam suscepit Didymus in libro *περὶ τῆς Ἀριστάρχειου διορθώσεως*. Qua ratione hoc negotio perfunctus sit, tum vero aliquanto plus praestitisse mox patebit. Ego primum lectoribus eum ex Didymi libro propo-

nam locum, qui vel solus eorum, quae dixi, fidem praestare potest. Ad *B*, 111 *Ζεύς με μέγα Κρονίδης ἄτῃ ἐνέδησε βαρείῃ* haec fuit Didymi annotatio.

σχολικὸν ἀγνόημα (i. e. error scholae, sc. Aristarcheae) *τὸ δοκεῖν Ζηνοδότειον εἶναι τὴν μετὰ τοῦ ς γραφήν, μέγας ἀντὶ τοῦ μέγα. καὶ δόξειεν ἂν ὑπὸ Διονυσίου τοῦ Θρᾳκὸς ταῦτα δεδόσθαι* (i. e. et Dionysius quidem Thrax videatur hoc ita ponere). *ἐν γὰρ τῷ περὶ ποσοτήτων καθάπτεται Ζηνοδότου ὡς ἠγνοηκότος ὅτι τῷ μέγα ἀντὶ τοῦ μεγάλως Ὅμηρος ἀποχρῆται. παρ' ὃ δὴ καὶ κατά τινα τῶν ὑπομνημάτων μετειλῆφθαι τὸ μέγα ἀντὶ τοῦ μεγάλως* (h. e. quare etiam in quibusdam Aristarchi commentariis vocabulum *μέγα* h. l. per *μεγάλως* translatum inveniri). *τὸ δὲ οὐκ ἔχει τἀκριβὲς οὕτως. εἰ γὰρ τὰ συγγράμματα τῶν ὑπομνημάτων προτάττοιμεν, ἕνεκα γοῦν τἀκριβοῦς γράφομεν κατὰ Ἀρίσταρχον Ζεύς με μέγας. ἐν γοῦν τῷ πρὸς Φιλητᾶν συγγράμματι τῇ γραφῇ κέχρηται, δύο λέγων τὸ μέγας σημαίνειν, τότε μὲν τὸ καθ' αὑτό, καθάπερ νῦν, „Ζεύς με μέγας Κρονίδης“ καὶ „κεῖτο μέγας μεγαλωστὶ λελασμένος ἱπποσυνάων“ (Π, 776), τοτὲ δὲ αὐτὸ* (l. *αὖ τὸ*) *πρὸς τὴν κατὰ τὸν Αἴαντα τὸν ἕτερον διάκρισιν „Αἴας δ' ὁ μέγας“* (Π, 358). *κἂν ταῖς Λιταῖς ἐξηγούμενος „αὐτὰρ ἔπειτ' Αἴας τε μέγας“* (Ι, 169) *ἔν τινι τῶν ἠκριβωμένων ποιημάτων* (l. *ὑπομνημάτων*) *γράφει ταῦτα κατὰ λέξιν· „οὐ κατ' ἐπίθετον λέγει μέγας, ἀλλὰ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἑτέρου Αἴαντος. ὅταν δὲ λέγῃ „Ζεύς με μέγας Κρονίδης“ οὐκέτι ὅτι καὶ ἕτερος μικρός ἐστι.“ καὶ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ δὲ χρωμένους ἔξιν εὑρεῖν τῇ γραφῇ, Διονυσόδωρον τὸν Ἀλεξανδρέα καὶ Ἀμμώνιον. ἐπιλέγουσι δέ οὐδέν. διὸ καὶ τὰς μαρτυρίας αὐτῶν οὐκ ἐγράψαμεν. καὶ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἰλιάδος οὕτως προφέρεται, ὥστε ὅμοιον εἶναι τῷ „ἐπεὶ μέγας ὠδύσατο Ζεύς“* (Χ, 292). *οὐδὲ ὁ ἐπιθέτης δὲ Πτολεμαῖος τὰς Ζηνοδότου γραφὰς ἐκτιθέμενος ταύτην ὁμολόγει Ζηνοδότου εἶναι.* (Huic scholio diserte additum: *ταῦτα ὁ Δίδυμος.*)

§. 2. Tam egregium fragmentum non tantum ut recte intelligatur postulat, sed etiam ab omni parte ut lectionis et interpretationis fides praestetur. Hoc igitur primum agamus.

Σχολικὸν ἁμάρτημα sic verti: „error scholae.“ Plerumque adiectivum *σχολικός* ita usurpatum invenimus, ut ad id, quod propri- significat, putidae vel fastuosae diligentiae accedat significatio, uti apud Longin. III, 5 *πολλὰ γὰρ ὥσπερ ἐκ μέθης τινὲς εἰς τὰ μηκέτι τοῦ πράγματος, ἴδια δ' ἑαυτῶν καὶ σχολικὰ προφέρονται πάθη.* X, 7 *ἀλλὰ τὰς ἐξοχάς, ὡς εἴποι τις, ἀριστίνδην ἐκκαθήραντες ἐπισυνέθηκαν οὐδὲν φλοιῶδες ἢ ἄσεμνον ἢ σχολικὸν ἐγκατατάττοντες διὰ μέσου.* Dion. compos. v. p. 302 Sch. *ἐνταῦθα ἡ μὲν ὑπόθεσις ἀπήτει πολλὰ παρασχέσθαι τῶν εἰρημένων ἑκάστου παραδείγματος· καὶ ἴσως οὐκ ἂν ἀηδὴς ὁ λόγος ἐγένετο πολλοῖς ὥσπερ ἄνθεσι πεποικιλμένος τοῖς εἰαρινοῖς· ἀλλ' ὑπέρμετρον ἔμελλε φανήσεσθαι τὸ σύνταγμα καὶ σχολικὸν μᾶλλον ἢ παραγγελματικόν.* Cf. Gesner s. v. Haec quasi accessoria significatio a nostro loco aliena, qui illud solum fert quod diximus. Sic Athen. 83, b. *ἐπεὶ καὶ ἄλλος τις τῶν ἑταίρων τοῦτ' ἔχειν οὕτω διεβεβαιοῦτο, ὁρμώμενος ἔκ τινων σχολικῶν ὑπομνημάτων ἀνδρὸς οὐκ ἀδόξου.* Commentarios scholae dicit, h. e. scholae vel scholasticorum usui destinatos, non in publicum editas. —

„*Καὶ δόξειεν ἂν ὑπὸ Διονυσίου τοῦ Θρᾳκὸς τοῦτο δεδόσθαι.*“ H. l. nonnunquam promptiores fuimus ad scribendum *διαδεδόσθαι*, „videtur hic error percrebuisse per Dionysium.“ Attamen *δεδόσθαι* verum erit. Athenag. legat. p. 134 *Ἡσίοδος εἴτε Λήδας οὔτε Νεμέσεως δίδωσι τὴν Ἑλένην, ἀλλὰ θυγατέρα Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος.* Unde intelligitur Schol. Pind. Pyth. V, 93 *ἀπὸ οὖν τῆς Πύλου τὴν Μεσσήνην σημαίνει. οἱ γὰρ νεώτεροι τὴν Πύλον, ἧς ὁ Νέστωρ ἦγεῖτο, οὐ περὶ τὴν Τριφυλίαν τῆς Ἀρκαδίας, ἀλλὰ περὶ τὴς Μεσσηνίαν διδόασιν.*

Sed nolo nunc de usu huius vocabuli, qui ab eadem radice propagatus multiplex et varius apud grammaticos reperitur, fusius explicare. Ad nostrum tamen locum vindicandum hoc ponam Herodiani: *Π*, 207 *ταυτα*) *ἐπὶ τὴν τα συλλαβὴν ὀξεῖα· ἐγκλιτικὴ γάρ ἐστιν ἡ μέ· ταῦτά μ' ἀγειρόμενοι. οὕτω καὶ Ἀρίσταρχος. ὁ μέντοι Κρατήτειος Ἑρμείας τὸ ἅμα λέγει ἐγκεῖσθαι. οὕτω δὲ δώσει καὶ δια τοῦθ τὴν γραφήν, οὐκ ἔχουσαν οὕτως.* Ergo recte dicetur *ὁ Διονύσιος ταύτην τὴν γραφὴν δίδωσιν ὡς Ἀριστάρχειον* vel *ὁ Διονύσιος τοῦτο δίδωσιν ἐν τῷ περὶ ποσοτήτων.* —

Παρ' ὃ δὴ καὶ κατά τινα τῶν ὑπομνημάτων μετειλῆφθαι τὸ μέγα ἀντὶ τοῦ μεγάλως. Hoc mirum est: exspectes enim . . . *μετειλῆφθαι τὸ μέγα εἰς τὸ μεγάλως* vel *μ. ἀντὶ τοῦ μέγα τὸ μεγάλως.* Sed de hoc statim dicam: primum, ne quis fluctuet, monebo *κατὰ τὰ ὑπομνήματα* non esse nisi „in commentariis." Ariston. *Γ*, 2 *οὐκ ἄρα γεγάμηται ὑφ' Ἡρακλέους, ὡς ἐν τοῖς κατὰ τὴν νέκυιαν ἠθετημένοις.* Didymus *Δ*, 3 *ἐρνοχόει· κατ' ἔνια τῶν ὑπομνημάτων ἐνφνοχόει φέρεται.* (Cf. *H*, 6.452.) Promiscue utitur *ἐν τοῖς ὑπομνήμασι* et *διὰ τῶν ὑπ.* et *κατά.* Sed iam de vocabulo *μεταλαμβάνειν* dicendum. *Μεταλαμβάνειν,* quod apud antiquos est „commutare" (v. Graser spec. Platon. p. 86), apud grammaticos est „alio modo dicere" vel parva loci mutatione facta ut alius sensus evadat, i. e. *παρῳδεῖν*, ut Athen. 336. f. *κρεῖττον δ' ἂν εἶχε, φησὶν ὁ Χρύσιππος, εἰ μετελήφθη τὰ ἐπὶ Σαρδαναπάλου οὕτως* — vel aliis verbis dicere ut idem sensus maneat, ut Apollon. synt. 152, 13 *παρὸν οὖν φάναι „πρὸς ταῖς ἐμαῖς θύραις ἕστηκα" καὶ μεταλαβεῖν „πρὸς ταῖς θύραις μου ἕστηκα"* Hic usus frequentissimus. Ponitur vel sine praepositione, ut locis citatis. Sch. O. 246 *ὀλιγοδρανέων*) *τὸ ὀλιγηπελέων μετείληφε.* Porphyr. qu. Hom. 3 *ὡς οὖν ἀελλόπους ἡ Ἶρις λέγεται, ἣν μεταλαβὼν ποδήνεμον προσηγόρευσε.* Qu. 2 *ὃ γὰρ*

εἶπεν „ἦλθε μὲν αὐτὸς ἐφέστιος“ μεταλαβὼν ἔφη „ἦλθε δ' Ὀδυσσεὺς καὶ οἶκον ἱκάνετο.“ Vel praepositionem adsciscit. Quae plerumque est εἰς. *A*, 567 ἀάπτους. ὁ δὲ Ζηνόδοτος καὶ αὐτὸς ὁμοίως εἰς τὰς ἰσχυρὰς μετελάμβανε. *O*, 10 εἵατο) Ἀρίσταρχος μεταλαμβάνει εἰς τὸ ὑπῆρχον. *A*, 114 οὗ ἕθεν) οὕτως ὀξυτονητέον τὴν οὗ ἀπόφασιν, ἵν' εἰς ἁπλῆν μεταληφθῇ ἀντωνυμίαν. *O*, 114. Apollon. syntax. 152, 1. 153, 5. Sed sexcenta exempla sunt. Iam dicitur etiam μεταλαμβάνειν ἀντί, sed contraria ratione, quam eo loco, in quo nos versamur. Sic Schol. Aristid. p. 441, 31 τὴν δὲ ἑτέραν σπουδαῖον καὶ καλόν) τὸ σχῆμα μεταληπτικὸν τοῦ λόγου· οὐ γὰρ εἶπε σπουδαίαν, ἀλλὰ σπουδαῖον, τὸ πρᾶγμα μεταβαλών (l. μεταλαβών) ἀντὶ ὀνόματος, h. e. μεταλαμβάνει τὸ ὄνομα εἰς τὸ πρᾶγμα. Cf. antiquorum exempla constructionis μεταλαμβάνειν τι ἀντί τινος ap. Graser. spec. Platon. p. 86. In illa constructione cum ἀντί nititur is usus passivi, qui invenitur schol. Ξ, 499 (Herodiani ni fallor) ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχών. ὁ μὲν Ζηνόδοτος καὶ τὸν δέ καὶ τὸν φή ἐγκλίνει, ἵνα τὸ φή ταὐτὸν ὑπάρχῃ τῷ ὡς καὶ τὸ μεταλαμβανόμενον τοιοῦτον ᾖ· ὁ δὲ ὡς κώδειαν ἀνασχών. *Γ*, 128 οὓς ἔθεν) ἐγκλιτικῶς ἀνεγνώσθη διὰ τὸ μεταλαμβανόμενον, ἐπεὶ εἰς ἁπλῆν ἡ μετάληψις.*) Voc. ἀντιμεταλαμβάνειν usus est Aristonicus *Π*, 30 ἡ διπλῆ ὅτι ὁ χόλος ἀντιμετείληπται ὡς ἰσοδυναμῶν τῇ μήνιδι. H. e. ὁ χόλος μετείληπται ἀντὶ τῆς μήνιδος. His igitur exspectes nostro loco versa vice dicendum fuisse κατά τινα ὑπομνήματα μετειλῆφθαι ἀντὶ τοῦ μέγα τὸ μεγάλως.

---

*) Strab. IX p. 435 ὅταν οὖν ἄσημον τελέως ᾖ τὸ λειπόμενον νυνὶ σύστημα οὔτ' ἄξιον μνήμης ἐτίθεμεν οὔτ' αὐτὸ οὔτε τοὔνομα τὸ μεταληφθέν. Hoc vertunt: „nomen quod accepit.“ Hoc potest significare. Attamen illo loco Strabonis sententia postulare videtur „nomen quod antea erat, nunc mutatum est,“ (τὸ μετ. sc. εἰς ἕτερον) Quod grammatici vulgo μεταλαμβάνειν, hoc Aristoteles dixit μεταπίπτειν poet. XXII, 13.(cf. Dion. comp. v. p. 38, 56).

Hac enim puto verborum collocatione Didymus usus erat. Attamen non celandum est unum esse editae lectionis refugium, ut *μεταλαμβάνειν* sua natura deposita se accommodaverit ad aliorum quorundam constructionem, quae interpretari significant, max. *ἀποδιδόναι*. Porphyr. *Δ*, 1 *ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἠγοράωντο ἀποδέδωκεν ἀντὶ τοῦ ἠθροίζοντο*. Item *M*, 258 (v. similia quaest. Ar. spec. p. 36). Sed in ipso verbo *μεταλαμβάνειν* hanc mihi occurrisse constructionem nunc certe non memini. — Quod *αὐ τό* scribi volumus pro *αὐτό* non eget defensione. Sequitur

Ἔν τινι τῶν ἠκριβωμένων ποιημάτων. Legimus *Φ*, 130 haec Didymi: *Ἀρίσταρχος διὰ τῶν ποιημάτων Ἀριστοφάνη φησὶ στίχους ἓξ ἠθετηκέναι* — At sexcenties dixit Didymus *διὰ τῶν ὑπομνημάτων*. Et sic scribendum est et h. l. et *Γ*, 272 *οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ β′ ποιήματι τῷ περὶ παθῶν Διδύμου*, ut *P*, 201 *ζητεῖ ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ α′ ὑπομνήματι τοῦ* (l. *τῷ*) *περὶ παθῶν Διδύμου*. Et *I*, 453 *ταῦτα ἱστορεῖ Ἁρποκρατίων ὁ Δίου διδάσκαλος ἐν ποιήματι τῆς ϊ* t. (sic). Denique *Y*, 471 *ἐνέπρησεν*) *Φιλόξενος καὶ Ἀρίσταρχος. περὶ δὲ τῆς γραφῆς Ἀριστάρχου* (l. — *ος*) *ἐν ποιήματί φησιν οὕτως*. —

§. 3. Sed iam tempus est his missis denuo illud Didymi scholion inspicere, ut exploremus quid inde ad Aristarchi studia cognoscenda possit elici. Primum Aristarchi libros (*συγγράμματα*) distinguit ab eius commentariis.

At nihil scripsit quam commentarios, si Wolfio fides ex Suida concludenti (CCXXIX): *λέγεται γράψαι ὑπὲρ ω′ βιβλία ὑπομνημάτων μόνων*. Verum et Suidae testimonium sine dubitatione sic accipere licet: „si tantummodo commentarios numeres“*) et Didymus tum hoc

*) Res non tam pendet a casu, qui pro constructionis regulis et

loco scripta loquitur praeter commentarios, tum alibi ipsis additis titulis plura commemorat: *πρὸς Φιλητᾶν* h. l. et *A*, 524. *πρὸς Κομανόν A*, 97. *B*, 798. *Ω*, 110. *πρὸς τὸ Ξένωνος παράδοξον M*, 435. *περὶ Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας I*, 349. *) Quae Wolfium fugerunt.

§. 4. Sed quid illud est quod libros quam commentarios dicit fide digniores esse? Scilicet quod inter commentarios ferebantur minus elaborati. Narrat Galenus (praef. ad Hippocr. de nat. hom.), se olim in sectatoris cuiusdam usum commentarium in Hippocratis librum de elementis conscripsisse: qui commentarius ad illius captum elaboratus esset: mox se invito hunc commentarium in multorum manus venisse. Atque idem saepius a se factum esse narrat *περὶ ἰδ. βιβλ.* prooem. ed. Bas. IV p. 361. (XIX p. 10 ed. Kühn.) *φίλοις ἢ μαθηταῖς ἐδίδοτο (τὰ ἐμὰ) χωρὶς ἐπιγραφῆς ὡς ἂν οὐδὲ πρὸς ἔκδοσιν, ἀλλ' αὐτοῖς ἐκείνοις γεγονότα δεηθεῖσιν ὧν ἤκουσαν ἔχειν ὑπομνήματα.* Talia igitur sunt, quae Ath. p. 83. b. *σχολικὰ ὑπομνήματα* dicit. Immo non dubito quin inter hos scholasticos commentarios fuerint qui ne ab ipso quidem magistro scripti

---

pro collocatione verborum varius esse poterit, quam ab usu vocabuli *μόνος*. Plut. Pomp. 72 *στρατιώτας δὲ μόνους ἑξακισχιλίους φησὶ πεσεῖν Ἀσίνιος Πολλίων*, h. e. si tantum milites numeres, non lixas quoque et calones.

*) *Τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου* (testimonia infra invenies) hic propter duas causas omitto. Meinekius apud Platonium *περὶ διαφορᾶς χαρακτήρων* in verbis *Κρατῖνος ὁ τῆς παλαιᾶς κωμῳδίας ποιητὴς ἅτε δὴ κατὰ τὰς Ἀρχιλόχου ζητήσεις αὐστηρὸς μὲν ταῖς λοιδορίαις ἐστίν* corrigi voluit *Ἀριστάρχου*, qu. scen. I p. 19. Cogitavit haud dubie de libro Aristarchi sic inscripto. Sed nec traditum et praeterea habeo cur de eiusmodi libro vehementer dubitem. Proponam aliam coniecturam, quam mox vir sagacissimus expellet meliore: *ἅτε δὴ ἰάμβους Ἀρχιλόχου ζηλώσας*. Sic certe stat illud *ἅτε δή*. Verba *αὐστηρὸς* ad *λοιδορίαις* an casu anapaestica sunt?

sed ad eius scholas ab discipulis consignati essent. Recte igitur Didymus eiusmodi commentariis minus tribuit quam libris ab ipso auctore doctorum iudicio expositis. Vide quam ea de re ingenue Galenus fateatur, haec addens: *γεγραμμένων οὖν ὡς ἔφην οὐ πρὸς ἔκδοσιν αὐτῶν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τῶν δεηθέντων ἔξιν τε καὶ χρείαν εἰκὸς δήπου τὰ μὲν ἐκτετάσθαι, τὰ δὲ συνεστάλθαι καὶ τὴν ἑρμηνείαν αὐτήν τε τῶν θεωρημάτων τὴν διδασκαλίαν ἢ τελείαν ὑπάρχειν ἢ ἐλλιπῆ. τὰ γοῦν τοῖς εἰρημένοις γεγραμμένα πρόδηλον δήπου μήτε τὸ τέλειον τῆς διδασκαλίας ἔχειν μήτε τὸ διηκριβωμένον· ὡς ἄν οὔτε δεομένων αὐτῶν οὔτε δυναμένων ἀκριβῶς μανθάνειν πάντα πρὶν ἔξιν τινὰ σχεῖν ἐν τοῖς ἀναγκαίοις.* In caussis poterat addere (quamquam inest in antecedentibus) quod scribenti nec vacuum nec commodum est, quae privatis parietibus destinata sunt summa diligentia elaborare. Sed qui diligenter commentariorum elaborati essent (*τὰ ἠκριβωμένα ὑπομνήματα*) his suam auctoritatem Didymus non derogat. Quod apud Schol. Plut. 385 legimus *τὰ λίαν ἐπιτεταδευμένα ὑπομνήματα* (antiquum scholion est, fortasse ipsius Didymi) eandem putaverim differentiam accuratius inter elaboratos et perfunctorie exaratos grammaticorum commentarios respicere. Schol. H, 130 *φίλας ἀνὰ χεῖρας· ἐν ταῖς ἐξητασμέναις Ἀριστάρχου βαρείας χεῖρας.* Si corrigendum est *ἐν τοῖς ἐξητασμένοις* eosdem dixit commentarios, quos hic *ἠκριβωμένους*: sin recte scriptum *ἐν ταῖς ἐξητασμέναις* intelligi vult editionis Aristarcheae exemplaria a diligentioribus librariis descripta et bene correcta*)

§. 5. Hunc Didymum eiusque in Aristarcheis lectio-

*) Ab *διορθωτῇ*: de quo mihi alio dissert. Aristarch. loco dicendum est.

nibus exquirendis positam operam Wolfius si cognovisset melius, hunc si tenuisset Didymum esse, qui per tota scholia duplicis Aristarcheae editionis lectiones apponit, nunquam ille negasset duplicem Aristarchi editionem fuisse (CCXXXVII). At Ammonius, Aristarchi auditor et in schola successor (*Ἀμμώνιος ὁ Ἀριστάρχειος, ὁ διαδεξάμενος τὴν σχολήν K*, 397) librum scripserat *περὶ τοῦ μὴ γεγονέναι πλείονας ἐκδόσεις τῆς Ἀριστάρχειον διορθώσεως* (*K*, 397.) Quidni opponam eundem Ammonium scripsisse *περὶ τῆς ἐπεκδοθείσης διορθώσεως* (sc. *Ἀριστάρχου*), de qua non poterat scribere, si nulla erat. Si ad supposititiam hic liber pertinebat, inscribendus erat *περὶ τῆς ὡς Ἀριστάρχειον φερομένης διορθώσεως*. Suspicatus est Wolfius utroque titulo eundem Ammonii librum indicari. Hoc verum fortasse: affirmari nequit. Sed hoc affirmandum, illum priorem titulum hoc sibi velle: *περὶ τοῦ μὴ γεγονέναι πλείονας ἐκδόσεις τῆς Ἀριστάρχειον διορθώσεως — τῶν δύο.**) Nisi apud Aristarcheos de duplici magistri editione constabat non poterat duplicis editionis lectiones per totum Homerum exponere Didymus et utriusque vel consensum vel dissensum notare. Credere vero Ammonium probare voluisse, quod dein pro falso agnitum, temerarium. Quis in hac re verum docuerit potius quam scholae successor? Cui ipse Didymus non tantum fidem tribuit, sed etiam prae aliis fidem deberi significat. Vide modo *B*, 111. *K*, 397. cf. T, 365. *Z*, 76 (ubi *ὡς Ἀριστάρχου* leg. non — χος). *Γ*, 368. *H*, 7. *Γ*, 560. Crederem si summa credendi necessitas esset, quae nulla est. Ergo mihi certum est nec Ammonium de duplici editione dubitasse: omnes vero postea Aristarcheos duplicem statuisse, hoc Didymus non sinit dubitare. Quomodo fieri potuerit ut

---

*) Antisthenis liber *περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀντιλέγειν*. Diog. La. III, 35.

praeter eas, quas Aristarchus editioni paraverat, aliae editiones eius nomine circumferrentur, hoc ipse Wolfius satis pulchre strinxit p. CCXXXVIII.

§. 6. Ad Didymi librum redeundum est. Vidimus id praecipue egisse Didymum ut de lectione Aristarchea quam in editionibus habuisset vel variis temporibus probasset constaret; atque ut hoc exquireret et editiones et commentarios et libros tum Aristarchi tum Aristarcheorum adhibuisse. Sed in eo non substitit. Voluit etiam de fontibus Aristarcheae lectionis, tum quatenus aliorum consensum tulerit constare. Quare omnes, quotquot innotuerunt, editiones et antiquiores Aristarcho, ut Zenodoti, Aristophanis, et recentiores adhibuit earumque lectiones adscripsit. Denique haud raro etiam iudicium suum adiicit, in quo eum a partium studio remotissimum invenimus. Saepius quidem assentitur Aristarcho: sed est ubi alias lectiones (Zenodoti etiam) vel aeque bonas vel etiam meliores iudicat. Iudicia plerumque brevia. Adscribam quaedam, ut mos eius aliquo modo cognoscatur. *B*, 266 *οὕτως αἱ Ἀριστάρχου ἔκφυγε* (non *ἔκπεσε*). *καὶ ἔστιν ἡ χρῆσις Ὁμηρικὴ τῆς λέξεως, παρίστησι δὲ ἐνίοτε τάχος „φύγεν ἠνία“* (*Ψ*, 465) *καὶ „ἐκφυγε χειρός.“* (*E*, 18). *Ξ*, 382 *ἔνια δὲ τῶν ὑπομνημάτων δῶκεν ἀντὶ τοῦ δόσκεν. καὶ ἔστιν εὐφραδέστερον. T*, 95 *Ἀρίσταρχος „Ζεὺς ἄσατο.“ καὶ οὕτως ἐν ἁπάσαις, Ζεὺς ἄσατο· καὶ ἔστι ποιητικώτερον. ἐν δέ τισι τῶν εἰκαιοτέρων Ζῆν᾽ ἄσατο. Y*, 170 *γράφεται ἀμφοτέρωσε ἔν τισιν, οὐ φαύλως.* 182 *ἡ Ῥιανοῦ καὶ Ἀριστοφάνους βοῶν ἔπι· οὐκ ἀχαρίτως. Γ*, 292 *οὕτως αἱ Ἀριστάρχου ἀπὸ στομάχους· αἱ δὲ πλείους διὰ τοῦ ε, ἐπὶ στομάχους. καὶ ἔστιν οὐκ ἄχαρις ἡ γραφή. Γ*, 18 *ἔχει δὲ τὸν Ὁμηρικὸν χαρακτῆρα καὶ ἡ σὺν τῷ ἄρθρῳ γραφὴ καίπερ οὐκ οὖσα Ἀριστάρχειος*, et reliqua, quae lectores velim adeant. *N*, 502 *πρῶτος) ἡ Ἀριστο-*

φάνειος πρόσθεν, καὶ μήποτε βέλτιον· πρότερον γὰρ ἂν εἶπεν. *H*, 436 ἐκ πεδίου· ἐν τῇ κατὰ Ἀριστοφάνη οὕτως ἐγέγραπτο, ἐν πεδίῳ· καὶ μή ποτε ἄμεινον τοῦτο. *M*, 428 ὅτῳ) Ζηνόδοτος ὅτερ. καὶ ἐμφαίνει Ὁμηρικὸν χαρακτῆρα· καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ φησι „τῷ ὅτερ τε πατὴρ κέλεται" (*β*, 114). *H*, 428 πυρκαιῆς· οὕτως αἱ Ἀριστάρχου κατὰ γενικήν· ἡ δὲ Ζηνοδότου πυρκαιῇ. καὶ ἔστι χαριέστερον ὡς τὸ ἐν δὲ πυρῇ ὑπάτῃ νεκρὸν θέσαν (*Ψ*, 165). *Σ*, 492 ἐκ θαλάμων. Ζηνόδοτος ἐς θαλάμους. καί ἔστιν οὐκ ἀπίθανος ἡ γραφή. *Σ*, 142 ἀγορεύσατ'· παρὰ Ζηνοδότῳ ἀγορεῦσαι· καὶ ὑποφαίνει τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος. *Σ*, 565 ἐπ' αὐτήν. παρὰ Ζηνοδότῳ ἐς αὐτήν· καὶ ἔχει λόγον ἡ γραφή. (Contra e. g. *Ω*, 20 περὶ δ' αἰγίδα πάντα κάλυπτεν χρυσείην· οὕτως αἰγίδα χρυσείην αἱ Ἀριστάρχου, περὶ ὅλον αὐτὸν ἐκάλυπτε τὴν χρυσῆν αἰγίδα· καὶ μήποτε Ὁμηρικώτερον „τοῖόν τοι ἐγὼ νέφος ἀμφικαλύψω χρύσεον" (*Ξ*, 343). Sunt haec et similia iudicia brevia: etenim habebat ad hoc latiorem campum, sc. commentariqs suos in Homerum: in hoc vero libro haec ultimum locum habebant, lectionum apparatus summum *): attamen quaedam ex istis doctiora sunt quam prima specie videntur: habent enim rationem cum Aristarchi doctrina: alia nunc breviora quam ab auctoris manu profecta sunt: quaedam nunc etiam latius exposita (ut *Γ*, 18).

§. 7. Non iniucundum videtur totum quem Didymum adhibuisse etiamnum invenimus apparatum recensere:

Editiones sunt praeter Aristarcheas hae: Chia, Massiliotica, Cretensis, Cypria, Argiva, Sinopica (v. Wolf CLXXVI), ἡ πολύστιχος (*A*, 258, *Δ*, 335), Antimachi, Rhiani,

*) Contra Ptolemaei Ascalonitae librum περὶ τῆς ἐν Ὀδυσσείᾳ Ἀριστάρχου διορθώσεως (Suid.) putaverim in diiudicandis Aristarchi orthographia et accentibus maxime versatum fuisse.

Philetae, Zenodoti, Sosigenis, Philemonis, Aristophanis, Callistrati (*Z*, 434. *Γ*, 18), Cratetis (*Ω*, 253), tum quas dicit *κοινάς, δημώδεις*. Aeolicae (schol. Od. *ξ*, 280, 331. *σ*, 98) et Cyclicae (ib. *π*, 195. *ρ*, 25) *) mentio in scholiis ad Odysseam ne dubita quin ex eodem fonte sit. Commentarii Aristarchi et scholae destinati et editioni paratae, inde ab istis qui primi fuerunt, cum nondum ipse textum edidisset, sed annotationem suam ad Aristophanis editionem applicaret (*τὰ κατὰ Ἀριστοφάνην ὑπομνήματα Ἀριστάρχου B*, 133). Praeterea Dionysii Thracis, Dionysii Sidonii, Chaeridis (*B*, 865. *Z*, 71. *I*, 605.) Demetrii Ixionis, Diodori (? *B*, 865), Ptolemaei Epithetae commentarii ad textum Zenodoteum (si hoc modo recte interpretamur *B*, 111). Scripta denique Ammonii *πρὸς Ἀθηνοκλέα, περὶ τοῦ μὴ γεγονέναι πλείους ἐκδόσεις τῆς Ἀριστάρχειου διορθώσεως, περὶ τῆς ἐπεκδοθείσης διορθώσεως, περὶ τῶν ὑπὸ Πλάτωνος μετενηνεγμέ-*

---

*) In bibliothecam Alexandrinam volumen venerat Iliadem et Odysseam una cum cyclicis complectens. Hunc Homericorum carminum textum (is fuit fortasse, qui in fine Iliadis additum habebat: *ὡς οἵ γ' ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος, ἦλθε δ' Ἀμαζών, Ἄρηος θυγάτηρ μεγαλήτορος ἀνδροφόνοιο*) bibliothecae praefecti et grammatici nomine *τῆς κυκλικῆς διορθώσεως* ferebant. — Quae praeterea commemoratur editio, sshol. Od. *ξ*, 204, *ἡ ἐκ Μουσείου* in Didymi copiis recensere non possum (h. e. hae lacerae reliquiae non testantur); nam illa annotatio Didymi non est; est fortasse Aristonici (cf. *Σ*, 39). De huius editionis nomine si licet coniecturam facere, honoris caussa (sicut in templis nonnunquam factum esse accepimus) Homericorum carminum exemplar in Musarum sacello, quod cum schola Alexandrina coniunctum fuit, asservari solitum esse et hoc exemplar significari putaverim. — Non ausus sum afferre Chamaeleontem. Neque enim pro certo scio, sitne eo usus Didymus, quamquam sic videatur ex *M*, 231, nec adhuc constat mihi, praeter librum de Iliade fuerit etiam eius editio carminum Homericorum: quod quidam loci suadere videntur.

νων ἐξ Ὁμήρου *), Dionysii Thracis πρὸς Κράτητα, περὶ προσοτήτων, liber aliquis Dionysodori Alexandrini (*B*, 111), Parmenisci πρὸς Κράτητα, Ptolemaei Oroandae περὶ Ὁμηρικοῦ χαρακτῆρος, περὶ τῆς ὁπλοποιίας, Apollonii Rhodii πρὸς Ζηνόδοτον, Athenoclis περὶ Ὁμήρου, Callistrati πρὸς τὰς ἀθετήσεις, διορθωτικά **), περὶ Ἰλιάδος, Demetrii Ixionis πρὸς τὰς ἐξηγήσεις, πρὸς τοὺς ἠθετημένους, Ptolemaei Epithetae περὶ Ἰλιάδος. ***).

§. 8. Sed quamquam his tam multis tamque bonis subsidiis usus est, tamen non poterat ubique vel ipsas Aristarchi lectiones vel earum fontes expiscari. *K*, 124 μάλ' ἐπέγρετο) ὁ Ἰξίων μέγ' ἐπέγρετο· καὶ μή ποτε ἡ Ἀριστάρχειος οὕτως εἶχεν. *N*, 2 παρὰ τῇσι· Ζηνόδοτος καὶ Ἀριστοφάνης περὶ τῇσι· μήποτ' οὖν διχῶς. Praecipue confer quae dixit de lectione οὔτασε *Π*, 467 (de quo loco infra nobis dicendum est fusius). Sed hoc certe effecit, ut eius modestia (illo μήποτε plerumque utitur) et doctrina sciamus, ubi dubitationi locus sit.

§. 9. Etenim iam si ea, quae de Aristonici Didymique libris exposuimus, respicimus, hoc nemo poterit dubitare quin de tam bonis Aristarcheae doctrinae fontibus nobis gratulandum sit. Uter fide dignior sit si in universum iudicandum, palma tribuenda Didymo. Nam is multo pluribus usus est subsidiis et accuratius. Aristonicus nec libros (τὰ συγγράμματα) inspexit nec alias editiones inveniturque in iis erroribus fuisse, quos Didymus scholae errores dicit. Talem scholasticorum errorem in lectione μέγας Ζεύς *B*, 111 nota-

---

*) Hoc libro, ni fallor, lectiones versuum Homericorum a Platone citatorum, quales in exemplaribus Platonicis circumferebantur, examinabat.

**) *Σ*, 255. Cod. V Καλλίμαχος.

***) Addenda fortasse Chaeridis διορθωτικὰ ex Schol. Od. *η*, 80.

vit Didymus: at est in eo errore Aristonicus, *B*, 111. *I*, 18. Vid. *K*, 398. *Π*, 467, quibus ex locis intelligitur quam nonnunquam Aristonicus securus sit, ubi Didymus Aristarchea non esse vel esse non posse extricavit. Hinc simul colligimus (nam diserta ea de re testimonia non sunt, nec alter alterum ad partes vocat) Aristonicum librum suum scripsisse antequam Didymi opus in vulgus editum esset. Hoc opere, si iam tum innotuerat, Aristonicus carere non potuit nec quidquam ad eius consilium commodius; Didymus contra, ipsos fontes adiens, Aristonici breviario carebat facillime. Nobis utriusque opera quanti facienda sit quamque grato accipiamus animo indicavimus satis. Hoc tamen iure utemur, quod ipsum disputatione nostra vindicavimus, ut ne istos quidem laude minime defraudandos auctores sine errore esse in Aristarchea doctrina lectioneque tradenda meminerimus.

§. 10. Ceterum quae Didymi, quae Aristonici notae sunt in cod. Veneto facile produntur utriusque operis consilio. Attamen est ubi non possit fieri ut uterque distinguatur. Nam et aliis in rebus haud raro et in athetesibus explicandis saepissime utriusque opera simillima erat. Hoc ipse epitomator indicat. *Θ*, 535 annotatione Aristonici posita addit: *τὰ αὐτὰ δὲ λέγει περὶ τῶν στίχων τούτων ὁ Δίδυμος ἃ καὶ Ἀριστόνικος· διὸ οὐκ ἐγράψαμεν τὰ Διδύμου. O*, 86 *ταῦτα ὁ Δίδυμος ὁ* (l. *ὁμοίως*) *Ἀριστονίκῳ λέγει περὶ τῆς γραφῆς τῆς δέπασσι. H*, 253 *ὥσπερ καὶ ὁ Ἀριστόνικος ἐκτίθησιν, ἣν περιττὸν ἐνομίσαμεν γράψαι.*

Deinde cautio adhibenda, ad quem finem unumquodque scholion eiusdem auctoris sit. Etēnim qui haec congessit ea nonnunquam ratione usus est, ut plures annotationes connecteret per *δέ*, hoc modo: *A*, 593 *κάππεσον ἐν Λήμνῳ*) *πρὸς τὰ περὶ Ὀλύμπου· παρά-*

κειται γὰρ ἡ Λῆμνος τῇ Θράκῃ· τινὲς δὲ μεταποιοῦσιν ἐς Λῆμνον· ἀλλ᾽ ὁ ποιητὴς χρῆται τῷ τοιούτῳ σχήματι, ἐν δ᾽ ἔπεσ᾽ Ὠκεανῷ, κάππεσεν ἐν κονίῃσι, θοῇ ἐν νηὶ πέσῃσιν· οὕτως Ἀρίσταρχος. Haec Aristonici sunt usque ad τῇ Θράκῃ. Reliqua Didymi. *P*, 202 οὐχ οὕτως παρείληπται ὡς ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ τάττομεν διστακτικῶς τὸ σχεδόν, ἀλλ᾽ ἀντὶ τοῦ ἐγγύς· αἱ δὲ Ἀριστάρχου ὅς δή τοι σχεδὸν εἶσι. Initium Aristonici, αἱ δέ — Didymi. Hoc ubique notandum si quis his scholiis utitur. Sic *A*, 205 οἰνοβαρές) ὅτι Ζηνόδοτος τοῦτον τὸν τόπον ἠθέτηκεν ἕως τοῦ ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον. καθ᾽ ἑκάστην δὲ λοιδορίαν βραχὺ διασταλτέον. — Usque ad σκῆπτρον Aristonici, reliqua Nicanoris. *A*, 254 ἕως τοῦ μάχεσθαι, συναπτέον· βραχὺ δὲ διασταλτέον παῖδες, θυμῷ, μαρναμένων. περισπαστέον δὲ τὸν ἦ . . . . Initium Nicanoris. A περισπαστέον δέ Herodiani. *Σ*, 437 διὰ τοῦ ε αἱ Ἀριστάρχειοι καὶ αἱ πλείους, ἀπέμεσσεν. Ζηνοδότειος δέ ἐστιν ἡ διὰ τοῦ α ἀπέμασσεν· βραχὺ δὲ διασταλτέον — Didymus — Nicanor. Et sic porro.

§. 11. Tam bonis subsidiis posterioribus grammaticis ad Aristarcheas lectiones et praecepta cognoscenda uti licuit. Herodianus in libro de prosodia Homerica Didymo usus est: *A*, 441 οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος ἔγραφεν ἐκ πλήρους ὡς Δίδυμος μαρτυρεῖ. *N*, 450 (ἐπίουρος) καὶ Ἀρίσταρχος δέ οὕτως, ἐκδεχόμενος τὸν φύλακα· μέμνηται δέ καὶ ὁ Δίδυμος τῆς ἀποδόσεως καὶ Τρύφων. Sed iisdem iam subsidiis usi erant qui ante eum de Homericis lectionibus accentibusque scripserant, quos diligentissime consuluit, ut Trypho (περὶ τῆς ἀρχαίας ἀναγνώσεως), Alexio, Ptolemaeus Ascalonita, Tyrannio. Quare nonnunquam satis habet ad hos auctores recurrere. Sic *N*, 191 Ἀλεξίων φησὶν ὅτι Ἀρίσταρχος ὡς σοφός προηνέγκατο, sc. χροος (Ariston. et Did. consentiunt in contrario), Τυραννίων δὲ ὡς πό-

λος. *N*, 246 Ὁ Ἀσκαλωνίτης φησὶν ὅτι ὁ Ἀρίσταρχος δύο ποιεῖ, Θεράπων καὶ εὖς, τινὲς δὲ ὑφ' ἓν ἀνέγνωσαν ὡς Ἐτεωνεύς. *B*, 662 Πτολεμαῖός φησιν ὁ Ἀσκαλωνίτης Ἀρίσταρχον ἀνεγνωκέναι ὁμοίως τῷ ἕκτα σὺν οὐλομένῃ ἀλόχῳ (λ, 410) κατὰ συζολήν. Τυραννίων δὲ κατ' ἕκτασιν. Fortasse debebat saepius Didymum inspicere.

Herodianea scholia facile colore suo agnoscuntur. Quae veteribus dictae prosodiae nemini incognitum. Ergo ubicunque aliqua in Homero vox esset, cuius de tono, sono, passionibus dubitari et disputari opus esset, eam versuum ordinem sequens illustrare, aliorum sententias vel probare vel reprobare, sua confirmare. Summum magistrum Aristarchum saepissime respicit, assentiens in plerisque, raro et verecunde dissentiens. Saepissime ei res est cum Tryphone, Alexione, Ptolemaeo, Tyrannione, Nicia, Pamphilo (quem ego non dubito ipsum Ὁμηρικὴν προσῳδίαν scripsisse *), Hermapia, aliis: etenim doctissimum opus est. Caeterum vel sermonis et terminologiae in plerisque Herodianeis unus idemque color, ut non dubium sit, quae quidem excerpsit epitomator in his plerisque ipsa Herodiani verba servasse. Nam vel in particulis agnoscitur. Sic ὡς ὅτι pro ὅτι, quod in reliquis scholiis haud frequens (ut *E*, 297. *X*, 447.) creberrime in Herodianeis recurrit, *N*, 191. *A*, 454. 754. *Λ*, 129. 264. *B*, 592. 831. *Γ*, 280. *Δ*, 228. *E*, 283. *Θ*, 109. 178. *I*, 6. 385. 636. *M*, 126. *N*, 22 bis. *Σ*, 340. *Y*, 234. (*μ*, 22. *φ*, 27). Attamen ingentem iacturam fecimus. Nam primum non omnia excerpsit, ut ipse significat: παράκειται — τινὰ ἐκ τῆς Ἰλιακῆς προσῳδίας Ἡρωδιανοῦ, et patet ex ipso Herodiano. Sic ex eius nota ad *Θ*, 355 patet excidisse notam ad *A*, 573; ex *B*, 427 excidisse ad *A*, 40 (quae nota servata est

*) Dico hoc propter Rankium, Hes. 126.

in Etymologico); ex *B*, 648 excidisse *B*, 533; ex *A*, 385 excidisse *A*, 109; ex *A*, 409 excidisse *B*, 346. cf. *M*, 205. *N*, 71. Deinde ne ea quidem, quae apposuit, omnia integra dedit; sed omisit si qua annexa erant quae vel longiora vel cum re minus cohaerere viderentur. Hoc nonnunquam deficiens connexus prodit, nonnunquam alia via patet, e. g. Herodiani notam ad *Σ*, 21 ex parte tantum appositam esse patet ex *Φ*, 279.

§. 12. His igitur quatuor libris Aristonici, Didymi, Herodiani, Nicanoris ab initio scholia cod. A contexta; nec diu post Herodiani aetatem hanc operam susceptam esse arbitror. Eum, qui haec comportavit, alia multa praeter haec addidisse vix putaverim; sed addidit fortasse quaedam quae ex aliis Herodiani scriptis afferuntur, maxime si quando in his ab ea doctrina, quam in libro de prosodia Homerica exposuerat, dissensisse inveniebatur. Haec, quod observaverim, plurima diligenter et apte allata, ut ab homine, qualem fingere opus est eum qui tam doctum consilium susceperit *), proficisci potuisse non negem. Et addidit idem fortasse praeterea unum vel alterum simili consilio Didymi notis et Aristonici **). Sed tempore gliscente

---

*) Verbo moneo hoc opus Odysseam quoque complexum esse. Quattnor scriptorum vestigia quocunque pedem posueris in scholiis obvia.

**) Cogito hoc loco maxime de *K*, 398, ubi et Didymi et Aristonici observationes traditae, sed levis correctio addita sic: *ταῦτα ὁ Ἀριστόνικος περὶ τῆς γραφῆς ταύτης φησί, διπλῆν βάλλων τῷ στίχῳ· ἐν μέντοι τῇ τετραλογίᾳ* (h. e. ni fallor, commentariorum libri quattuor) *Νεμεσίωνος οὕτως εὗρον περὶ τῶν στίχων τούτων*, cet. Refutabit me fortasse, si cui de huius Nemesionis aetate constat, quae mihi aliunde ignota est.

plurima alia ex recentioribus commentariis Homericis (ut Porphyrii) aliisque vulgatis libris huic quoque codici appicta sunt. Invenitur qui sibi placuit in annotationibus ex Apollonii Dyscoli libris appingendis, sed negligentissime saepe, ut *Δ*, 22 col. Apollon. de adv. p. 553. Vid. praeterea *Α*, 99. 568 (ubi punctum ponendum post Ὥρος). *Δ*, 343. *Λ*, 100 (ὡς δείκνυται ἐν τῷ περὶ συντάξεως ne addito quidem nomine Apollonii). *Ε*, 219 (ἐν τῷ περὶ ἀντωνυμιῶν δηλοῦται, item sine nomine). Cf. V, D ad *O*, 138. *Σ*, 505*). Sic appicta sunt quaedam ex lex. Apollonii (ut *Γ*, 448), quaedam Orionis, Choerobosci, nec semper nomina auctorum addita. Sic *Δ*, 66 doctum scholion est de flexione substantivorum in *ας*, quod in Etymologico quoque legitur (s. ὑπερκύδαντας) et ap. Eustathium p. 445, unde patet Eustathium iam h. l. in scholiis invenisse. Diu de auctore eius scholii haerebam: Choerobosci esse didicimus a Goettlingio praef. Theodos. p. XIII. Sunt alia ex Porphyrianis sumpta, partim integra, partim brevem eorum summam habentia (ut *Τ*, 79), alia ex reliquis scholiis.

§. 13. Contra haud pauca ex cod. A paullatim in reliquos codd. translata, imo quaedam in hoc cod. deficientia hodie in aliis exstant. Omnino enim nullum genus scholiorum Homericorum est, quin particulae invicem translatae et commixtae appareant. Hinc ea observabam sola excludenda esse, quae in cod. Leidensi Senacherimi nomen praefixum habent. Haec enim Leidensis codex sibi propria habet. Ille Σεναχειρήμ vel Σεναχηρίμ Valckenario negotium facessivit

---

*) Fortasse huc pertinet unus alterve locus ex his. *Δ*, 410. *Ε*, 142. *Ζ*, 414. *Κ*, 67. 252. *Μ*, 204.

(de schol. in Hom. ined. p. 137 T. II op.): nunc factum opinor ut eius voluntati respondere possimus. „Pervelim, inquit, ut quis me quidpiam de isto Senacheribo edocefaciat, quibus in oris et quo temporis articulo, Saeculo XII an XIII vixerit". Scilicet cum illud observarem ea fere sola uni codici propria esse, incidi in coniecturam, haec a philologo quodam novitio codici, quem manibus suis tractabat, appicta, nomen vero ludi caussa sub alieni sermonis persona celatum esse. Adii virum orientalium linguarum scientissimum Petrum a Bohlen; cum eo rem meam communicabam quaerebamque possetne fortasse in Hebraica lingua nominis etymon inveniri. Ille de nomine regis Assyriorum, cuius mentio est in V. T., iam olim cogitaverat; Hebraicum etymon nullum esse, Persicum nec se satis applicabat ad vocem nec reclusum ostendebat — philologum. Sic res in irritum cadere videbatur; iamque sermo ad alia transferri coeptus, cum uterque nostrum rei probabili visae inhaereret. Tum ille: Arabes quidem Kerîm benignum dicunt. — Inieci Casaubonum. — Sed quid est Casau — ? — Hortus, inquam, Hortiboni memor et lusus Wolfiani. — Secuta Archimedea vox: Dschinna vel Dschenna (sonus litterae ad e propius accedit) Arabes hortum. Dschennakerîm ergo, si verbum de verbo exprimas, est Casaubonus. — Illum Senacherimum, a quo scholia Homerica profecta sunt, Casaubonum esse non dubito, etsi nomen Σεναχηρίμ (id quod Valckenarium fugerat) in rebus Byzantinorum memoratur (Niceph. Greg. p. 255, 3. Cantacuz. T. I p. 130, 3. 150, 18. T. II 77, 8). Casaubonum in nomine suo lusisse scimus et Orientalium linguarum haud ignarum fuisse et nonnunquam Graece scribere maluisse (ut praefationes). Denique illorum scholiorum color is est, qui solet esse si qui in exterae linguae scriptionibus

non multum profecerunt: cum vocabula vulgaria sint, difficilis intellectus: ut equidem Aristonicum, Didymum, Herodianum, quamvis technicorum vocibus plenos, citius perspiciam.

C. III.

De fide codd. L et V et Eustathii.

§. 1. Si quis igitur codice A recte uti vult, quodam lectionis usu et prudentia opus est. Qua non opus in codd. V et L et quae B cum his communia habet. Nam de his breviter dici potest, nullum unum verbum iis credendum esse. L ad *A*, 567 *αἱ πᾶσαι ἀέπτους*· at sic unus habuit Aristophanes (*ἐν γλώτταις*). *A*, 585 *πᾶσαι ἐνικῶς ἔχουσι τὸ χειρί, οὐ πληθυντικῶς*. At schol. A, ex quo hausit, non omnes dicit, sed quatuor certas enumerat. Item *A*, 598 *οἰνοχόει Ἰακῶς πᾶσαι*. At sex suis nominibus in schol. A enumeratae, hoc quae habeant, minime omnes. Item falso *πᾶσαι* V ad *Γ*, 368. BLV ad H, 171.—BL ad *A*, 607 *τὸ ἦχι χωρὶς τοῦ ι κελεύει γράφεσθαι Διονύσιος καὶ παράγει Δωριεῖς ἄχι λέγοντας*. Aristarchum, qui item sic scripsisse traditur in cod. A, omiserunt („*Ἀρίσταρχος τὸ ἦχι χωρὶς τοῦ ι γράφει καὶ Διονύσιος. παρατίθεται δὲ ὁ Διονύσιος τοὺς Δωριεῖς λέγοντας ἄχι*“). *A*, 609 cod. A sic: *πρὸς ὃν λέχος· ὅτι Ζηνόδοτος πρὸς ὃ λέχος* — Quid L? *Ζηνόδοτος πρὸς οὗ*. Scilicet illud *ὅ* non intellexit. —

BLV ad *B*, 330 *κεῖνός θ' ὡς ἀγόρευε*) *ὀξυντέον τὴν ος διὰ τὸν τε. οὕτως Ἀρίσταρχος καὶ Ἡρωδιανός.* Eo modo increbili paene oscitantia corruperunt hoc ex cod. A: *οὕτως Ἡρωδιανὸς διὰ τοῦ θ. Ἀρίσταρχος δὲ διὰ τοῦ τ* (sc. *τώς*). — Aristarchum pro Zenodoto habet L ad *Θ*, 349. Sed palmam meruit hoc: *E*, 695 docet schol. A: *Πελάγων*) *Πτολεμαῖος ὁ Ὀροάνδου διὰ τοῦ σ Σελάγων.* Quid L? „*Πτολεμαῖος διὰ τοῦ σ γράφει Πελάσγων.*“ Hoc etiam festivum: I, 575 in A annotatum: *ὅτι ἐντεῦθεν ὁ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Μελεάγρῳ τὸν χορὸν ἀπὸ ἱερέων παρήγαγε.* At L: *ἐντεῦθεν καὶ Σοφοκλῆς τὸν χορὸν Οἰδίποδος ἐξ ἱερέων ποιεῖ.* Nimirum Oedipodem cum sacerdotibus meminerat, Meleagrum non noverat. In eiusmodi auctore talia vix commemoranda quod dixit *ἐν τοῖς Ἀριστάρχου ὑπομνήμασι*, *B*, 355, cum legeret in A, quod non idem est, *Ἀρίσταρχος καὶ τὰ ὑπομνήματα.* Similiter V ad K, 51 *ἀθετεῖ Ἀριστοφάνης.* At A: *Ἀριστοφάνης προηθέθει.* Ergo si intellexisset, scribere debebat: *ἀθετεῖ Ἀρίσταρχος καὶ Ἀριστοφάνης.* Similiter erravit ad O, 231. — Item V ad *Λ*, 179 *Ἀριστοφάνης τοὺς δύο ἀθετεῖ, Ζηνόδοτος δὲ οὔ.* Incredibili oscitantia scholion A exscripsit, in quo refertur Aristarchum utrumque versum reprobrasse (cuius mentionem non facit quia solito more dictum *ἀθετοῦνται* Aristarchi nomine omisso), Zenodotum ne scripsisse quidem (*Z. οὐκ ἔγραφεν*), Aristophanem alterutrum reprobrasse. V ad *Φ*, 169 *Ἀρίσταρχος ἰθυκτίωνα.* At haec est Zenodoti lectio: *ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἰθυκτίωνα.* — Sed illi melius visum illustriorem ponere.

§. 2. Nec Eustathius similibus erroribus liber est, quem limis oculis quos ad manum sumserat libros percurrisse certum est. Tantum afferam, quantum satis est ad genus errorum significandum. p. 1387, 20 *Ζεῦν*

attribuit Polycrati, debebat Aeschrioni. Qui negligentius Athenaeum inspiceret (hinc enim hausit p. 335. c.) hoc poterat facile pati. Item p. 1376, 24 Pisistratum pro Cimone nominat, cum item ex Athenaeo hauriret p. 533. b. Haeserat enim in Pisistrati nomine, Cimonis, quod mox interiicitur, neglexerat. Quamquam ubi Athenaeum male intellexit fortasse iam epitome, qua usus est, culpanda (v. Dind. ad locum priorem p. 335). Sed vide alia: *A*, 298 *ὅτι κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ Μασσαλιωτικὴ καὶ Σινωπικὴ ἔκδοσις τῆς Ἰλιάδος τὸ μαχήσομαι διὰ τοῦ η.* At scholia („*οἱ παλαιοί*“) praeter has duas editiones plures nominant; ille oculo stringens quae optime placerent quasi sorte duxit. *H*, 475 (p. 692, 20) *ἡ δὲ τῶν ἀνδραπόδων λέξις νεωτερική ἐστι κατὰ τοὺς παλαιούς· διὸ καὶ Ἀριστοφάνης καὶ Ζηνόδοτος ἠθέτουν τὸ ἔπος ἐν ᾧ κεῖται ἡ λέξις αὕτη.* H. l. cod. exhibet nunc haec Aristonici: *ἀθετεῖται, ὅτι νεωτερικὴ ὀνομασία τοῦ ἀνδράποδον· οὐδὲ γὰρ παρὰ τοῖς ἐπιβεβληκόσιν Ὁμήρῳ νοεῖται. λυπεῖ δὲ καὶ τὸ ἄλλο πλεονάζον.* Hic concedo nunc excidisse, quae Eustathium adhuc legisse putamus, *ἠθετεῖτο καὶ παρὰ Ζηνοδότῳ καὶ Ἀριστοφάνει.* At Aristarchum quoque versum reiecisse, hoc] ex illo *ἀθετεῖται* nescivit extricare. Ad *O*, 44 Eustathius sic: *τὸ δὲ τειρομένους, ὅπερ ἡ Μασσαλωτική, φασί, γραφὴ κτεινομένοις ἔχει.* At scholia: *ἐν τῇ Ἀριστοφάνους καὶ Μασσαλιωτικῇ καὶ Ἀργολικῇ οὕτως ἐφέρετο κτεινομένοις.* — *P*. 276 dicit *Βῆσσα* ab Herodiano per duplex *σσ* scriptum esse: at ex Steph. Byz. apparet nomen appellativum tantum ab Herodiano sic scriptum esse, non urbis nomen. *λ*, 14 ita loquitur (quod idem facit scholiasta h. l.) quasi plures pro *Κιμμερίων* scripserint *Χειμερίων*. At solum Proteam Zeugmatitem fecisse apparet ex Et. M. (513, 49). Strictim oculis percurrisse copias suas Eustathium, hoc etiam proditur illustri documento. Usus est scholiorum volumine eorum, quae hodie codex

Venetus A habet: sed praeterea tractabat, quem saepissime ad partes vocat, librum commentariorum, Apionis et Herodori nomine inscriptum. Eo vero libro eadem illa scholia contineri (quod ita esse Excursu opusculi mei ostendam) longum per iter hoc comitatu utenti non patuit. AP 387 ss!

Dissertatio II.

De Aristarchea vocabulorum Homericorum interpretatione.

C. I.

Exponitur quid ante Aristarchum in vocabulorum interpretatione grammatica praestitum videatur. In vocibus Homericis illustrandis non multum antea profectum. Quo magis quaedam Aristarchi (qui universe hunc locum egregie tractavit) condonanda peccata. Error in vocabulo ἱερός.

§. 1. Doctae accurataeque, quae apud Alexandrinos valuit, poeticorum vocabulorum interpretationi si quaeris quemadmodum prioribus saeculis praelusum fuerit, tam vel exilia vel prava conamina reperies, ut haec tota laus fere integra Alexandrinis philologis relinquenda videatur. Et circumspicientes veterum instituta, unde aliquid eiusmodi videri possit promanasse, primum ducimur ad ludos litterarum, quibus Homerum et quosdam alios poetas (v. Bernhardy synt. p. 4) cum pueris strenue tractatos esse accepimus. Quod sine

verborum reconditorum interpretatione haud procedere potuisse cum res ipsa loquatur tum locuplete teste cognovimus, hoc bonae priscaeque institutionis fuisse, glossas Homericas ut pueri intelligerent. Quis hodie nescit Aristophanis fabulam, in qua civem Atheniensem induxit cum duobus filiis, uno bonis probisque maiorum moribus adhaerescente, altero novae disciplinae illecebris corrupto. Hunc ut convincat pater sophistarum rhetorumque disciplinam detestans, nec Homericas glossas scire coarguit. Ar. fragm. Dind. p. 41

πρὸς ταῦτα σὺ λέξον Ὁμηρείους γλώσσας, τί καλοῦσι κόρυμβα;

et

τί καλοῦσ' ἀμενηνὰ κάρηνα; *)

Quaerimus igitur fuerit aliquid ex his magistrorum explicationibus scripto traditum, quod ad Alexandrinorum tempora pervenerit. Hoc factum esse aio. Commemorantur et refutantur ab Aristarcho saepius qui communi nomine dicuntur glossographi. Hoc nomine docti Alexandrini, si qui ante Aristarchum glossas scripserant, ut Philetas, Aristophanes (quamquam hi ne Homericas quidem glossas scripserant, quae solae illis locis respici videntur) sed isti significari non possunt, quod et illustres grammatici suo quisque nomine refutandi erant nec hi de tot vocabulis unum idemque attulisse censendi sunt praesertim falsa. Quod si cui argumenti non satis videtur is ipsas illorum glossographorum interpretationes inspiciat: statim intelliget tam

---

*) Hoc fragmentum maxime Seidleri opera nunc paene correctum et restitutum videtur. Sed versu ultimo, ubi accepimus *τίς τοῦτο τῶν ξυνηγόρων τηρεύεται* vel *τερύεται*, nec *γηρύεται* verum fuerit nec *θηρεύεται* (quod Fritsch. proposuit de Daetal. p. 54), sed *τερατεύεται*.

pueriles in explicandis vocibus Homericis errores non potuisse nisi ea aetate grassari, quae omni doctrinae apparatu destituta non locorum comparatione sensum vocabulorum exquireret, sed quidquid primum intuenti sensus flagitare videretur, id pro interpretatione arriperet. *Σ*, 540 *νεκρούς τ' ἀλλήλων ἔρυον κατατεθνηῶτας*) *ἡ διπλῆ ὅτι ἐπὶ τῶν τοιούτων τόπων οἱ γλωσσογράφοι τοὺς νέους ὑπέλαβον λέγεσθαι.* — *Ψ*, 16 *δεύοντο ψάμαθοι, δεύοντο δὲ τεύχεα φωτῶν δάκρυσι· τοῖον γὰρ πόθεον μήστωρα φόβοιο*) *ἡ διπλῆ ὅτι αὐξητικῶς τὸ τοῖον, οὐχ ὡς οἱ γλωσσογράφοι ἀξιοῦσιν ἀγαθόν.* Eust. *δ*, 206 *τοίου γὰρ καὶ πατρὸς, ὃ καὶ πεπνυμένα βάζεις*) *ἰστέον ὅτι τὸ τοίου γὰρ πατρός οἱ γλωσσογράφοι ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ φασιν, ὡς τὰ παλαιὰ σχόλια λέγει.* cf. B ad *H*, 231 *οἱ γλωσσογράφοι τὸ τοῖοι ἀντὶ τοῦ ἀγαθοί· ὅθεν καὶ Καλλίμαχος τῷ τοίων ἀεὶ* (?) *κέχρηται.* *Ω*, 164 *ἀμφὶ δὲ πολλὴ κόπρος ἔην κεφαλῇ τε καὶ αὐχένι τοῖο γέροντος*) *ἡ διπλῆ ὅτι τὸ τοῖο οὐκ ἔστιν ἀγαθοῦ, ὡς οἱ γλωσσογράφοι, ἀλλὰ θαυμαστικῶς τοιούτου* (sch. B.) — *Σ*, 378 *οἱ δ' ἤτοι τόσσον μὲν ἔχον τέλος, οὔατα δ' οὔπω δαιδάλεα προςέκειτο*) *τόσσον μέν, ὅτι ἐπὶ τῶν παρὰ μικρὸν τετελειωμένων οὕτως λέγει „ὃς τὸ μὲν ἄλλο τόσον φοῖνιξ ἦν* (*Ψ*, 454). *„τοῦ δὲ καὶ ἄλλο τόσον μὲν ἔχε χρόα“* (*X*, 322). A. *οἱ δὲ γλωσσογράφοι τόσον ἀντὶ τοῦ σῶμα.* V. cf. sch. B et V ad *X*, 322. *Ψ*, 454. — *Δ*, 315 *γῆρας ὁμοῖον*) *ὅτι οἱ γλωσσογράφοι ὁμοῖον τὸ κακόν.* Cf. Eust. p. 476. — *I*, 540 *ὅς* (*σῦς*) *κακὰ πόλλ' ἔρδεσκεν ἔθων Οἰνῆος ἀλωήν*) *ὅτι οἱ γλωσσογράφοι τὸ ἔθων ἀποδιδόασι βλάπτων· ἔστι δὲ ἐξ ἔθους ἐπιφοιτῶν.* — *K*, 56 *ἐλθεῖν ἐς φυλάκων ἱερὸν τέλος*) *ὅτι οἱ γλωσσογράφοι ἱερὸν τέλος τὸ μέγα τάγμα.* — *P*, 151 *ἐπεὶ Σαρπηδόν', ἅμα ξεῖνον καῖ ἑταῖρον, κάλλιπες Ἀργείοισιν ἕλωρ καὶ κύρμα γενέσθαι*) *ἡ διπλῆ ὅτι τὰ ἑλώρια* (*A*, 4) *οὐκ ἔστι βρώματα, ὡς οἱ γλωσσογράφοι, ἀλλ' ἑλκύσματα.* — *Ω*, 367 *ἡ διπλῆ ὅτι οὐ πάντως βρώματα τὰ ὀνείατα, ὡς οἱ γλωσ-*

σογράφοι, ἀλλὰ πάντα τὰ ὄνησίν τινα περιποιοῦντα, ὡς νῦν τὰ δῶρα. — Ψ, 661 ᾧ δὲ Ἀπόλλων δώῃ καμμονίην) ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ἀνθ' ἑνὸς καμμονίη νίκη, ὡς οἱ γλωσσογράφοι, ἀλλ' ἡ ἐκ πολλῶν (l. καταμονῆς, v. Sch. X, 257.) διὸ ἐπὶ δρομέων οὐ τάσσει, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πυκτευόντων καὶ μονομαχούντων (X, 257). μία (l. μετὰ) γὰρ καταμονῆς. — Π, 822 δούπησεν δὲ πεσών) ὅτι ἐκ τῶν τοιούτων ἀπεδέξαντο οἱ γλωσσογράφοι τὸ δουπῆσαι ἐν ἀνθ' ἑνὸς ἀντὶ τοῦ ἀποθανεῖν· ἀγνοοῦσι δὲ ὅτι οὐκ ἐπὶ παντὸς θανάτου τάσσει τὴν λέξιν ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐν πολέμῳ πιπτόντων διὰ τὸν παρακολουθοῦντα ψόφον ἐκ τῶν ὅπλων. Eadem res bis praeterea monita, N, 426. Ψ, 679. — Praeterea quinquies iidem glossographi notati, quod ποιπνύειν per διακονεῖν (ad Ξ, 155), πρόμος per βασιλεύς (Γ, 43), μάσταξ per ἀκρίς (I, 324), ἀφήτωρ per στροφεύς (quod idem Zenodotum peccasse, I, 404), βράσσων per ἐλάσσων (verbo βραχύς nusquam Homerum uti, K, 226) explicuerint*). Sic ludorum magistri discipulos Homerum intelligere docebant, breviter, opinor, dictantes usque dum excellens doctrina memoria haereret, sic fere ut in Cratylo Platonis legimus (409. A) τὸ δε ποικίλλειν καὶ αἰολεῖν ταὐτόν: quamquam quasdam etiam doctiores si Deo placet regulas ex illa mature Graecis adamata etymologia addidisse facile crediderim, quale scilicet illud est, quo ut noto utitur Plato (Crat. 405. C)

---

*) Hi soli certi sunt Aristonici loci de glossographis. Eustathius nunc eosdem glossographos dixit, ex scholiis nostris hauriens, nunc ab Athenaeo mutuans et lexicographis Ameriam, Hermonem, Clitarchum aliosque recentiores, qui libros glossarum nomine ediderunt. Iidem hoc nomine significari videntur ab Hesychio et Apollonio lex. H. qui usus est etiam in scholiis Apollonii Rhodii. Recentioribus Scholiis Homericis nulla in huius vocabuli usu fides. Sic L.: οἱ γλωσσογράφοι ἤγουν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος· quod ille Eustathium exscribens proprio Marte addidit. (cf. Eust. 476).

ὥσπερ τὸν ἀκόλουθόν τε καὶ τὴν ἄκοιτιν, ὅτι τὸ α σημαίνει πολλαχοῦ τὸ ὁμοῦ. Talia interpretamenta ex puerili disciplina per Atheniensium ora volitabant: nec profecto Homeri gloriae plus offecerunt, quam tot vocabula Graeca, Romanorum vulgo profecto ignotissima, comicis Latinis, quam hodie centenae obscurissimae voces Goethii, Klopstockii, Vossii (ne Richterum dicam), quos omnes stupent, quam vel non intelligant vel ridicule paucissimi sentiunt. Istas vero quae magistris usui essent quasque per manus traderent interpretationes litteris consignatas et identidem descriptas esse tam probabile et consentaneum est, ut si non factum esset vix esset credibile; item has omnes glossas tam sibi similes fuisse ut ovum ovo non similius: denique harum auctores vel scriptores nomen non habuisse, ut non potuerint indicari nisi communi indice „οἱ γλωσσογράφοι."

Ecquis meliora a rhapsodis exspectaverit? Nec dixit quisquam hos de lingua Graeca bene meruisse nec istorum Homeri laudatorum vel doctrina vel poetae studium, quale ex Platone et Xenophonte cognovimus, praeter vulgus sapuisse persuadet. *)

Rhetores certe Homero nil profuerunt, imo defuerunt: ut eodem Aristophanis fragmento a Galeno servato, quo iam supra usi sumus, constat: nam ab Homericis ad Solonis glossas causarum actoribus profuturas iuvenum animos avocaverunt. Quare ille novae artis studiosus iuvenis, convictus in Homericarum glossarum ignorantia, ἀντιπροβάλλει (Galeni verba sunt) τῶν ἐν τοῖς

*) In scholiis, si recte memini, semel rhapsodi (Hermodori) explicatio affertur, inepta illa, Φ, 26.

Σόλωνος ἄξοσι γλωττῶν εἰς δίκας διαφερούσας ὧδέ πως·
ὁ μὲν οὖν σός, ἐμὸς δ' οὗτος ἀδελφὸς φρασάτω
τί καλοῦσιν ἰδυίους.

Iure nostro sumimus has explicationes vel in traditione quadam vel in etymologicis et iudicialibus nugis substitisse.

Iam ad sophistas festinat animus ut exploremus, quid hi suae sapientiae praecones, quos in poetis explicandis se iactasse constat, attulerint magnifici. Audiamus Protagoram, quid in exponendo poemate sequendum putet. Simonidei carminis interpretationem aggrediens sic loquitur apud Platonem (339. A): *καὶ δὴ καὶ νῦν ἔσται τὸ ἐρώτημα περὶ τοῦ αὐτοῦ μέν, περὶ οὗπερ ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν διαλεγόμεθα, περὶ ἀρετῆς, μετεννηνεγμένον δὲ εἰς ποίησιν.* Et in eandem sententiam haec (ib.) *ἡγοῦμαι, ὦ Σώκρατες, ἐγὼ ἀνδρὶ παιδείας μέγιστον μέρος εἶναι περὶ ἐπῶν δεινὸν εἶναι· ἔστι δὲ τοῦτο τὰ ὑπὸ τῶν ποιητῶν λεγόμενα ὀρθῶς ἐννοῆσαι καὶ ἃ μή, καὶ ἐπίστασθαι διελεῖν τε καὶ ἐρωτώμενον λόγον δοῦναι.* In quo facile est intelligere illud *ἃ τε ὀρθῶς πεποίηται καὶ ἃ μή* hoc significare „quae poetae sententiae rectae, quae pravae sint.“ De recta verborum interpretatione nihil dicit. Illa, ut breviter dicam, moralis interpretatio (Hippiae dialogi memineris, quo exquiritur Achillem an Ulixem Homerus virtute praestantiorem finxerit) et sophistarum et aequalium philosophorum animos occupabat: sophistarum vero a studiis adeo abhorret ut accurata vocabulorum interpretatione verum poetae sensum elicerent, ut speciosis ad excitandum quaestiones argumentationibus non minus poetica vocabula ludibrio habuisse censendi sint quam vulgaria habuisse constat. Hoc tamen hic etiam habuerunt meriti ut adversarios ad evolvendas animi notiones

instigarent: et tales carminum interpretationes, qualem Protagorae argutiis Socrates opponit, quamquam insignes insunt errores (ut de verbo ἐκών) et fortasse si totum carmen haberemus plures apparerent, tamen si tum plures fuissent, aliquanto prius in hoc genere aliquid profectum esset. Nam quod quasi fundamentum sui commentarii ponit, illud carmen certo consilio, ad coarguendam Pittaci sententiam, scriptum esse, quod accuratissime attendit ad particulam μέν, quod duplicem significationem vocabuli χαλεπός explicare tentat, haec omnia bonae iustaeque interpretationis laudabile habent initium. Sed revera neminem opinor tale exemplar, quale hic a Platone ultra aetatem suam sapiente fictum est, edidisse. Illa vero in distinguendis vocabulis similiter significantibus diligentia, cui Sophistas et maxime Prodicum operam dedisse scimus, nihil ad interpretandum poetas valebat, cum non usum perquirerent sed ut in tota, quae illorum dici potest, grammatica rationem (at quae poterat esse ratio in tanta artis infantia) usui opponerent (v. Protag. 341. A. Prodici subtilitatem in formula δεινός ἀνήρ*). Etyma vero quaerere nec novum nec fructuosum erat. Sed illorum argutiis et quaestionibus, ut iam antea significavi, sobriis adversariis veri quaerendi occasio data. Ex eo genere, de quo nunc quaerimus, prima habemus exempla apud Aristotelem. Qui art. poet. c. XXVI varia solvendi genera enumerans quaedam verborum significationibus solvenda esse docet. Haec

---

*) Quod interesse voluit inter τέρψις, χαρά, εὐφροσύνη tetigit nuper Nitzschius ad Od. VIII, 40. — Unam novimus bonam observationem, Hippiae de voce τύραννος, quod ante Archilochum in usu non fuisse docuit. De quo cum Lobeckium interrogarem respondit mihi ad hoc illum fortasse non tam grammaticis rationibus latum esse quam civilibus.

quam maxime ad causam nostram pertinent (§. 16) *τὰ δὲ πρὸς τὴν λέξιν ὁρῶντα δεῖ διαλύειν, οἷον γλώττῃ·*

οὐρῆας μὲν πρῶτον —

ἴσως γὰρ οὐ τοὺς ἡμιόνους λέγει ἀλλὰ τοὺς φύλακας. καὶ τὸν Δόλωνα·

εἶδος μὲν ἦην κακός,

οὐ τὸ σῶμα ἀσύμμετρον, ἀλλὰ τὸ πρόσωπον αἰσχρόν. τὸ γὰρ εὐπρόσωπον οἱ Κρῆτες εὐειδὲς καλοῦσι. καὶ τὸ

ζωρότερον δὲ κέραιρε

οὐ τὸ ἄκρατον ὡς οἰνόφλυξιν, ἀλλὰ τὸ θᾶττον. Dein §. 21 *τὰ δὲ κατὰ τὸ ἔθος τῆς λέξεως· οἷον τῶν κεκραμένων οἶνόν φασιν ἔνια· ὅθεν πεποίηται ὁ Γανυμήδης*

Διῒ οἰνοχοεύειν

οὐ πινόντων οἶνον. καὶ χαλκέας τοὺς τὸν σίδηρον ἐργαζομένους.

Haec cum considero Aristotelica et falsa esse pleraque et a grammatica interpretatione alienissima (nihil Homeri consuetudine illustrat, vel Cretenses licere putat citari in voce poetae frequentata*) huc arcessere velim eos, qui adhuc de Alexandrinorum meritis fastidiosius loquuntur, hinc ut intelligant, quantae molis fuerit Cloacinam condere artem. Praeterea miror quam vanam Aristoteles consumserit operam. Quaestio erat sophistarum, quomodo *χαλκεύς* dici potuerit a poeta (*γ*, 432), qui idem paucis ante versibus (425) *χρυσοχόος* diceretur, de quo paucis versibus post profiteretur poeta: *χρυσὸν εἰργάζετο* (435). Respondendum docet Aristoteles, communem sermonem plane simili ratione ferrarios dicere *χαλκέας*. Homerum ipsum dixisse (*ι*, 390—394) vel non meminerat omnino (quod illis temporibus facillime fieri potuit) vel non adhi-

*) De usu Homerico voc. *εἶδος* v. Voss. ad Il. A, 115. Sched. crit. I p. 196.

buit, quod verendum erat ne eadem quaestio denuo excitaretur. At communis usus, ad quem provocat philosophus, tutusne erat ab argutulo sophista? Poterat et hunc ut ineptum reiicere et quaestione implicare, sicut Prodicum Plato cavillantem facit in δεινὸς ἀνήρ, quod vulgo dicebatur*). An extra hos sophistarum cancellos meliora attulit Aristoteles? Nescivit explicare θεὸς αὐδήεσσα, quare coniectura substituit οὐδήεσσα, i. e. quae in terra domicilium habet. Schol. ε, 334. κ, 136. Et quid censes de hoc? increpat Diomedes Alexandrum (Λ, 385) τοξάτα, λωβητήρ, κέρᾳ ἀγλαέ, παρθενοπῖπα· Ἀριστοτέλης δέ φασι κέρᾳ ἀγλαὸν εἶπεν ἀντὶ τοῦ αἰδοίῳ σεμνυνόμενον, ἐπὶ τοιούτου σημαινομένου τὴν λέξιν ἐκεῖνος νοήσας**). Addam haec, quamquam non plane ad idem genus pertinent; Φ, 252 αἰετοῦ — μέλανος τοῦ θηρητῆρος Ἀριστοτέλης μελανόστου ἀναγινώσκει τοῦ μέλανα ὀστᾶ ἔχοντος· ἀγνοεῖ δὲ ὡς οὐ δεῖ ἀπὸ τῶν ἀφανῶν ποιεῖσθαι τὰ ἐπίθετα. Quod hic suam rerum naturalium scientiam temere inculcavit Homero, idem dici debet de κῶπες (Aelian V. H. XV, 28), in quo minus inepte sed artis criticae regulis non magis convenienter egit. Non desideramus plura: quae si desiderabilia essent, servata haberemus ab Alexandrinis. Ergo ad Homerum explicandum attulisse Aristotelem, quod doctiori aevo alicuius momenti videretur, nec exempla, quae ad manum sunt, nec Alexandrinorum silentium credere patitur. Sed nihil si di-

---

*) De usu voc. δεινός cf. Aristot. probl. XIX, δ'.

**) Hoc in schol. V sic legitur: κέρᾳ τῇ τριχί, ὅθεν καὶ τὸ κείρειν. Ἀριστοτέλης δέ ὦ τῷ τόξῳ σεμνυνόμενε. Quod mancum et mutilum est, ut ex Eustathio patet. — κ, 136 pro Ἀρίσταρχος scrib. Ἀριστοτέλης. Contra Schol. Theocr. I, 34 ἔθειρα ἡ τῆς κεφαλῆς θρίξ. Ὅθεν Ἀριστοτέλης ἐν Ὁμήρῳ ἔγραψεν· κυανέαι δ' ἐγένοντο γενειάδες ἀμφὶ γένειον (π, 176) οὐκ ἐθειράδες leg. Ἀρίσταρχος.

cerem ex eius sectatorumque studiis ad multorum verborum intelligentiam redundasse, immerito copiosorum hominum laboribus obtrectarem. Non multum tribuo etymologicis studiis, de quibus Cicero Qu. Acad. I, 9. „Verborum etiam explicatio probatur (sc. Academicis veteribus et Paripateticis) i. e. qua de causa quaeque essent ita nominata, quam etymologiam nominabant.“ Nam per omnem antiquitatem cum paene nihil sani attulerit etymologia tum illa quaestio, in qua ipsius Aristotelis partes haud exiguas fuisse fragmentis cognovimus, *φύσει* an *νόμῳ* rebus imposita sint nomina, ad doctrinam augendam inutilis.

Fuerunt in eadem schola subtiles vocabulorum definitiones et distinctiones (virtutum maxime vitiorumque), qualem ab Aristoxeno servavit Ammonius (p. 5): *αἰδὼς καὶ αἰσχύνη — διαστέλλει δὲ Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς τὴν διαφορὰν ἐν τῷ πρώτῳ νόμῳ παιδευτικῶν· φησὶ γάρ· διαφορὰν τήνδε νομιστέον αἰδοῦς τε καὶ αἰσχύνης, ὅτι ἡ μὲν αἰδὼς πρὸς ἡλικίαν, πρὸς ἀρετήν, πρὸς ἐμπειρίαν, πρὸς εὐδοξίαν. ὁ γὰρ ἐπιστάμενος αἰδεῖσθαι πρὸς ἑκάστην τῶν εἰρημένων ὑπεροχῶν προσέρχεται οὕτως διακείμενος, οὐ διὰ τὸ ἡμαρτηκέναι τι, ἀλλὰ διὰ τὸ σέβεσθαι καὶ τιμᾷν τὰς εἰρημένας ὑπεροχάς. ἡ δ' αἰσχύνη πρῶτον μὲν πρὸς πάντα ἄνθρωπον, ἔπειτα ἐπὶ τοῖς νομιζομένοις αἰσχροῖς.* Similia haud pauca ipse Aristoteles habet. Sunt haec pulcra, arguta, ab nativo patrii sermonis sensu profecta: sed quid usus commiscuerit (in paucissimis autem illam ab ortu subtilitatem servavit), quid consuetudo scriptorum ferat, hoc illi philosophi, et suo quidem iure, quaerere supersederunt. Longe plus utilitatis erat in iis observationibus, quas cum de civitatibus, de legibus veterumque institutis et moribus, de litterarum historia, de musica scriberent larga manu effuderunt. Vide, ut his exemplis utar, quae Aristoteles in politiis docuerit

de ἄναξ, πρύλις, πυρρίχη (p. 125), χλαῖνα et χλαμύς (131), ἀχάνη (144. 153), νοῦμμος (150), et ut in hoc ad utilissimas observationes grammaticas ductus fuerit, vel hoc probare potest Athenaei XI p. 499. d. (Neum. p. 116) Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ θηλυκῶς λέγεσθαί φησιν ὑπὸ Θετταλῶν τὴν λάγυνον. Omnino in cuiusque generis scriptis haec schola doctum ab antiquitate et rerum verborumque cognitione colorem quaerebat. Sic plures scripserunt περὶ μέθης. Athenaei fragmenta docent, hi libri ad philosophiam moralem pertinentes quantum ad antiquitatem et sermonem illustrandum attulerint. Ab Theophrasto (pauca appono speciminis causa) ζωρότερον πίνειν illustratum ex Empedocle (423. f), a Chamaeleonte (item in libro περὶ μέθης) ἀποσκυθίζειν (427. b). Haec egregiam continebant Alexandrini laboris materiam operosaeque doctrinae initia et exempla. Hac via progressi Alexandrini dispersam doctrinam collegerunt, auxerunt, scriptoribus explicandis adhibuerunt. Glossarum studium eo tempore tam viguit, ut a comicis irrisum sit. Inducit Strato (Athen. 382) cocum nihil nisi per glossas dicentem, quem herus tam se non intelligere conqueritur

ὥστε τῶν τοῦ Φιλητᾶ λαμβάνοντα βιβλίων
σκοπεῖν ἕκαστα τί δύναται τῶν ῥημάτων.

Is Philetas Cous primus hac aetate glossas scripsit (γλῶσσαι ἄτακτοι): Callimachus ἐθνικὰς ὀνομασίας (Athen), collegitque idem glossas Democriti (πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν, Suid.). Item alii in eadem opera desudarunt, e. g. Ister Callimacheus edidit λέξεις Ἀττικάς (Eust. 1627), Dionysius Iambus περὶ διαλέκτων (Ath.), Aristophanes γλώσσας et alterum opus huc pertinens, cuius partes novimus περὶ ἡλικιῶν et συγγενικά, Antigonus Carystius περὶ λέξεως (Ath.), Polemo περὶ ὀνομάτων ἀδόξων ἐπιστολή (Ath. 409. d.), Artemidorus

Aristophaneus (si quidem is ad hanc aetatem pertinet) ὀψαρτυτικὰς γλώσσας et περὶ Δωρίδος (Ath.). Iam etiam medici grammaticique Hippocratis glossas percensere coeperunt. Certe ante Aristarchum glossas Hippocrateas scripsit Herophilus (Galen. praef. voc. Hipp. p. 404 Fr.) et Xenocritus Cous grammaticus (Erotian. praef. p. 6 Fr.). Accesserunt qui vel iustis commentariis vel variis opusculis antiquitates vel antiquos scriptores illustrarent, qui quantum ad voces explanandas attulerint ex Eratosthenis fragmentis περὶ ἀρχαίας κωμῳδίας perspici potest. Sed his omnibus non multum ad meliorem Homeri interpretationem redundaverat. Insignes illi attulerant doctrinae copias, tota effuderant copiarum cornua, omnes Graeciae angulos ad voces moresque his vocibus expressos explicandos perreptaverant, nulla fortasse fuit placenta, nullum vas, nulla staminis pars, nulla navigii, nullus hominum bestiarumque articulus, quorum non nomina exploraverant, quibus studiis cum alios poetas tum vero comicos egregie illustratos esse et per se patet et reliquiae testantur. Sed haec pleraque ad sermonem aetatemque Homeri, cuius ipse unus testis est, aut non poterant admoveri aut admota veritatis lumini offecerunt. Nondum intellexerant glossis explicatis ad iustam Homeri interpretationem minimam partem effici; ipsa quae vulgatissima viderentur pertentanda et ad Homeri regulam examinanda esse nondum in animum induxerant. Hoc partim effecit poetae perspicuitas, quae ei saepe, ut Wolfius recte dixit, fraudi fuit; partim philologiae non dicam condonandum, sed utile et necessarium est sero intelligere, amputando artem crescere. Quod ego nunc de primorum Alexandrinorum studiis Homericis disputo, idem de Hippocrateis sensit Galenus. Quod tam bene verbis expressit tamque apte ad Homerum ut haec nisi apponerem iniu-

riam facere viderer legentibus. Locus hic est (praef. voc. Hipp. p. 400) ὅσα τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἐν μὲν τοῖς πάλαι χρόνοις ἦν συνήθη, νυνὶ δ' οὐκέτι ἐστί, τὰ μὲν τοιαῦτα γλώσσας καλοῦσι καὶ ταῦτα ἐξηγησόμενος ἔρχομαι· τὰ δὲ ἄλλα ὅσα ζητήσεως μὲν οὐχ ἧττονος προσδεῖται, συνήθη δέ ἐστιν εἰς τάδε, κατὰ τὰς τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν ἐξηγήσεις ἄμεινον ἐπισκοπεῖσθαι. Τίς γὰρ ἡ κρίσις καὶ τί τὸ θεῖον καὶ τί τὸ ἀρτίως καὶ τίς ἡ ἐπ' ἄκρων εὐεξία καὶ πάνθ' ὅσα τοιαῦτα λόγου μὲν παμμήκους εἰς ἐξήγησιν δεῖται, συνήθη δέ ἐστιν οὐδὲν ἧττον ἢ βίος καὶ βραχύς καὶ τέχνη καὶ μακρά καὶ καιρὸς καὶ ὀξύς· καίτοι καὶ τούτων ἕνια δεῖταί τινος ἐξηγήσεως. Ὅθεν ἔμοιγε καὶ θαυμάζειν ἐπῆλθε τῶν ἅπασαν ἐξηγεῖσθαι τὴν Ἱπποκράτους λέξιν ἐπαγγειλαμένων, εἰ μὴ συνίασιν ὅτι πλείω παραλείπουσιν ὧν διδάσκουσι.

Haec omnia primus intellexit in Homero et praestitit Aristarchus. Quare non scripsit glossas, sed in continua poetae interpretatione accuratissime versatus est, in consuetis vocabulis, quorum et ad maiorem Homericorum locorum partem plerumque pertinet utilitas et explicatio certior, plus etiam quam in rarioribus et antiquitate obscuratis operae ponens et ne quid praetermittatur verbum verbo reddens. Abiecit illas doctrinae sarcinas, non tam existimans ex aliis scriptoribus multa ad Homerum illustrandum promi posse quam cavendum esse ne aliorum consuetudine temere ad poetam translata imprudentes in vitia et errores incurramus. Hinc illud est, quod saepe eum fecisse videmus, ut non tantum quid significent vocabula doceat, sed quid non significent quidque a vulgari consuetudine vel ab aliorum usu differant. Nonnunquam etiam certos scriptorum locos affert qui falso intelligendo perverse poetam imitati esse viderentur. Denique Homericorum testem et auctorem unum Homerum habuit. In vocibus rarius

vel semel occnrrentibus quid sibi voluerit poeta ad propriam eius virtutem, quae perspicuitas est et simplex et conveniens dictio, expendit. Antequam ad Aristarcheas interpretationes accedam, quantum eiusmodi operam poeta desideraverit, constabit insignibus quorundam, qui ante eum de Homero commentati sunt, doctorum et illustrium Alexandrinorum erroribus. Fortásse non magnopere mirabimur quod qui usus vocis ἥρως apud poetam esset nesciverit Ister (*B*, 110. *N*. 629. *O*, 230), fortasse ne illud quidem quod Philetas ignoraverit quid poetae significet φρίξ (Sch. *Φ*, 126).

Sed idem Philetas vide quam ridiculis erroribus obnoxius fuerit. Sch. *B*, 269,

ἀλγήσας δ' ἀχρεῖον ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ) ὅτι Φιλητᾶς τὸ ἰδὼν περισπᾷ, οἷον τῶν ὀφθαλμῶν, ἰδεῶν. οὐδέποτε δὲ Ὅμηρος ἰδέας τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶπεν. Vide similia Zenodoti. Sch. *Γ*, 515 Οὐδ ἀλαοσκοπιὴν εἶχ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων· ἢ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἀλαὸν σκοπιήν· παροιμιακὸν δέ ἐστιν· οὐ τυφλὸς ἐς σκοπιάς, ἀλλὰ τοὐναντίον δεδορκώς· καὶ ὁ ποιητὴς οὐδέποτε εἶρηκε σκοπιὴν τοὺς ὀφθαλμούς.

Sch. *Φ*, 538

ὣς ἔφαθ'· οἱ δ' ἄνεσάν τε πύλας καὶ ἀπῶσαν ὀχῆας·
αἱ δὲ πετασθεῖσαι τεῦξαν φάος.

ἢ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος τοὺς στίχους ἠθέτηκε, γελοῖον ἡγούμενος διὰ πύλης φωτίζεσθαι τὴν πόλιν, τοῦ παντὸς τόπου ἐναιθρίου ὄντος. λέγει δὲ „τεῦξαν φάος" ἀντὶ τοῦ τὴν σωτηρίαν τοῖς φεύγουσιν ἐποίησαν „φόως δ' ἑτάροισιν ἔθηκεν ἄνδρα βαλών" (*Z*, 6). Vel frequentissime occurrentium vocabulorum tam vacillabat cognitio, ut quibusdam commodum visum ἔγχος aliquo loco Homerico pro gladio accipere, quod Aristarcho demum refutandum erat (Sch. *H*, 255. 273) *).

*) De Stoicis dicere non operae pretium erat. Teste Plutarcho

§. 2. Iam his paucis exemplis (alia porro progredienti occurent) intelligitur quantis ex erroribus Homeri interpretatio Aristarcho eripienda esset. Quo minus si quid ipse peccavit in tanto, tam vario, tam novo quem sustinuit labore mirari vel detrectare aequum videbitur. Est ubi in etymologia lapsus sit, quod genus cum antiquorum etiam prudentissimis fraudi fuisse inveniatur nunc (quod diu debebat) a doctissimis quibusque aequissime censetur: *) est ubi arte et ratione egregius fallaci quadam specie locorum probantium deceptus sit, quod (ut exemplo utar recens disceptato) in vocabulo *πρυλέες* passus est, si quidem eius vocis explicatio bene cessit Hermanno (opusc. philol. IV. p. 288). Denique sunt quaedam, sed paucissima, in quibus sua ipse effecit praestantia, ut vere sui dissimilis fuisse dicendus sit. Nam quod aliis quodammodo pro excusatione esse concedimus, ut pro nativa poetae simplicitate aliquid grandius sonans consectentur vel ex vulgari sermonis consuetudine vel ex remotarum dialectorum docta suppellectile aliquid transferant ad Homerum, id si quando in Aristarcho offenditur continuo mirationem facit. Istos nimirum scopulos, quo facile docti copiosique homines quasi Sirenum carmine trahuntur, non declinasse sed fugisse, ea summa ac propria Aristarchi virtus est. Ponam ex hoc genere exemplum. ζ, 201:

οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτός, οὐδὲ γένηται,
ὅς κεν Φαιήκων ἀνδρῶν ἐς γαῖαν ἵκηται.

---

de aud. p. 31 in Homericis Cleanthes voluit *Ζεῦ ἀναδωδωναῖε „ἀναγινώσκων ὑφ' ἕν, ὡς τὸν ἐκ τῆς γῆς ἀναθυμιώμενον ἀέρα διὰ τὴν ἀνάδοσιν"*; Chrysippo *εὐρύοπα Κρονίδης* excellentem oratorem significabat.

*) v. Niebuhr. hist R. I. p. 23. Müller. Prolegom. Myth. p. 232. Buttmann. Mythol. II. p. 353.

Ibi legitur in scholiis: *διερὸς*) *οὕτως τὸν ζῶντα Ἀρίσταρχος· ὁ δὲ Καλλίστρατος γράφει δυερός ὁ ἐπίπονος, κατὰ τὴν δύην, ἤτοι κακοπαθητικός.*

Hoc loco si Aristarchus *διερός* explicuit *ζῶν*, altero loco Homerico, quo idem incidit vocabulum, *ι*, 43 *ἔνθ' ἤτοι μὲν ἐγὼ διερῷ ποδὶ φευγέμεν ἡμέας ἠνώγεα*, eum sensum vocis *ζῇν* adhibuisse censendus erit, de quo exponitur ab interpretibus ad Soph. Oed. T. 45. Quae translatio cum tragico cothurno accommodota sit, ab Homerica simplicitate aliena, tum illud offensionis plenum, quod *διερός*, ut vel pueris notum, non vividum significat, sed udum. Quamquam nescio quomodo acciderit, ut hoc, quod offensionis plenum esse dixi, et vetustorum et recentiorum plurimis promtum et expeditum videretur. Num negabitur, ipsos vivos succum et sanguinem habere? Schol. *ζ*, 201: *οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτός*) *ζῶν ἐῤῥωμένως καὶ ἰκμάδος μετέχων· τὴν μὲν γὰρ ζωὴν ὑγρότης καί θερμασία συνέχει, τὸν δὲ θάνατον ψυχρότης καὶ ξηρασία· ὅθεν καὶ ἀλίβαντες οἱ νεκροὶ λιβάδος μὴ μετέχοντες.* Quae sunt ab Eustathio, quem pro huius sententiae asseclis causam agentem producamus Addit enim haec: *καὶ ὁ κωμικὸς δὲ παίζων αὐαίνου λίθον ἐν ᾄδου εἶναι πλάττει, ἀπὸ τοῦ αὐαινωθείς τοὔνομα Πλούταρχος δὲ ἐν τοῖς κατ' αὐτὸν συμποσιακοῖς φησιν οὕτως· ὑγρότητι καὶ θερμότητι τεθήλασι τὰ ζῷα· ἡ δὲ ψυχρότης καὶ ξηρότης ὀλέθρια· διὸ χαριέντως Ὅμηρος διερὸν βροτὸν καλεῖ.... ὁ δὲ ἀλίβας καί ὁ σκελετός ἐπὶ νεκρῶν λέγονται.* Brevius, sed in eandem sententiam lexicographi, e. g. Et. M. *οἱ γὰρ ζῶντες ὑγροί, αὖοι δ' οἱ τεθνεῶτες.* Hesych. *διερόν ὑγρὸν, χλωρὸν, ζῶον ἔναιμον* (l. *ζωόν, ἔναιμον*). *ὑγρὸς γὰρ ὁ ζῶν, ὁ δὲ νεκρός ἀλίβας.* Idem *διερῷ ποδί, ὑγρῷ ἔτι ἀπὸ τῆς βάσεως ποδί, οἱ δὲ ζώντως, ἐνεργῶς* (leg. cum Heinsio *ζῶντι, ἐνεργῷ*).

Si quidem a physiologis sermo Graecus conditus esset, haec omnia ita habere crederem: nunc vero re-

cte quidem mortuum hominem *ξηρόν, αὖον, σκελετόν* dici potuisse contendo: quippe et est et oculis ita esse cernitur ab omnibus: sed udum hominem nullum esse nisi qui sudat vel e lavacro prodiit vel pluvia madet vel etiam — sed quid multa colligo in re aperta? Hic enim valere debet, quod in simillima causa prudenter observatum est a grammatico ad Φ, 252: *αἰετοῦ-μέλανος τοῦ θηρητῆρος. Ἀριστοτέλης μελανόστου ἀναγινώσκει, τοῦ μέλανα ὀστᾶ ἔχοντος· ἀγνοεῖ δὲ ὡς οὐ δεῖ ἀπὸ τῶν ἀφανῶν ποιεῖσθαι τὰ ἐπίθετα.*

Denique hoc etiam aliquid momenti habebit, quod qui aliquo poesis sensu imbuti essent id, quod Homerum admisisse volunt, nunquam imitati sunt. Fortasse minus huc attinet advocare poetas Atticos, ut Aristophanem (cuius *διερούς οἰωνούς* Nub. 336, *διερὰ μέλη* Av. 212 iam Schneiderus et Passovius et commemoraverunt et explicuerunt) vel Aeschylum, apud quem si recte legitur in Eumen. 258 *αἷμα μητρῷον .. τὸ διερὸν πέδῳ κεχυμένον οἴχεται*, nihil significari potest quam *ὑγρόν*. Sed ipsi posteriores epici, admirabilium Homeri captatores, poeticae elegantiae non fastidiosissimi existimatores, hanc tamen translationem non admiserunt. Tenet apud Apollonium, Theocritum, Oppianum, Nonnum, epigrammatarios vox *διερός* (norunt illi etiam verbum *διαίνειν*) uvidi madidique significationem, quae ex epicis primum apparet apud Hesiodum Op. 458. Ergo si solam spectamus vocabuli significationem, haec non obstaret, quo minus ι, 43 *διερῷ ποδί*, ut nonnulli voluerunt, interpretaremur „navi“, nisi hoc, ut rectissime ab Eustathio monitum, *διθυραμβῶδες* esset; reliquae vero interpretationes eidem Eustathio commemoratae, ut *διερῷ ποδὶ φεύγειν* sit „madido pede fugere“ vel „pede per mare fugere“, aperte ineptae. Denique ad alterum locum, quem principio

posuimus, horum nihil aptari potest. Quo igitur his ambagibus pervenimus? Ad illud videlicet Socraticum, ut nescire intelligamus. Quod sciendi principium est. Vulgaris vocabuli notio si ut reliquis poetis accommodari potest facillime, sic Homero neutiquam, oritur suspicio, hoc ex iis esse vocabulis, quae cum specie communia videantur vi et origine Homeri propria, usu antiquata censenda sint. In his una veri inveniendi via est, ut quidquid praeiudicatae opinionis imbibimus seposito unum solumque Homerum attendamus. Quod in Homericis propter miram simplicitatem, qua nihil admittit quaesiti, proxima quaeque adsciscit et suis locis maxime convenientia, cedit nonnunquam prospere et cessit haud raro Aristarcho, quem eam ob causam (est haec quaedam divinatio) a Posidonio honorifice Vatem appellatum esse opinor.

Ciconum urbe direpta praedaque inter socios partita vindictam timens Ulixes iubet sodales *διερῷ ποδὶ φευγέμεν* (*β*, 43.), quod omnes mihi assentient nihil aliud esse posse quam „fugaci pede“ se proripere, antequam hostes copiis collectis accedant. Iam vocnbulum contemplemur. Agnoscimus unum ex illis adiectivis in *ερός*, qualia sunt *χρυερός*, *στυγερός*, *σκιερός*: et forte fortuna ipsa, quam quaerimus, radix tam est nota, tam Homero frequentata, ut ab hac parte iam nullo modo laboremus. Etenim *διΩ*, *δίεσθαι* quis nescit? Quae si significant „fugere,“ *διερός* est fugax; sin significant „fugare,“ quod item significant, *) *διερός* est „fugator.“ Quamquam etiamsi duplex haec notio verbis non inesset, in adiectivo duplicis, quam activam et passivam dicere solemus, significationis concursus quem mediocriter doctum offenderet? Horum tantum admonebo, quae sunt ex eodem scrinio, *στυ-*

*) X, 251. meliores edd. *δίες* exhibebant pro *δῖον*.

γερός, σφαλερός, φοβερός. Activam significationem adi. διερός in altero loco agnoscimus. Nausicaae famulae Ulixe conspecto aufugiunt, at ipsa blanditiis eius capta

ἀμφιπόλοισιν εὐπλοκάμοισι κέλευσεν·
στῆτέ μοι, ἀμφίπολοι· πόσε φεύγετε, φῶτα ἰδοῦσαι;
ἦ μή πού τινα δυσμενέων φάσθ' ἔμμεναι ἀνδρῶν;
οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτός, οὐδὲ γένηται,
ὅς κεν Φαιήκων ἀνδρῶν ἐς γαῖαν ἵκηται,
δηϊοτῆτα φέρων·

Tu colo posito post βροτός hoc puta virginem dicere: „Quonam aufugitis viro conspecto? Numne eum hostem esse putatis? Non est iste vir fugator homo (h. e. non is est quem fugere opus sit); neque omnino erit qui improbo consilio ad Phaeaces accedere audeat.“ Novi eum usum pronominum οὗτος, ὅς, quem vulgo in hoc loco interpretando sequimur, Homericum esse; immo adhibendum fuisse puto ad β, 40.

ὦ γέρον, οὐχ ἑκὰς οὗτος ἀνήρ-τάχα δ' εἴσεαι αὐτός-
ὃς λαὸν ἤγειρα·

quem locum perperam tentavit Vossius ad hymn. Dem. p. 36.*) Novi etiam eum locum, qui nostro tam specie similis est, ut ab isto mihi summopere timendum sit, π, 437:

οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ, οὐδ' ἔσσεται, οὐδὲ γένηται,
ὅς κεν Τηλεμάχῳ σῷ υἱεῖ χεῖρας ἐποίσει.

Ego contra defendam, οὗτος, ut mea interpretatio postulat, crebro apud Homerum poni δεικτικῶς ut K, 477. Λ, 612. 650. Ξ, 219. Φ, 373. Ω, 368, α, 159. 340. η, 48, et οὗτος ἀνήρ, eadem ratione, ϑ, 238. ρ, 566. Ξ,

*) ὄγε sic α, 403. μή γὰρ ὄγ' ἔλθοι ἀνὴρ ὅστις σ' ἀέκοντα βίηφιν κτήματ' ἀποῤῥαίσει. ὅδε Apollon. Rh. I. 6. κεῖνος ὅς Opp. Hal. Δ, 348. τῷ non τῳ I. Od. λ, 289.

471. *X*, 38. *ψ*, 790. (cf. *Σ*, 257. *ω*, 260). Ceterum meae interpretationis vestigium est in glossa ex schol. Palat. allata ad *ζ*, 201. *διερὸς βλαπτικός*.

Alios quosdam errores graviores infra iunctim ponam. Nunc singulas Aristarchi observationes lectorum oculis oblatum ibo. Et primum proximo capite exemplum pertractabo, unde omnium optime eius ratio perspicitur.

C. II.

Βάλλειν, οὐτάσαι, sim.

§. 1. In hoc explanando agam quam potero curiose omniaque grammaticorum testimonia accurate enotabo. Haec enim saepe perlustrans, quorum laetabilem copiam bona servavit fortuna, visus sum mihi quasi in intimam istorum grammaticorum fabricam inspicere. Apparet in magistro sollers ingenium, exacta diligentia, ars et ratio paene consummata et hodie tot interpositis saeculis in paucis reiicula: apparet in discipulis quanta harum virtutum fuerit persuasio, quanta in colligendis summi doctoris observationibus sedulitas, quas tamen partim ore traditas partim per commentarios sparsim disiectas nonnunquam ab eo, quod auctor sibi voluerat, nescii deflectant.

Triplex de verbo *βάλλειν* Aristarchi observatio est.

I. *Βάλλειν* non dicitur nisi de hasta vel sagitta vel omnino de missili quod eminus iactatur, itaque distinguitur ab *οὐτάσαι, τύψαι, νύξαι, πλῆξαι*, quae contra

nusquam dicuntur nisi de vulneribus cominus illatis. Idem valet de substantivis *βέλος, βολή, ὠτειλή.*

Ecce testimonia Aristonici. *Δ*, 540. *ἄβλητος καὶ ἀνούτατος ὀξέϊ χαλκῷ*) *ἡ διπλῆ ὅτι διέσταλκε τὸ οὐτάσαι καὶ τὸ βαλεῖν. Ε*, 147. *πρός τὴν διαφορὰν τοῦ πλῆξε καὶ ἔβαλεν, ὅτι ἐκ χειρὸς ἐπάταξεν. Δ*, 191. *ἢ δουρὶ τυπείς ἢ βλήμενος ἰῷ*) *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν διαφορὰν τοῦ τύψαι καὶ βαλεῖν. Ξ*, 424. *ἀλλ' οὔτις ἐδυνήσατο ποιμένα λαῶν οὐτάσαι οὐδὲ βαλεῖν*) *ὅτι διαστέλλει τὸ οὐτάσαι καὶ βαλεῖν. Ο*, 495. *βλήμενος ἠὲ τυπείς*) *ὅτι διαστέλλει τὸ βαλεῖν καὶ τὸ τύψαι. Υ*, 378. *μήπως σ' ἠὲ βάλῃ ἠὲ σχεδὸν ἄορι τύψῃ*) *ἡ διπλῆ ὅτι διέσταλκε τὸ βαλεῖν καὶ τὸ τύψαι, διδασκαλικῶς προσθεὶς σχεδόν, οἷον σχέδην, ἐκ τοῦ σύνεγγυς. Υ*, 462. *τὸν μὲν δουρὶ βαλών, τὸν δὲ σχεδὸν ἄορι τύψας*) *ἡ διπλῆ ὅτι πάλιν ἀντιδιέστειλεν. Φ*, 576. *εἴπερ γὰρ φθάμενός μιν ἢ οὐτάσῃ ἠὲ βάλῃσιν*) *πρὸς τὴν ἀντιδιαστολὴν τοῦ βαλεῖν καὶ τύψαι**). *Χ*, 68. *ὀξέϊ χαλκῷ τύψας ἠὲ βαλών*) *πρὸς τὴν ἀντιδιαστολὴν τοῦ βαλεῖν καὶ τύψαι.* Sunt quidam loci, ubi cum de pluribus partim eminus partim cominus vulneratis simul sermo fiat illorum verborum uno poeta defungitur. Hi loci, ne quis putet vocabulorum differentiam tolli, ab Aristarcho notati: usus verbi, qualis in eiusmodi locis est, in schola dicitur *συλληπτικός. Ν*, 282. *Δηΐφοβός τε βίη Ϝ' Ἑλένοιο ἄνακτος οἴχεσθον μακρῇσι τετυμμένω ἐγχείῃσιν ἀμφοτέρω κατὰ χεῖρα*) *ἡ διπλῆ ὅτι συλληπτικῶς τὸ τῷ ἑτέρῳ συμβεβηκὸς ἐπ' ἀμφοτέρων τέταχεν· οὐ γὰρ ἀμφότεροι ἐτύπησαν, ἀλλ' ὁ μὲν Ἕλενος ἐβλήθη, ὁ δὲ Δηΐφοβος ἐτύπη. Ξ*, 28. *ἡ διπλῆ ὅτι συλληπτικῶς εἴρηκε βεβλήατο* (ins. *καὶ*) *ἐπὶ τῶν οὐτασμένων. Ξ*, 63. *ἡ διπλῆ ὅτι πάλιν συλληπτικῶς·*

---

*) Hoc pro noto sumebat Strabo scribens id quod legimus X. p. 449 (37 Tz.)

οὐ γὰρ πάντες ἐβέβληντο. Ib. 128. ἡ διπλῆ ὅτι συλληπτικῶς καὶ ἐπὶ τῶν βεβλημένων οὐτάμενοι εἴρηκε. Ib. 379. (sch. V.) συλληπτικῶς τὸ οὐτάμενοι· Διομήδης γὰρ βέβληται. Cf. ad Λ, 659 et Π, 24, ubi utitur substantivo σύλληψις, ἡ δ. πρὸς τὴν σύλληψιν*).

Hinc, opinor, de incomparabali hominis diligentia et de ratione constabit, qua in eiusmodi observationibus probandis usus est, nec minus illud, cum omnibus, qui quidem alicuius momenti videri possent, locis diplen apponeret, haud facile quidquam in utramque partem fugere potuisse eum praesertim, qui bis poetam ediderat, commentarios Homericos libellosque eodem spectantes scripserat complures quique haec carmina tot coram discipulis identidem exposuerat. Eadem veterum fuit persuasio, nec mediocrium vel negligentium, sed egregii grammatici, qui multo labore quid Aristarchus in Homero praestitisset inquisiverat, Didymi. Is cum librum de Aristarchi editionibus Homeri conscriberet, unum repperit locum, huic vocabulorum usui absonum. Scilicet Π, 467. de Sarpedone legitur

ὁ δὲ Πήδασον οὖτασεν ἵππον,

cum ex antecedente versu pateat Sarpedonem hastam torsisse. Ad hunc igitur locum Aristonicus adscripsit haec: ἡ διπλῆ ὅτι ἐξ ἐπαναλήψεως τὸ ἄρθρον εἴληφε κατὰ τοῦ αὐτοῦ προσώπου καὶ οὐ περὶ ἑτέρου λέγει, ἀντὶ τοῦ Πήδασον δὲ οὖτασε, καὶ ὅτι δοκεῖ συγκεχύσθαι τὸ οὖτασε· βεβλήκει γὰρ τὸ δόρυ. Sed Didymus, quod perquam memorabile est, hoc: δοκεῖ διὰ τούτων συγχεῖσθαι ἡ διαφορὰ τοῦ βαλεῖν καὶ οὐτάσαι· βέβληται γὰρ ὁ Πήδασος. καὶ μήποτε γραφή τις ἐφέρετο δι' ἧς τὸ τῆς λέξεως ἐφύλασσεν Ὅμηρος. οὐ γὰρ ἂν αὐτὸ ἀπα-

*) Σ, 28. haec ratio complexionis recentiori scholiastae nescio cui displicet.

ραμύθητον ὁ Ἀρίσαρχος ἀφῆκεν· ἐν τοίνυν τῇ Φιλήμονος ἐφέρετο· ὁ δὲ Πήδασον ἤλασεν ἵππον· ἔστι γὰρ ὅτε ἐπὶ τῆς (add. ποδῶθεν) πληγῆς τὸ ἤλασεν κεῖται, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἀρήτου (P, 517), „καὶ βάλεν Ἀρήτοιο“, εἶτα „νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἔλασσεν“. Versor in testimoniis, quibus quaedam egregie comprobantur gravissima, quae aliis huius opusculi capitibus confirmavi. Quod non gloriose dico, sed ad tutandam veritatem. Sed quod de pessima fide scholiastae V disserui, hic certissimum documentum est. Is enim hoc loco ita scribit: οὐτάσαι τὸ ἐκ χειρὸς τρῶσαι· ἐνταῦθα δέ ἐπὶ τῷ βαλεῖν τῷ ῥήματι κέχρηται. λέγει γὰρ „Σαρπηδὼν δ' αὐτοῦ μὲν ἀπήμβροτεν“ ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀφιέντων τάσσεται. διὸ καὶ γράφει Ἀρίσταρχος·

ὁ δὲ Πήδασον ἀγλαὸν ἵππον,
τόν ῥά ποτ' Ἠετίωνος ἑλὼν πόλιν ἦγαν' Ἀχιλλεύς,
ὃς καὶ ἀνητὸς ἐὼν ἕπετ' ἵπποις ἀθανάτοισιν,
τὸν βάλε δεξιὸν ὦμον. —

Ain vero? Eiusmodi additamenta ex aliis locis Homericis repetita vel consarcinata aut ipse fingere solet Aristarchus aut etiam in codice reperta recipere? Imo vero tam suspiciosa habet, ut in reiiciendis vel obelo notandis etiam iustos terminos excedere videatur. Sed porro haec consideremus. Hic nec doctus nec antiquus grammaticus unde Aristarcheas lectiones quam Didymus cognoverat melius, qui et utramque oculis usurpavit editionem Aristarchi commentariosque eius librosque Homericos ad veram Aristarcheam lectionem expiscandam adhibuit? Denique tam bona utimur fortuna, ut quam nihil hic scholiasta sciverit de Aristarchea lectione hac ipsa in re testificatus sit. Scilicet ex ista Didymi annotatione patefactum est, hunc unum in Aristarcheo Homero occurrisse ei locum, quo lex de usu vocabuli *βάλλειν* migrata esset, praeterea nullum. At in ea recensione, qua nos uti-

mur, praeterea unus est, *N*, 573. *ὣς ὁ τυπεὶς ἤσπαιρε μίννυθά περ*, cum antea diserte dictum esset (567) *βάλε δουρί*. Quid igitur ad hunc locum schol. V? „*τυπείς, καὶ μὴν προεῖπε βάλε δουρί*“· *οἱ μὲν τὸ μέτωπον πληγείς, οἱ δὲ τὴν ψυχήν, ὡς τὸ „καταπληγεὶς φίλον ἦτορ“· οἱ δὲ ὡς τὸ „Πήδασον οὖτασεν ἵππον“· ἐβέβλητο γὰρ ὑπὸ Σαρπηδόνος· οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ τύπτων τοῖς ποσὶ λακτίζων*. Hic ille si Aristarchearum lectionum tam gnarus fuit quid in ineptis potius explicationibus volutatur quam Aristarcheam lectionem, quae alia fuit, attulit? Res clara est, et illo loco unum Didymum fide dignum esse et hoc loco in Aristarchi editionibus non lectum fuisse: *ὣς ὁ τυπεὶς ἤσπαιρε*. Quid igitur fuit? Aut nulla coniectura non fallax aut fuit *δαμείς**).

Ceterum iam hic monendum, quod infra ostendam, *ὁ δὲ Πήδασον ἤλασεν ἵππον* Aristarchi lectionem non fuisse: nec hoc videtur dicere voluisse Didymus.

Huius, quam nunc tractamus, observationis ignarus fuit Zenodotus cum aliis, atque videtur quae aliquot locis varians inveniebatur lectio Aristarcho in hoc ut in aliis multis observandi occasionem dedisse. Primum *Π*, 105. *βάλλετο δ' αἰεί· ἡ διπλῆ ὅτι τινὲς γράφουσι τύπτετο δ' αἰεί· προείρηκε δὲ βαλλομένην καὶ βάλλοντες* (104. 5.)· *τὸ δὲ βαλεῖν ἐστιν ἐκ χειρὸς τύψαι* (leg. *τὸ δὲ βαλεῖν ἐστι πόρρωθεν, τὸ δὲ τύψαι ἐκ χειρός* vel *τὸ δὲ ἐκ χειρός τύψαι*). Deinde *Π*, 807. Patroclus ab Apolline manu percutitur; adduntur haec: *στῆ δὲ ταφών· ὄπιθεν δὲ μετάφρενον ὀξέϊ δουρὶ Ὤμων μεσσηγὺς σχεδόθεν βάλε Λάρδανος ἀνήρ, Πανθοίδης Εὔφορβος — ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει σχεδὸν οὖτασε Λάρδανος ἀνήρ. ἀγνοεῖ δὲ ὅτι ἐκ βολῆς τέτρωται, ὡς διὰ τῶν ἑξῆς δείκνυται „ὅς τοι πρῶτος*

*) *Γ*, 368 duplex lectio fuit *οὐδ' ἔβαλόν μιν* et *οὐδ' ἐδάμασσε*.

ἐφῆκε βέλος" (812). Et deinceps ad eam rem confirmandam non solum ad hunc versum, sed ad omnes, unde hoc patet, diple apposita, e. g. 812. ὅτι βέβληται καὶ οὐκ οὔτασται, ὡς Ζηνόδοτος· βέλος γοῦν κέκληκε διὰ τὸ βεβλῆθαι; item ad 819. 828. *P*, 15.

Sequitur *Y*, 273. δεύτερος αὖτ' Ἀχιλεὺς προΐει δολιχόσκιον ἔγχος καὶ βάλεν Αἰνείαο κατ' ἀσπίδα πάντοσ' ἴσην — ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος μετεποίησεν οὕτως, μελίην ἰθυπτίωνα Ἀσπίδα νύξ' ἐς χαλκὸν ἀμύμονος Αἰνείαο. οὐκ ἐκ χειρὸς δὲ ἐπέτυχεν ὁ Ἀχιλλεύς, ὅπερ διὰ τοῦ νύξε σημαίνεται, ἀλλὰ βέβληκε τὸ δόρυ· διὸ καὶ ἐξῆς αὐτὸ βέλος εἴρηκε (283 ταρβήσας ὅ οἱ ἄγχι πάγη βέλος). Deinde, ut solet, versibus omnibus, unde hoc ita esse confirmatur, diple apposita, ut 283 ἡ διπλῆ ὅτι βέβληκε τὸ δόρυ, οὐ νένυχεν ἐκ χειρός, ὥσπερ Ζηνόδοτος πεποίηκεν· τὸ γὰρ ἄγχι παγῆναι οὐκ ἄλλως ἔστιν ἢ ἐκ προθέσεως (recte Bekkerus emendavit, προέσεως): item ad 279. 284. 346. Denique *A*, 439 in Aristarchi editione fuit

γνῶ δ' Ὀδυσεὺς ὅ οἱ οὔτι τέλος κατακαίριον ἦλθεν.

Hic notatum legimus: Ζηνόδοτος δὲ γράφει βέλος· οὐ βέβληται δέ ἀλλ' ἐκ χειρὸς πέπληγε. Quocum cf. 451.

φθῆ σε τέλος θανάτοιο κιχήμενον·

πρόδηλον κἀκ τούτου ὅτι γραπτέον „τέλος κατακαίριον". Ζηνόδοτος δὲ γράφει πάλιν „φθῆ σε βέλος θανάτοιο". Hoc loco, ut saepe haec Aristarchea lumina intuens, dolore commoveor, quantum ab hac criseos Homericae praestantia diligentiaque hodie absimus. Etenim ipse Wolfius priore loco βέλος edidit, cum tamen et ista omnia gravissima sint et τέλος κατακαίριον longe exquisitior lectio sit et Didymus testetur non Aristarcheas solum editiones habere τέλος, sed addat „καὶ σχεδὸν ἅπασαι" et vero res ipsa declaret haec ex codd. esse: quod ni ita esset alterum ad alterum confirman-

dum admovere esset absurdum*). Quod de verbo *βάλλειν* valet, idem de subst. *βέλος*. *M*, 468. *ἡ διπλῆ ὅτι πᾶν τὸ βαλλόμενον βέλος λέγει καὶ νῦν τὸν λίθον* (ut

---

*) Omnino Wolfius in eo mirifice lapsus est atque a se ipse descivit, quod minus quam par erat Aristarcheis lectionibus Homerum suum applicuit. Nam cum ipse (quae eius immortalis laus est) docuisset egregie, quam in hoc Homeri perpoliendi negotio toti pendeamus ab Alexandrinis, continuo consequens erat ut quae omnium Alexandrinarum editionum et olim longe habita est praestantissima et ab ipso hac laude cumulata et fingendi audacia minime suspecta, ea nobis quasi lex esset et norma, nisi quid in ista peccatum inventum esset a consuetudine poetae plane absonum. Et sensit in hoc inconstantiam suam: recensita enim serie lectionum, quae vel aperte meliores vel aequiparandae vulgatis ex Aristarchea editione a sese receptae sint, hoc addit vaticinium (CCXL): „Et sunt alia, in quibus admodum vereor, ne futuri sint multi, qui tarditatem meam mirentur.“ Nos ideo miramur minus, quod causas eius erroris perspicere videmur. Scilicet de praestantia Aristarcheae editionis in universum quidem satis sibi Wolfius persuaserat, de fide et auctoritate non satis. Resederat quidam in animo eius scrupulus propter falsam, quam de universa arte critica veterum sibi finxerat opinionem: quare ultro citroque commotus non eo pervenerat, ut a coniectandi libidine tam liberum fuisse Aristarchum certissime crederet, quam loci quidam gravissimi nec ipsi Wolfio ignoti etiam diserte testantur. Inde factum est, ut et eo loco, qui me ad hoc diverticulum invitavit, unicé veram Aristarchi lectionem respueret, et multis aliis locis contra quam rationes ab ipso institutae ferrent a summi grammatici exemplari deficeret. Sic (ut unum afferam luculentum exemplum) *Λ*, 564:

ὣς τότ' ἔπειτ' Αἴαντα μέγαν, Τελαμώνιον υἱόν,
Τρῶες ὑπέρθυμοι τηλέκλητοι τ' ἐπίκουροι
νύσσοντες ξυστοῖσι μέσον σάκος αἰὲν ἔποντο

pro *τηλέκλητοί τ' ἐπίκουροι* Aristarchea lectio est *πολυηγερέες τ' ἐπίκουροι*. Hoccine excogitavit Aristarchus? Respondeant vel ii, quibus minime istius grammatici rationes cognitae sunt. Dicent quod res est, inveuisse Aristarchum in codicibus si non optimis, non pessimis tamen, atque eam ab causam praestans et exquisitum vocabulum prae vulgato et protrito optasse: in quo critici munere

saxum a Cyclope iactatum ι, 495, scamnum et crus bubulum, quo Ulixes percutitur ρ, 364. υ, 305). Item de βολή. E, 145. ἡ διπλῆ ὅτι τὴν πόρρωθεν τρῶσιν

---

egregie functus est. Quod si etiam ultra progredimnr ad quaerendum, cur non de arte critica veterum et de ipso Aristarcho rectius iudicaverit Wolfius, eam invenimus causam potissimam, quod quae Scholiorum Venetorum origo et structura sit parum intellexerat. Sic quae huc pertinentia scripsit p. CCXLIV. not. ea et manca sunt et falsa plurima, quamquam aliis quibusdam locis multo propius ad rei veritatem accessit. Scilicet in hoc saepe hominis subtile ingenium admiratus sum, quod ex repetita scholiorum lectione pleraque recte odoratus est, quae quidem etiamtum nescivit, etiamsi sciri licet. Sed hoc condonandum illi in magno multiplicique opere occupato et primum hos scholiastarum thesauros immensa opera excutienti. — In eo igitur quod longe pluribus quam decebat locis Aristarcheas lectiones aspernatus est, unum criseos Wolfianae errorem positum iudico. In aliis, ubi Alexandrinorum lectiones vel haud innotuerunt, vel liberum esse debet iudicium nostrum, ut in interpunctione, eo peccavit, quod sermonis Homerici leges et maxime periodorum struendarum rationes non satis cognitas habebat. In quo ipse plura correxisset nisi post editionem anni 1804 et 1807 hoc totum negotium raro resumsisse videretur. Redigendus in memoriam non tam error commissus α, 130 quam erroris ab ipso profecta emendatio in Anal. litt. T. II.

Hic etiam uno nunc exemplo defungar. Γ, 400. notissimi versus sunt, quibus Helena a Venere ad mariti amores lectumque vocata Deae respondet:

δαιμονίη, τί με ταῦτα λιλαίεαι ἠπεροπεύειν;
ἦ πή με προτέρω πολίων εὐναιομενάων
ἄξεις ἢ Φρυγίης ἢ Μηονίης ἐρατεινῆς,
εἴ τίς τοι καὶ κεῖθι φίλος μερόπων ἀνθρώπων;
οὕνεκα δὴ νῦν δῖον Ἀλέξανδρον Μενέλαος
νικήσας ἐθέλει στυγερὴν ἐμὲ οἴκαδ' ἄγεσθαι,
τοὕνεκα δὴ νῦν δεῦρο δολοφρονέουσα παρέστης;
ἦσο παρ' αὐτὸν ἰών. —

Primum non probo signa interrogationis, quibus deletis multo acerbior evadit ironia. (Od. ζ, 278. scrib. ἦ-που pro ἤ. Ἦ-δή irrisioni indicandae inservit Φ, 55. E, 422: et H, 26., qui locus

βολήν λέγει. Hactenus quae exposita sunt ea sive rem ipsam spectamus seu comprobandi rationem seu usum criticum omnium debent puncta ferre. Quod nunc sequitur huic annexum fortasse ab aliis aliter diiudicabitur. Cum οὐτάσαι non dicatur nisi de vulnere comminus illata videatur inde ductum substantivum ὠτειλή de eiusmodi tantum plagis dici posse. Et hic usus invenitur his locis: *E*, 870. (cf. 365). *Λ*, 266. (ubi Ariston. ἡ διπλῆ ὅτι τὴν ἐκ χειρὸς πληγὴν ὠτειλὴν λέγει, παρὰ τὸ οὐτάσαι. Cf. 252). *Ξ*, 518. *Π*, 862. (cf. 820). *P*, 297. (cf. 296). 86. (cf. 48.) *Φ*, 122. (cf. 114). *κ*, 164. (cf. 158. 162). *τ*, 456. (cf. 450). *ω*, 188, quo loco

---

item pulcrior interrogatione deleta. ἦ μὲν δή *Γ*, 430, quo loco veteres ad irrisionem non attendisse videntur). Sed quo maxime tendo, hoc est. Wolfiana interpunctio habet duo cola per οὕνεκα-τοὔνεκα coniuncta, quod Homericum esse nego. Is particula οὕνεκα ubique sic usus est, ut enuntiationi, cuius rationem continet, postponatur. Unus nunc est locus, qui ab hac poetae consuetudine recedit eandemque, quam hic Wolfius tulit, periodi formam exhibet, *N*, 727:

Ἕκτορ, ἀμήχανός ἐσσι παραῤῥητοῖσι πιθέσθαι.
οὕνεκά τοι περὶ δῶκε θεὸς πολεμήϊα ἔργα,
τοὔνεκα καὶ βουλῇ ἐθέλεις περιΐδμεναι ἄλλων;

Sed ne hic quidem locus potest ita distingui, ne nulla cogente necessitate ab Homeri usu discedamus. Ergo scribe πιθέσθαι, — ἔργα. — ἄλλων. Cf. *Α*, 21, πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος, οὕνεκ' Ἀχαιοὶ ἐς Τροίην νήεσσιν ἀναπλεύσεσθαι ἔμελλον· τοὔνεκά οἱ τὸν δῶκε χαριζόμενος βασιλῆϊ. Simillima etiam constructio *Α*, 94—96. Nostro loco post ἀνθρώπων comma sufficit, post ἄγεσθαι colon ponendum. Ceterum nec apud recentiores epicos οὕνεκα-τοὔνεκα me invenire memini. Addam quod in via est. *Ζ*, 333. interpungendum sic:

Ἕκτορ, ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν·
τοὔνεκά τοι ἐρέω. —

colo non commate posito post αἶσαν: ut in eadem constructione recte factum est *υ*, 229. Cf. *Γ*, 59. — εἰ — τοὔνεκα bis occurrit *Α*, 291. *Υ*, 182. (v. Xenoph. Athen. 414. b.)

dictum est *συλληπτικῶς* (v. *χ*, 292. 307.), ut *T*, 25. *Σ*, 351, ubi hoc ab Aristonico notatum. Attamen duo sunt loci ubi *ὠτειλή* dicitur de vulnere sagitta illato, *Δ*, 140. (cf. ad 157), et 149. (*αὐτίκα δ' ἔῤῥεεν αἷμα κελαινεφὲς ἐξ ὠτειλῆς* et *ὡς εἶδεν μέλαν αἷμα καταῤῥέον ἐξ ὠτειλῆς*), de Menelao Pandari sagitta icto*). Quod cum Aristarcho non videretur fieri posse, hos versus obelo notavit. Ad priorem locum annotatum est: *ἀθετεῖται ὅτι οὐκ ἂν λέγοι Ὅμηρος ὠτειλὴν τὸ ἐκ βολῆς τραῦμα*, ad alterum: *ἀθετεῖται πάλιν διὰ τὴν ὠτειλήν*. Et ut minus dubitemus de etymo non omiserunt animadvertere ad *Ξ*. 518 *καὶ οὐταμένην ὠτειλήν*) *ἡ διπλῆ ὅτι παρετυμολογεῖ τὴν ὠτειλὴν ἀπὸ τοῦ οὔτασε*. At dixi iam antea de hoc non unum omnium iudicium fore: ego assensum sustineo: lectores reputent quid reliqui loci haud sane pauci valeant et quod in vocabulis *βολή, βέλος, πληγή* a *βάλλειν* et *πλήσσειν* ductis servatur possitne continuo ad *ὠτειλή* transferri, quod ab *οὐτάσαι* (hinc enim ortum esse vix licebit dubitare) et forma et significatione paulo certe abest longius: sed hoc ne negligant, quod ad Aristarchum cognoscendum facit, quam modeste dixerit: *ὅτι οὐκ ἂν λέγοι Ὅμηρος* —

Non probamus hodie, quod aliquot locis *βέλος* acceptum est pro vulnere. *Θ*, 513 *ἀλλ' ὥς τις τούτων γε βέλος καὶ οἴκοθι πέσσῃ· ἡ διπλῆ ὅτι βέλος εἴρηκε τὸ τρῶμα ὁμωνύμως τῷ τιτρώσκοντι. Ξ*, 439 *βέλος δ' ἔτι θυμὸν ἐδάμνα· ὅτι βέλος τὸν βεβλημένον τόπον*. Nostrum est hoc ex veterum disciplina illustrare, quae declaratur his geminis exemplis. *Φ*, 502 *Λητὼ δὲ συναίνυτο καμπύλα τόξα, πεπτεῶτ' ἄλλυδις ἄλλα μετὰ*

---

*) Idem Menelai vulnus *ἕλκος* dicitur 190. 217: quod de utroque vulnerum genere dicitur.

στροφάλιγγι κονίης) ὅτι μέμιχε τὸν κατὰ τοῦ τόξου λόγον τῷ κατὰ τῶν βελῶν· καμπύλα μὲν γὰρ τὰ τόξα, πεπτεῶτα δ' ἄλλυδις ἄλλῃ τὰ βέλη· ὡς χοῖνιξ τὸ μετροῦν καὶ τὸ μετρούμενον, (τ, 28) καὶ κοτύλη (ο, 312. ρ, 12) οὕτως καὶ τὰ βάλλοντα καὶ τὰ βαλλόμενα τόξα. *I*, 324 ὅτι οἱ γλωσσογράφοι μάστακα τὴν ἀκρίδα, δέον μάσημα καὶ βρῶμα· ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὸ τὸ στόμα ὁμωνύμως, καθάπερ τὸ χοῖνιξ τό μέτρον καὶ τὸ μετρούμενον· „ἀλλ' Ὀδυσεὺς ἐπὶ μάστακα χερσὶ πίεζε" (δ, 287). Sic igitur (hoc illi sibi volunt) *βέλος τὸ βάλλον καὶ τὸ βαλλόμενον* vel *τὸ τιτρῶσκον καὶ τὸ τιτρωσκόμενον*. —

Unum restat in scholiis quod huc pertinet idque de Aristarcho quaerenti gratissimum. Admonet enim (quod ad testimonia de eo tradita recte diiudicanda permagni momenti est) optimas eius observationes a posterioribus grammaticis nonnunquam deflexas ac potius detortas esse. Nam cum Aristarchus observasset, *βάλλειν* dici tantummodo de eminus iacto missili, neque idcirco offenderetur isto, quo Homerus utitur, *σχεδόθεν βάλε*, inventus est qui ex illa rectissima observatione perverse contenderet *σχεδόθεν βάλεν* (videlicet contraria sibi) non coniungi posse. Fuit is Seleucus, minime ignobilis grammaticus. v. Sch. V ad *II*, 807. Inepte. *P*, 600 ὁ γάρ ῥ' ἔβαλε σχεδὸν ἐλθών. Quod hinc didicimus ipsos discipulos prave nonnunquam Aristarchi doctrinam interpretatos esse, eo utemur in proximo, quo iam festinat oratio.

§. 2. II. *βάλλειν τινά* non significat apud Homerum „petere aliquem", sed „percutere."

(Ea percussio quod aut cum vulnere est aut sine vulnere, inde modo dicitur significare *ἐπιτυγχάνειν* vel *πατάσσειν, παίειν*, modo *τιτρώσκειν*).

Omnem usum vocis *βάλλειν* quam difficile sit ex tanta locorum copia eruere ipse expertus sum. Quare

statim dicam, ut res se habeat. Sic melius Aristarchi doctrina explicabitur. *βάλλειν τινά* id significat, quod Aristarchus docuit: sed eo non pertinent omnino ii loci ubi *βάλλειν* sibi adiunctum habet accusativum iaculi, e. g. *βάλλειν ἰόν;* pro hoc accusativo ponitur etiam dativus *βάλλειν ἰῷ*, et coniunctim *βάλλειν τινὰ ἰῷ*. Iam ubi nullo addito casu solum *βάλλειν* invenitur, nostrum est iudicare locis singulis sitne is accusativus, qui iaculum significat, animo supplendus, an is, quo homo iaculo ictus: quod in nonnullis in medio relinquetur*). Addam, ne quid desit, *ἔλκος βάλλειν* (*ἔλκος τό μιν βάλε Πάνδαρος ἰῷ E*, 346. 795. *Π*, 511.) dici, ut *ἕλκος τύπτειν* (*Ω*, 421**). Iam ad Aristonici testimonia pergo. *Γ*, 368 *ἐκ δέ μοι ἔγχος ἠΐχθη παλάμηφιν ἐτώσιον οὐδ' ἔβαλόν μιν*) ὅτι σαφῶς τὸ οὐδ' ἔβαλόν μιν ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ἐπάταξα αὐτόν. *Δ*, 117 *τὸ βάλλειν Ὅμηρος οὐκ ἐπὶ τοῦ ψιλῶς προέσθαι τίθησιν. E*, 17 *Τυδείδεω δ' ὑπὲρ ὠμὸν ἀριστερὸν ἦλυθ' ἀκωκὴ ἔγχεος οὐδ' ἔβαλ' αὐτόν*) ἔβαλ' ἀντὶ τοῦ ἐπέτυχεν. *E*, 52 *ἐσθλὸν θηρητῆρα, δίδαξε γὰρ Ἄρτεμις αὐτή βάλλειν ἄγρια πάντα*) ὅτι σαφῶς τὸ βάλλειν ἀντὶ τοῦ τυγχάνειν. *Θ*, 299 *πάντες (ὀϊστοὶ) δ' ἐν χροΐ πῆχθεν ἀρηϊθόων αἰζηῶν, τοῦτον δ' οὐ δύναμαι βαλέειν κύνα λυσσητῆρα*) ὅτι ἀντὶ τοῦ πᾶσαι καὶ (l. τὸ) βαλεῖν. Ib. 301 *ἦ ῥα καὶ ἄλλων ὀϊστὸν ἀπὸ νευρῆφιν ἄλλεν Ἕκτορος ἀντικρύ, βαλέειν δέ ἕ ἵετο θυμῷ· καὶ τοῦ μέν ῥ' ἀφάμαρθ', ὁ δ' ἀμύμονα Γοργυθίωνα, υἱὸν ἐϋν Πριάμοιο, κατὰ στῆθος βάλεν ἰῷ*) ἡ διπλῆ πρὸς τὸ βαλέειν. 312 loco simillimo: *ἡ διπλῆ πρὸς τὸ βάλεν ἀντὶ τοῦ ἔπαισεν. Θ*, 322 *ὁ δὲ*

---

*) Sic notissimum illud *βάλλ' οὕτως αἴ κέν τι φόως Δ. γένηαι* Vossius certe in ea editione, qua ego utor, vertit: Trif so fort. Alii malent: Wirf so fort.

**) *βάλλειν τραῦμα* Plat. rep. 408. A.

χερμάδιον λάβε χειρί· βῆ δ' ἰθὺς Τεύκρου, βαλέειν δέ ἑ θυμὸς ἀνώγει) βαλέειν ὅτι ἐπὶ τοῦ τρῶσαι (hoc nunc quidem tantum in cod. V, sed fluxit sine dubio ex cod. A). *Λ*, 350 προΐει δολιχόσκιον ἔγχος καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάμαρτε, τιτυσκόμενος κεφαλῆφιν, ἄκρην κὰκ κόρυθα) σημειοῦνταί τινες ὅτι οὕτως εἴρηται καὶ ἐπέτυχεν. *Λ*, 376 ὁ δὲ τόξου πῆχυν ἀνέλκεν, καὶ βάλεν, οὐδ' ἄρα μιν ἄλιον βέλος ἔκφυγε χειρός, ταρσὸν δεξιτεροῖο ποδός) ἢ διπλῆ ὅτι τὸ βάλεν ἀντὶ τοῦ ἐπέτυχεν. *Θ*, 571 εἴ τινά που Τρώων ἐξάλμενος ἄνδρα βάλοισθα) ὅτι τὸ βαλεῖν προέμενόν ἐστιν ἐντυχεῖν (l. ἐπιτ.) *Π*, 25 βέβληται ἀντὶ τοῦ ἐκ βολῆς τέτρωται. *Π*, 481 τοῦ δ' οὐχ ἅλιον βέλος ἔκφυγε χειρός, ἀλλ' ἔβαλ' ἔνθ' ἄρα τε φρένες ἐρχεται ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ) ὅτι σαφῶς διὰ τοῦ ἔβαλε σημαίνει τὸ ἔτυχεν εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον ὅπου — Cf. Nicanor *Π*, 618 (ubi pro εἴ σε ἔβαλλον διεπερόνησα ἄν leg. εἴ σε διεπερόνησα). Hoc etiam apponi meretur, quod de ἐκηβόλος dicitur in cod. B. ad *Α*, 14, ἐκηβόλου τοῖ ἔκαθεν ἐπιτυγχάνοντος· πλεῖστοι γὰρ ἔκαθεν βάλλουσιν ἀλλ' οὐ τυγχάνουσι τοῦ σκοποῦ· „οὐκ ἔβαλες τὸν ξεῖνον" (*υ*, 305) ἀντὶ τοῦ οὐκ ἔτυχες· βάλλειν γὰρ κυρίως τὸ ἐπιτυγχάνειν.

Innumeri sunt loci, ubi vel praecedente προΐει, ἐφίει, ἀκόντισε βέλος et sim. consequitur καὶ βάλε vel tota sententia certissimum sit βάλλειν esse percutere. Hinc regula constat: et si quis forte occurrit locus per se non satis expressus, ex regula aliunde effecta, non pro arbitrio diiudicandus est. E. g. *Σ*, 534 (cf. *ι*, 55)

αὐτίκ' ἐφ' ἵππων
βάντες ἀερσιπόδων μετεκίαθον, αἶψα δ' ἵκοντο.
σιγσάμενοι δ' ἐμάχοντο μάχην ποταμοῖο παρ' ὄχθας,
βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν·
ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ὁμίλεον —

Hoc loco per se spectato verbo βάλλειν etiam significationem petendi convenire quis negaverit? At-

tamen altera significatio plurimis locis probata ne dicam melius (quamquam acriter intuenti sic visum est) certe aeque bene convenit: et hoc unice poetam voluisse statuendum est. Sic nisi agimus, ut egit Aristarchus, pro certa firmaque interpretatione indocta evadit fluctuatio: quod in Homero nondum satis cavimus. *Π*, 358 hos versus legimus:

Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν ἐφ' Ἕκτορι χαλκοκορυστῇ
ἵει ἀκοντίσσαι· ὁ δὲ ἰδρείῃ πολέμοιο,
ἀσπίδι ταυρείῃ κεκαλυμμενος εὐρέας ὤμους,
σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων.

Quos ita vertit Vossius:

Aias der grössere strebte den erzumschimmerten Hektor
Stets mit dem Speer zu erreichen —

Quod speciosum sed falsum est. Etenim *ἀκοντίζειν* ubique significat apud Homerum „petere". Ergo hic potius loci sensus est „immer war sein Sinn darauf gerichtet nach Hektor zu werfen". De loco specioso, qui est *H*, 242 si intellexero dubitationes esse, in posterum explicabo accuratius.

Locos eos, ubi accusativus verbo non additus, fortasse non omnes recte accepit Aristarchus. *Γ*, 76 hi versus sunt:

ὣς ἔφαθ'· Ἕκτωρ δ' αὖτ' ἐχάρη μέγα μῦθον ἀκούσας,
καὶ ῥ' ἐς μέσσον ἰὼν Τρώων ἀνέεργε φάλαγγας,
μέσσου δουρὸς ἑλών· τοὶ δ' ἱδρύνθησαν ἅπαντες,
ἰοῖσίν τε τιτυσκόμενοι λάεσσί τ' ἔβαλλον.

Hic Aristonicus: *ἡ διπλῆ ὅτι Ὅμηρος τὸ βάλλειν ἐπὶ τοῦ τιτρώσκειν τίθησι· νῦν δὲ ἔμφασιν ἔχει.* Hoc interpretor: „hoc vero loco speciem habet, hic locus speciosus est" ut *B*, 809, *Z*, 169. *B*, 299. et verb. *ἐμφαίνειν E*, 875. Dolemus hic manca esse scholia. Censuit fortasse Aristarchus hunc locum sic contruendum esse *τῷ δ' ἐπεταξάζοντο ἔβαλλόν τε ἰοῖσι λάεσσί τε*

τιτυσκόμενοι, quo facilius ad supplendum accusativum αὐτόν ducebatur. Nos illam constructionem veriorem ducimus, ad quam legentes promtiores sumus quaeque propter duplex τε aequabiliter positum concinnior videtur, τῷ δ' ἐπετοξάξοντο, ἰοῖσί τε τιτυσκόμενοι λάεσσί τε βάλλοντες. Sed pro altero participio transiit ad verbum finitum, ut Y, 48.

αὖε δ' Ἀθήνη,
στᾶσ' ὅτε μὲν παρὰ τάφρον ὀρυκτὴν τείχεος ἐκτός,
ἄλλοτ' ἐπ' ἀκτάων ἐριδούπων μακρὸν ἄϋτει.

K, 388. E, 145. ρ, 66. ο, 6 ψ, 351. v. Fritzsche quaest. Luc. p. 112. Quod sic vocabuli ἐπετοξάξοντο altero versu latius patet significatio, hoc utrum scrupulum iniiciat, an hanc interpretationem commendet?

Monui supra hac parte disputationis uobis usui fore, quod certissimo exemplo probabamus, Aristarchi observationes nonnunquam deflexas esse a discipulis. Hoc iudico factum esse ab Aristonico ad Δ, 117

(αὐτὰρ ὁ σύλα πῶμα φαρέτρης, ἐκ δ' ἕλεν ἰόν),
ἀβλῆτα, πτερόεντα, μελαινέων ἕρμ' ὀδυνάων.

Ibi Aristonicus: ἀβλῆτα cet. ἀθετεῖται ὅτι νῦν ἁπλῶς ἄβλητον καὶ μηδέ ποτε βεβλημένον καὶ ἀφειμένον, οὐχ Ὁμηρικῶς. τὸ γὰρ βάλλειν Ὅμηρος οὐκ ἐπὶ τοῦ ψιλῶς προέσθαι τίθησιν. At si dicitur ἰὸν βάλλειν (υ, 62. χαλκὸν β. E, 317), recte dicitur ἰὸς ἀβλής. Illud vero dici, quomodo fugere potuerit eum, qui primus usum vocabuli animadvertit quique vel ad observandum usum vel ad comprobandum singulis locis attendebat, quo diplen apponeret, ego non video. Aut non fecit observationem aut recte fecit. Ergo, ni fallor, sic statuemus. Apposuerat Aristarchus versui obelum. Sed in commentariis signorum causas non omnibus locis omnes apposuerat, partim quod ipsa nota in rebus saepius monitis pro commentario esset, partim quod in isto more singulos quosque versus notandi non

triginta volumina (quae nunc sufficere putat Wolfius), sed vix ducenta commentario Homerico suffecissent. Compensavit hoc aliquo modo, quod non semel sed saepius Commentarios Homericos edidit. Si quis igitur sectatorum signa eius illustrare vellet (ut Aristonicus), nisi omnes Commentarios adhibuit poterat aliquid nescire vel scripto ab eo traditum. Sed ubi Aristarchi manus deficeret ipsi ex disciplina sententiam eius sapplebant: in quo errori obnoxios fuisse nisi exemplis constaret res ipsa doceret. Sic illum versum, de quo loquimur, Aristarcho suspectum fuisse puto eo argumento, quod apud Apollonium est, lex. Hom. s. ἔρμα . . . . . ἐπὶ δὲ τοῦ μελαινέων ἔρι᾽ ὀδυνάων ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀθετεῖ τὸν στίχον λέγων· οἷον γάρ φησι (l. τὸν στίχον· γελοῖον γάρ φ.) ἔρεισμα τῶν ὀδυνῶν λέγεσθαι, ἔπαινον γὰρ οὐκ ἔχει τοῦ δυναμένου ὀδυνῆσαι. Quod quidem argumentum et ipsum Aristonicus non praetermisit, sed illud alterum de ἀβλής de suo addidit, quippe qui disciplina teneret: τὸ βάλλειν Ὅμηρος οὐκ ἐπὶ τοῦ ψιλῶς προέσθαι τίθησι, vel τὸ βάλλειν προέμενόν ἐστιν ἐπιτυχεῖν· quod ille falso interpretatus est eique loco adhibuit, quo non pertineret.

§. 3. III. Duplex vocabuli βάλλειν perf. pass. est, βέβλημαι et βεβόλημαι: illo de corpore, hoc de animo laeso Homerus utitur. *I*, 3 πένθεϊ δ᾽ ἀτλήτῳ βεβολήατο πάντες ἄριστοι) ἡ διπλῆ ὅτι ἔνιοι βεβλήατο, καὶ Ζηνόδοτος οὕτως· ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ ψυχὴν τρώσεως καὶ ἀλγηδόνος ἀεὶ τοῦτο τάττει, ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ σῶμα πληγῆς οὐκέτι οὕτως. Sex modo versibus interpositis exemplum est, quod rem confirmet: Ἀτρείδης δ᾽ ἄχεϊ μεγάλῳ βεβολημένος ἦτορ· ἡ διπλῆ ὅτι πάλιν τὸ βεβολημένος διὰ τοῦ ο ἐπὶ ψυχῆς.

§. 4. Nondum solvi nomen meum. Supra (§. 1.

p. 65) ostenderam me probaturum, *Π*, 467 Aristarcheam lectionem non fuisse *ὁ δὲ Πήδασον ἦλασεν ἵππον*. Didymus, qui hanc lectionem in Philemonis editione se invenisse ait, eo probare vult certe hoc loco lectionem fluctuasse. Deinde suum addit iudicium, non improbabilem videri hanc lectionem, quippe cum *ἐλαύνειν* sit ubi de vulnere eminus inflicto inveniatur. At Aristarchus docuerat *ἐλαύνειν* sic non dici, sed sum *οὐτάσαι, τύψαι, πλῆξαι* eodem loco habendum esse. Hoc Aristarchi praeceptum ignorass Didymum ne putes: sed visus est sibi quosdam locos legisse, quo illud praeceptum perverteretur. Unum ipse attulit, *P*, 517.

ἦ ῥα καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος,
καὶ βάλεν Ἀρήτοιο κατ᾽ ἀσπίδα πάντοσ᾽ ἐΐσην·
ἡ δ᾽ οὐκ ἔγχος ἔρυτο, διὰ πρὸ δὲ εἴσατο χαλκός·
νειαίρῃ δ᾽ ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἔλασσεν.

Qui locus quod Didymus voluit non probat, nec est ullus, qui verissimum Aristarchi praeceptum infirmet. *ἐλαύνειν τινά* nunquam aliter dicitur nisi gladio, securi, sim. *τὸν ἔλασ᾽ ὦμον φασγάνῳ ἀΐξας E*, 80. *ξίφει ἤλασε κόρσην N*, 576. *αὐχένα μέσσον ἔλασσεν φασγάνῳ ἀΐξας K*, 455. *Ἄντιφον αὖ κατὰ οὖς ἔλασε ξίφει Λ*, 109. Item *N*, 616. (securi) *N*, 614. *Π*, 338. *Ξ*, 497. *Υ*, 475. *Χ*, 326. *χ*, 328. *χ*, 97. *οὐλήν, τήν ποτέ μιν σῦς ἤλασε λευκῷ ὀδόντι τ*, 233. *φ*, 219. *ψ*, 74. *ω*, 332. *τ*, 449. 465. — Cf. *ρ*, 278 *μή τίς σ᾽ ἔκτοσθε νοήσας ἢ βάλῃ ἢ ἐλάσῃ*, cui respondet 283 *οὐ γάρ τι πληγέων ἀδαήμων οὐδὲ βολάων*. Hoc igitur docuit, neque vero eo pertinent illi loci, qui Didymo imposuerunt, quibus (sive mittuntur tela sive prope figuntur) dictum est *ἐλαύνειν χαλκόν, ὀϊστόν*, sim. *ἐν* vel, quod saepius occurrit, *διά* et *διαπρό*, e. g. *ἦ ῥα, καὶ ἐν δεινῷ σάκεϊ ἔλασ᾽ ὄβριμον ἔγχος Υ*, 258. 269. *μεταφρένῳ ἐν δόρυ πῆξεν ὤμων μεσσηγύς, διὰ δὲ στήθεσφιν ἔλασσεν. E*, 40. *Λ*, 448. cf. *Χ*, 284.

ὀϊστὸς ὦμῳ ἐνὶ στιβαρῷ ἠλήλατο *E*, 400 cet. En tertium exemplum verissimae observationis Aristarcheae ab discipulis detortae. Sed paene oblitus eram praecepti Aristarchei testem ciere. Ariston. ad *A*, 68 (ὄγμον ἐλαύνωσι)· ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἐλαύνωσι τύπτωσι καὶ τίθησιν ἐπὶ τῆς ἐκ χειρὸς πληγῆς τὸ ἐλάσαι. Cf. Apollon. lex. H. ἐλαύνωσι θερίζωσι· ἡ γὰρ ἐκ χειρός τύψις ἔλασις μεταφορικῶς. ἐλάσαι γὰρ τὸ ἐκ χειρὸς τύψαι. Suid. ἐλαύνουσιν αἰτιατικῇ· ὄγμον ἐλαύνουσι· τύπτουσι· τιθεῖσι (l. τίθησιν) ἐπὶ τῆς ἐκ χειρὸς πληγῆς τὸ ἐλάσαι Ὅμηρος. Vera observatio, quamquam male adhibuisse videtur ad ὄγμον ἐλαύνειν, iam eam ob causam, (nam de significatione voc. ὄγμος nunc non quaeram*), quod non dici potest τύπτειν στάχυας, sed requiritur cui caedendi, et decidendi notio subiecta sit.

§. 5. Quod quidam philosophorum de genere humano dixerunt, quo propius ab origine sua abfuerit, eo integrius fuisse, id de vocabulis verissimum est. Ille, qui apud Homerum in plurimis valet, suis certisque finibus descriptus usus nec a tragicis lyricisve nec ab epicis vel antiquioribus vel quos Homeri imitatores dicere solemus Alexandrinis servari solet. Factum idem in iis vocibus, de quibus modo exposuimus. Eurip. Hippol. 684.

Ζεύς σ' ὁ γεννήτωρ ἐμὸς
πρόῤῥιζον ἐκτρίψειεν οὐτάσας πυρί.

Ubi Schol. οἱ νεώτεροι οὐκ ἴσασι τὴν διαφορὰν τοῦ οὐτάσαι καὶ βαλεῖν· Ὅμηρος δὲ οὐτάσαι μὲν τὸ ἐκ χειρὸς καὶ ἐκ τοῦ σύνεγγυς τρῶσαι, βαλεῖν δὲ τὸ πόῤῥωθεν (v. Clark. ad *P*, 86; qui ad hanc rem attenderat etiam

*) Herm. de dram. com. sat. Op. I. p. 56. Voss. ad hymn. Dem. 454 et ad Arat. 748. Franke ad hymn. l. l. et quae nuper dixit in eius libri censura Spitznerus.

Δ, 525. 540). Idem Eurip. Herc. F. 194 *τυφλοῖς ὁρᾶντας οὐτάσας τοξεύμασιν.* — Aeschylus *πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν ἀετόν* fragm. Myrmid. p. 81 Sch.*) *βέλος* de gladio Eur. El. 1141. Ar. Acharn. 326. — Pindarus *ἄκοντι ἔλασε σκοπόν* Ol. X, 85. (Homerus ut decet *σκοπὸν οὐ οὔπω τις βάλεν ἀνήρ* χ, 7). Apollon. Rh. IV, 597 *τυπεὶς κεραυνῷ*, idem III, 1310 *βεβολημένος* pro *τετυμμένος*. Oppian. Hal. *B*, 373. 473 *οὐτάζει βελέεσσι*, item *οὔτασται* cum *βέλος* coniunctum *Δ*, 522.**). *B*, 522 *καὶ γάρ τοι καὶ βουσὶν ἀνάρσιος εὖτε πελάσσῃ οἶστρος, ἐνιχρίμψῃ δὲ βέλος λαγόνεσσιν ἀραιαῖς.* Cyn. *B*, 468 *πικρὰ βέλεμνα* orygis cornua***). Sic haec Oppianus perturbare sibi non minus quam tragicis licere putavit, haud ignarus ille prisci sermonis proprietatis. *E*, 260 *ἄγχι δὲ θῆρα*

---

*) Memorabile est, *πλήσσειν*, cuius constans apud Homerum usus est de vulneribus et plagis prope inflictis, de solo fulmine aliter dici (*πλ. κεραυνῷ*) *Θ*, 455. *O*, 117. *μ*, 416. *ξ*, 306. — *Βέλος* pro gladio ap. Soph. Trach. 885 ex vulgari interpretatione. Sed Hermannus haec alio modo adornavit.

**) *ὠτειλή* Hyacinthi vulnus Bion VII, 4.

***) *ὀξυβελής* est ap. Hom. *Δ*, 125 *ἆλτο δ' ὀϊστὸς ὀξυβελής*, quod Meiringius in Commentatione de subst. copul. ap. Hom. p. 12 recte explicat *ὀξὺ βέλος ὤν*. Quod transferri potest ad *πόθος ὀξυβελής* Halieut. *Δ*, 41. Sic explicuerim quod apud eundem scriptorem legimus *Δ*, 105 *νίκης γλυκύδωρον κράτος*, i. e. *νίκης κράτος γλυκὺ δῶρον ὄν*. Sed ib. *B*, 346 *αἶψα δὲ νῶτα καράβου ὀξυβελὴ περιβάλλεται ἀμφιχυθεῖσα* nec illa explicatio valet nec ex Homerici sermonis lege haec *βέλη* sunt. Cf. Empedocles v. 234 *αὐτὰρ ἐχίνοις ὀξυβελεῖς χαῖται νώτοις ἐπιπεφρίκασι* (Hal. *B*, 225. *ὀξύκομοι ἐχῖνοι*). Quod Lobeckius olim proposuit Ai. p. 270, nunc probatum in diss. de motione adiectivorum minus mobilium (Reg. 1831) p. 7 in Cyneg. *Γ*, 399 *νώτοισιν ὠκυβελέσσιν* scribendum esse pro eo quod nunc legimus,

θοὰς ἔφριξεν ἐθείρας (sc. hystrix)
καί τ' ὀπίσω νώτοισιν ἀκαχμένον ὠκυπέτῃσιν
ἰθὺς ἀκοντίζει μαλερὸν βέλος —

βάλλουσ', οὐτάζουσι. — Quint. Sm. *A*, 271 καί ῥ' ἔβαλε Σθενέλοιο καταντίον οὐδ' ἄρα τόν γε οὔτασε. Item *Γ*, 62. *H*, 117. *I*, 275 (cl. 240). Apud eundem legimus πλήξας χερμαδίῳ *H*, 94 et πληγαί de iactis lapidibus *ΛΑ*, 120. Nec illud Homericum: θείνουσι σιδηρείῃσι βολῇσι Opp. Hal. *E*, 401. Etenim hoc etiam verbum θείνειν certum apud poetam usum habet in gladio aliisque prope laedentibus. Ex Quinto praeterea enotavi quod videtur apponendum esse. Scil. illae breviores formae βλήεται, βλῆτο, βλῆσθαι, βλήμενος in Homericis non inveniuntur nisi si quis percussus dicitur βέλει, quodcunque est: sed Quintus dixit βλήμενος ἐν κονίῃσι *Γ*, 316 *E*, 184. ς', 456. βλήμενος ἐκ δίφροιο *I*, 139. Denique βεβλῆσθαι et βεβολῆσθαι promiscue dici a recentioribus, iam Lobeckio observatum ad Phryn. p. 589. (βλήμενος ἄλγεσι θυμόν Qu. Sm. E, 461). Dixit de eadem re Buttmannus ad Arat. 492, qui si Aristarchi, si Lobeckii memor fuisset, fortasse facilius quid doceat intelligeremus. —

Haec poeticae dictionis discrimina cognoscere utilissimum: et velim quidquid ab Homero posteriorum poetarum oratio in vocabulorum usu differt aliquando ita in unum colligi, ut in Attici vulgarisque sermonis discrepantia a veteribus factum est: nos tamen haec ideo hoc loco perlustramus, quod quasi pro Aristarcheae operae complemento sunt, qui nec Alexandrinos sicubi ab Homero desciverant notare praetermisit (ut

---

adhuc mihi ampliandum videtur. Nam primum parum elegans videtur βέλος — ὀξυβέλεσσι νώτοις, quod mihi ne illa quidem tueri videntur ἐσσυμένως ἐππέσσυτο Hal. *A*, 617, et τῆμος δ' ἐππούρων ἀγέλαι πινάκεσσι θεούσαις ἑσπόμεναι μεθέπουσι, quamquam de his ipsis dubitat Schneiderus. Deinde vocabulum ὀξυβελής, quod Homero in hac oratione sufficere poterat, his poetis non exprimit quod hic potissimum dicendum erat, hystrici (ut Plinius ait) aculeos esse missiles.

in Callimacho fecit, v. sch. Ξ, 499). Deinde hinc intelligimus, ad Aristarcheam doctrinam epicos cursum suum dirigendum esse non censuisse. Quod in grammaticis et orthographicis docte sollerterque demonstravit Gerhard. lect. Apoll. p. 91—97. Idem in vocabulorum significationibus apparet. Nec mirum. Non est quod haec istos vel ignorasse vel improbasse putemus, sed Homericos esse noluisse*). Quid censes? nescivisse Quintum Smyrnaeum, equites pugnantes ab Homero non induci? At ipse in id carmen induxit, quod nisi istorum morem cognoveris Homeri imaginem prae ceteris referre exspectaveris. v. Θ, 186. I, 2. ΙΛ, 184. Cf. equitum certamen in ludis funebribus Δ, 545. Nescivisse eundem, apud Homerum ambrosiam cibum esse Deorum non potum? Attamen ipse nihil dubitavit scribere, Δ, 139

Νύμφαι ἀμβροσίην ἐκέραιρον ἐνὶ χρυσέοισι κυπέλλοις.

Tryphiodorus ad visenda Graecorum castra Priamum cum senioribus facit mulis vehi, 241

οἱ δὲ θοῆς οὐρῆας ὑποζεύξαντες ἀπήναις
ἐκ πόλιος κατέβαινον ἅμα Πριάμῳ βασιλῆϊ
ἄλλοι δημογέροντες.

Sed apud Homerum mulis curru iunctis non utuntur nisi ad vehenda onera. Quod Tryphiodorum ignorasse eo minus credere decet, cum de Priamo vehiculo urbe egresso scribens non posset non meminisse simillimi loci Homerici Ω, 324, quo ipso loco Priamum equos agere videmus, plaustro contra, quo dona portantur, subiunctos mulos. Sed Tryphiodorus posterioris, imo sui aevi morem expressit. (v. Scheffer c. VIII.). Aetatem quidem suam illi epici tam non dissimularunt,

---

*) De Alexandrinorum imitatione Homeri praeter Naekium Choer. VIII. IX., Gerhardum lect. Apoll. c. VI, Weichertum de Apollonio p. 37. nuper dixit Loebe spec. quaest. crit. p. 2.

ut Quintus similitudinem a bestiariis sumserit, ζ', 532. Alexandrini cum epica carmina condere aggrederentur non id egerunt, ut ubi Homerus vel fabulas vel mores et instituta vel dicendi artificia vel sermonem Graecum reliquisset, ibi et ipsi pedem sisterent itaque illum exprimerent quasi aliquis Iliadi proximus rhapsodus qui nullum aliud haberet exemplum. Sed ut saeculis superioribus poesis Graeca per gradus progressa est, nunc per aliquod tempus in imitatione consistens, nunc commutato partim audientium desiderio partim converso litterarum statu partim ingeniosum propter vel certe audacem novatorem novos colores assumens, sic Alexandrina poesis usa est iis, quae saecula ante paraverant; quorum illa non tantum imitatrix sed amplificatrix et novatrix esse voluit: quod nisi ita esset, non haberemus huius poesis epicae historiam suis aetatibus et terminis descriptam. Et noluerunt grammatici esse sed poetae. Ad imitandum vero Homerus iis cum aliis poetis multis uno eodemque loco erat, nisi quod Homerica et ad memoriam promtissima et omnis Graecorum poesis per viscera serpentia, etiam ultro scribentium stilum subibant saepius: velut hodie fere qui scribunt idyllia Vossianis frustulis apparant. Quamquam Alexandrini haec ipsa declinassent studiosius, nisi in antiquiorum poetarum locis vel exprimendis vel adumbrandis Graecorum ingenium etiam antiquitus aliquid sive doctrinae sive illecebrae quaesivisset*). His momentis constat eorum imitatio: attamen

*) Boeckh. tragg. Gr. c. XX. — Dixi, universe hos poetas non alio modo imitatos esse Homerum quam alios. Haec imitatio duplex est, una stricta, quae etiam integros versus transsumit; ut alii ab Homero, sic Apollonius ex Eumelo (v. Weichert p. 206.) et Latini poetae versus Ennianos. Altera est, quae acumen doctrinamque quaerit in exemplari deflectendo, non ut lateat imitatio sed ut pateat, quale est illud Oppiani Hal. I, 147

sui iuris suaeque aetatis et voluerunt esse et erant. Homericis vocabulis (ad haec ut me referam), Homerica vocabulorum significatione et structura non contenti longorum saeculorum remotarumque regionum thesauros recludere et ipsi condere nova et deflectere et laxare antiqua, ut sicut ante gliscentibus aetatibus poetici sermonis fines prolati sunt, item per hos extremos Graeci carminis molitores factum esse inveniatur. Sed his et imitandi et novandi institutis utrum elegantiae veritatisque se finibus continuerint an secreta carminum genera et dialectorum discrimina extra modum et ad molestiam usque turbaverint, nova exoritur quaestio, ardua et multis partibus paene inaccessa. Ego hic pedem figo, quo me partes vocabant meae. Etenim rationes delineandae erant, cur ad recentiorum epicorum officinas Aristarchea doctrina aditum non habuerit nec habuisse consentaneum sit. —

Nunc ad reliquas verborum interpretationes pergimus.

τοὔνεκα τῇσιν ἐχαλκεύσανθ' ἁλιῆες
κανλὸν ἐπ' ἀγκίστρῳ δολιχώτερον, ἄρκος ὀδόντων.

Cui generi non putaverim absimile fuisse, quod Aeschylus dixit ἠριγένεια λέαινα (Hes.) Similia quaedam sunt in iis, quae Gerhardus recensuit p. 84. sqq. Nam si quis pro Homerico πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων dicit τρίβον ἀνθρώπων ἀλεείνει (p. 88), is non celare studet imitationem, sed dum ita exprimit exemplar, ut necessario agnoscatur, simul suam quandam venditat copiam. Quod illis haud raro contrario cessisse et pro ubertate apparere inopiam, imo adamasse hoc genus, quod tamen prae novis inventis facilius est, nec abnuo nec sententiae meae adversatur. Sed eodem genere imitationis extra Homerica quoque usi sunt, ut ex multis ad Apollonii exemplar factis, quae Gerhardus ex Dionysio aliisque proposuit, intelligere licet.

C. III.

§. 1. Ὧδε

semper apud poetam significat „sic“ nunquam „huc“ vel „hic“.

Apollon. lex. Hom. 872 ὧδε· κατὰ Ἀρίσταρχον οὐδέποτε συνήθως ἡμῖν κεῖται, ἀλλ᾽ ἀντὶ τοῦ οὕτως τάσσεται·

ὣδε δέ τις εἶπεσκεν ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον·

ἐπὶ δὲ τοῦ Ἥφαιςε πρόμολ᾽ ὧδε (Σ, 392) οὕτως ἀκούει· πρόςελθε οὕτως ὡς ἔχεις, ἐκ προχείρου, μηδὲν ἀναβαλλόμενος. Quae eadem leguntur schol. A ad *B*, 271. Praeterea testatur Apollon. Dysc. adv. p. 590, 24. ἔχοι δ᾽ ἂν ἐπίστασιν καὶ τὸ ὧδε συνήθως μὲν τὴν εἰς τόπον σχέσιν δηλοῦν, ἐν δὲ τοῖς Ὁμηρικοῖς, ὡς Ἀριστάρχῳ δοκεῖ, ἐν τῷ καθόλου μὴ τοπικῆς ἔχεσθαι σχέσεως, τῆς δὲ κατὰ ποιότητα. Notam ad eam rem indicandam appositam explicat Aristonicus *Γ*, 297 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ὧδε οὐδέποτε τοπικῶς καθάπερ ἡμεῖς λέγει, ἀλλ᾽ ἀντὶ τοῦ οὕτως τοῦτο παραλαμβάνει. Item *O*, 513. *Σ*, 392; denique *M*, 346 ἡ διπλῆ περιεστιγμένη πρὸς Ζηνόδοτον ὅτι ἔοικεν ἐξειληφέναι τὸ ὧδε τοπικῶς. ἑξῆς γὰρ γράφει (v, 359) „κεῖσε γὰρ ἔβρισαν“*) ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ οὕτω. Haec Aristarchi observatio oppugnatorem nacta est Buttmannum, Gramm. Gr. II. p. 285. Confirmat enim quosdam esse locos Homericos, quibus localis particulae significatio explorata sit, *Σ*, 392 πρόμολ᾽ ὧδε, α,

---

*) Sic scripsi quamquam legitur in scholiis: ἑξῆς γὰρ γράφει „εἰ δέ σφιν καὶξκεῖθι“ (348). Sed primum Zenod. non scripsit καὶ κεῖθι sed κἀκεῖσε (sch. 348): quod ipsum imperitam, quae haec polluit, manum prodit: deinde quod Aristonicus dicit non sequitur ex v. 348, sed ex 359.

182 *νῦν δ' ὧδε ξὺν νηῒ κατήλυθον*, ρ, 545 *τὸν ξεῖνον ἐναντίον ὧδε κάλεσσον*, et si recte aestimes etiam *M*, 346 *ὧδε γὰρ ἔβρισαν Δαναοί* et β, 28 *νῦν δὲ τίς ὧδ' ἤγειρε*; Sed his missis, quae tum demum poteruut recte aestimari ubi quae explorata dicuntur pertentaverimus, tres istos locos speculemur. Hic primum dicam etiamsi ex centum et viginti duobus locis (tot Seberus enumerat*) tres essent, quibus localis significatio firme inhaereret, tamen plerisque Aristarchi observationem probabilem visuram et de tribus locis mirabiliter in diversum declinantibus quaerendum. Deinde si Aristarchus contrarium tueri voluisset haud paulo diligentius negotio suscepto provisurum fuisse quam illos, qui cum isto subtilissimo et assiduo observatore nonnunquam quasi cum puero egerunt, quem docere vel dedocere ludus sit. Neque enim talia neglexisset, qualia sunt *O*, 513 vel *K*, 91 vel *Ω*, 780. Denique hanc esse boni et subtilis interpretis virtutem non speciosis quibusdam locis falli, sed his ipsis firma interpretationis fulcimenta ex manifesto scriptoris usu quaerere. Quid putas Buttmannum dicturum fuisse, si φ, 447 pro

στῆθ' οὕτως ἐς μέσσον

poetae canere libuisset *νῦν στῆθ' ὧδ' ἐς μέσσον*? Scilicet exploratum esse hoc loco particulam *ὧδε* significare — *τοπικῶς*. Tu et hunc locum animadverte et ζ, 218 *ἀμφίπολοι, στῆθ' οὕτω ἀπόπροθεν* et Φ, 184 *κεῖσ' οὕτω*, et η, 30 *ἀλλ' ἴθι σιγῇ τοῖον***), et intelliges qualis, quam frequens et pulcher harum particularum usus cum imperativis sit et quam acriter castigandus esset

---

*) Uno quo nunc est ὧδ' Aristarchi lectio est ὧκ', ζ, 232.

**) Apollon. Rh. I, 1290 ἦσ' αὕτως εὔκηλος. II, 617 μηκέτι δειδίσθω τοῖον.

Aristarchus, nisi ex his facillimum transitum invenisset, ut recte intelligeret haec: Ἤφαιςε πρόμολ' ὧδε (quod cum veteribus explicat Hermannus Op. I p. 340) et τὸν ξεῖνον ἐναντίον ὧδε κάλεσσον. Utrumque recte cepit Nitzsch. ad Od. α, 182. Et α, 182, item β, 28, quod scholia et consentiens iis Apollon. synt. p. 72 afferunt „οὕτως ὡς ὁρᾷς" et priore loco „οὕτως ὡς ὁρᾷς, ὡς ἰδιώτης, οὐχ ὡς ἐπέβαλλε βασιλεῖ" hoc ita satisfacit (modo ne obliviscare in his subtilibus linguarum elegantiis paululum necessario claudicare paraphrasin) ut non videam, cur his duobus locis Nitzschius particulae novam significationem affinxerit.

Sed Vossium quomodo refellam, indefessi laboris virum, cuius nomen omnibus Homeri studiosis verecundiam iniicere debet? Is (ad hymn. Cer. 116) confirmat in illo στῆθ' οὕτως ἐς μέσσον particulam οὕτως significationem localem habere! Demitto auriculas!

Probavit Aristarchi observationem, qua nihil esse potest certius, Nitzschius: nec Passovius quidquam dubitavit: itidem a veteribus sexcenties res inculcatur, v. praeter Eustathium schol. *B*, 258. *N*, 326. *K*, 91, α, 182. β, 111. γ, 125. Illud πρόμολ' ὧδε Paraphrasta Bekkeri reddidit πρόελθε οὕτως*).

Πόνος et πονεῖν

nunquam doloris significationem habet sed laboris.

(Graecis vocabulis Aristonicus utitur ἀλγηδών et contra ἔργον et ἐνεργεῖν. Recentiores eandem rem tangentes pro eo dicunt nonnunquam κακοπαθεῖν et κακο-

---

*) Apud Atticos quoque est ubi ὧδε vim suam abiiciat et ita dicatur ut οὕτως „sic temere." Plat. Soph. 217. E. τῷ γὰρ ὄντι τὸ νῦν ῥηθὲν οὐχ ὅσον ὧδε ἐρωτηθὲν ἐλπίσειεν ἂν αὐτὸ εἶναί τις, ἀλλὰ τυγχάνει λόγου παμμήκους ὄν.

παθεια, quod idem est. Sch. Apollon. IV, 1453 γειομόροι μύρμηκες· οἱ περὶ τὴν γῆν κακοπαθοῦντες).

Res per diplen notata *B*, 291. *E*, 667. *H*, 319. *K*, 116. 164. *Σ*, 413. *X*, 11. *Ψ*, 245. Hunc Homericum usum significat schol. Soph. Ai. 866, cum dicit: πόνος πόνῳ πόνον φέρει) ἔστι τὸ μὲν πόνος πόνῳ ἀρχαικὸν ὡς ἔργον ἐπ' ἔργῳ. τὸ δὲ δεύτερον πόνον κοινῶς οἷον κάματον.

Nec hic substiterat Aristarchus, sed annotavit praeterea, praecipue dici de labore bellico (πολεμικὸν ἔργον), v. ad *Z*, 77. *N*, 2. *Φ*, 249. cf. B ad *T*, 227. Quae verissima est et ad locos quosdam recte intelligendos utilissima observatio, e. g. *E*, 667: qui locus haud recte accipitur ab omnibus. Invenitur idem usus (prosae scriptores sic utuntur vocabulo ἔργον, de quo dixit Hermannus ad Luc. de conscr. h. p. 159) apud alios quoque antiquos poetas ut Hes. Theog. 881 de Titanum proelio αὐτὰρ ἐπεί ῥα πόνον μάκαρες θεοὶ ἐξετέλεσσαν. Theogn. 981 Gsf. (987 Be.) οὐδ' ἵππων ὁρμὴ γίνεται ὠκυτέρη, αἵ τε περ ἄνδρα φέρουσι δορυσσόον εἰς πόνον ἀνδρῶν. Cf. Simon. XX Gsf. Errat Passovius cum dicit dolorem significari *T*, 229. *Φ*, 525 et aliis locis. Neque enim alii loci sunt et *T*, 229 certissima est significatio laboris bellici v. belli, quod ipse Passovius loco isto paulo accuratius inspecto sine dubitatione concedet- *Φ*, 525 ὣς Ἀχιλεὺς Τρώεσσι πόνον καὶ κήδε' ἐθηκεν item dictum ut πόνον τ' ἔχεμεν καὶ ὀϊζύν „laborem et luctum"; imo hic versus cum antecedente compositus πᾶσι δ' ἐθηκε (urbs incendio correpta) πόνον, πολλοῖσι δὲ κήδε' ἐφῆκεν ita declarat „laborem et luctum" indicari, ut si illud dubium esset, hoc loco confirmaretur. „Omnibus, poeta inquit, incendium laborem creat, multis (quorum perimuntur bona vel cognati pereunt) maerorem: sic Achilles atrociter ingruens Troianis omnibus laborem, multis (propter amo-

res interemtos) luctum creavit". De uno loco vellem Passovius sententiam suam dixisset, qui videtur adhuc a recentioribus omnibus parum intellectus esse. Est *B*, 289 sqq.

Ulixes Agamemnonem appellans nunc, inquit, ignominiam tibi parant Achivi neque perficient, quod huc profecti sustinuerunt: cupiunt enim iam redire:

ὥς γὰρ ἢ παῖδες νεαροὶ χῆραί τε γυναῖκες
ἀλλήλοισιν ὀδύρονται οἰκόνδε νέεσθαι.
ἦ μὴν καὶ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι.

h. e. „nimirum laboribus fungimur ut moleste ferentes redire velimus." Quid sit *ἦ μὴν καί* discendum ex *I*, 57, ubi Nestor Diomedi bene quidem, inquit, locutus es, neque tamen rem acu tetigisti: *ἦ μὴν καὶ νέος ἐσσί* „nimirum (id quod ad excusandum valet) iuvenis es". Deinde *ἀνία, ἀνιᾶν, ἀνιάζειν* Homero ubique est molestia, molestia afficere, m. affici, moleste ferre (non maeror vel dolor: quod iam Dammio perspectum. *Σ*, 300 haud recte acceptum a Passovio, quem fugisse videtur acerba huius loci ironia). Porro *πόνος* est „labor" quod veteribus verum loci sensum aperuit. Aristonicus cum hoc ipso loco de hac significatione verbi admoneat Aristarcheos sic intellexisse declarat, unde ad posteriores pervenit. Quorum unus (BLV) rectissime interpretatur: *πολὺς μὲν οὖν ἐξὶν ὁ πόνος ὥς ε λοιπόν* (sc. *ἐξί*) *ἀκηδιάσαντά τινα νεῖσθαι*. Cf. *γ*, 117 *πρὶν καὶ ἀνιηθεὶς σὴν πατρίδα γαῖαν ἵκοιο*. Usus infinitivi simillimus *β*, 284 *οὐδέ τι ἴσασιν θάνατον καὶ Κῆρα μέλαιναν, ὅς δή σφι σχεδόν ἐστιν, ἐπ' ἤματι πάντας ὀλέσθαι*. Alteram significationem vocabuli *πόνος* si quis putet adhiberi posse is quoquo se verterit non faciet ut cum proxime sequentibus hic versus cohaereat.

Φόβος, φοβεῖσθαι, φέβεσθαι.

His nunquam timendi, sed fugiendi notio apud Homerum subiecta est.

Apollon. lex. Hom. p. 832 Ἀρίσταρχος σεσημείωται ὅτι συνήθως φόβος ἐπὶ τῆς φυγῆς. Aristonicus Z, 41 φοβέοντο πρὸς πόλιν ἧπερ οἱ ἄλλοι) ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ ἔφευγον· ἐπὶ τούτου γὰρ ἀεὶ τὴν λέξιν τίθησιν. E, 223 ἡ διπλῆ ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ φόβον Ἄρηος φορεούσας τὴν ἐν πολέμῳ φυγήν. καὶ ὅτι τὸ φοβεῖσθαι καὶ φέβεσθαι ἐπὶ τοῦ φεύγειν Ὅμηρος τίθησιν, οὐκ ἐπὶ τοῦ κατὰ ψυχὴν δέους. Λ, 71 (cf. Θ, 107) ἡ διπλῆ ὅτι φόβον τὴν φυγήν· ὃν δὲ ἡμεῖς φόβον δέος λέγει. M, 46 ταρβεῖ οὐδὲ φοβεῖται) ἡ διπλῆ ὅτι οὐ τὸ αὐτὸ σημαίνει δι' ἀμφοτέρων, ἀλλὰ διὰ μὲν τοῦ ταρβεῖ δέδιεν ὃ ἡμεῖς φοβεῖται, διὰ δὲ τοῦ φοβεῖται φεύγει. λέγει οὖν οὔτε δέδιεν οὔτε φεύγει. N, 471 ἡ διπλῆ ὅτι ἀντιδιέσταλται τῷ φόβῳ τὸ ἔμενε, ἐξ οὗ σαφὲς ὅτι ὁ φόβος τὴν φυγὴν σημαίνει. Praeterea ad Θ, 149. Λ, 402. M, 144. N, 470. X, 141. 250. B, 767. E, 252. Z, 278. Θ, 139. K, 510. Λ, 121. 173. M, 144. O, 666. P, 597. Φ, 606. 575. P, 667. Egregius huius observationis usus fuit in diiudicanda lectione Σ, 247,

ἐς δ' ἀγορὴν ἀγέροντο (Τρῶες) πάρος δόρποιο μέδεσθαι.
ὀρθῶν δ' ἑσταότων ἀγορὴ γένετ'. οὐδέ τις ἔτλη
ἔζεσθαι· πάντας γὰρ ἔχε τρόμος, οὕνεκ' Ἀχιλλεὺς
ἐξεφάνη.

Ariston. h. l. τρόμος) Ζηνόδοτος φόβος κακῶς. ἀγνοῶν ὅτι φόβός ἐστι καθ' Ὅμηρον ἡ μετὰ δέους φυγή. διὸ ἡ διπλῆ. Item K, 10 ὡς πυκίν' ἐν στήθεσσιν

ἀνεστενάχιζ' Ἀγαμέμνων

νειόθεν ἐκ κραδίης· τρομέοντο δέ οἱ φρένες ἐντός.

Aristonicus: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει φοβέοντο· τὸν δὲ φόβον εἴωθε λέγειν Ὅμηρος τὴν μετὰ φυγῆς δειλίασιν· ἐλέγχεται δὲ ὁ Ζηνόδοτος ἁμαρτάνων ἐκ τοῦ ὡς δ' αὕτως

Μενέλαον ἔχε τρόμος (v. 25). — *P*, 607. Fugiunt Argivi, 596. 7

νίκην δὲ Τρώεσσι δίδου, ἐφόβησε δ' Ἀχαιούς.
πρῶτος Πηνέλεως Βοιώτιος ἦρχε φόβοιο,

quam Argivorum fugam, Troianorum victoriam porro persequitur. Et de Troianorum fuga nullo modo cogitari posse, ubi Hector (605) Idomenei quidem hasta percutitur, sed frustra, ita ut in lorica sedeat frangaturque hastile, tam perspicuum firmumque est haec legenti ut de falsa quorundam lectione v. 607 iure suo acerbius iudicium pronuntiet Didymus. Aristarchea lectio h. v. est.

ἐν κανλῷ δ' ἐάγη δολιχὸν δόρυ· τοὶ δ' ἐβόησαν
Τρῶες· ὁ δ' (Hector) *Ἰδομενῆος ἀκόντισε* —

Quid h. l. Didymus in libro de Aristarchi editione notaverit, hoc modo traditum: *οὕτως δὲ μόνως φησὶν ὁ Δίδυμος ἐν διορθωτικοῖς τοὶ δ' ἐβόησαν. ἀβέλτερον γὰρ τελέως τὸ τοὶ δ' ἐφόβηθεν. οὐ γὰρ φεύγουσιν ἀλλὰ διώκουσιν. καὶ ἐπὶ Πατρόκλου τὸ ὅμοιον „ἐπὶ δ' ἴαχε λαὸς ὄπισθε Τρωϊκός“* (723). Nec *Π*, 456 dubitabimus Aristarchi iudicio subscribere. Nunc legitur:

ὣς τῶν μισγομένων γένετο ἰαχή τε φόβος τε.

Sed accepimus haec: *Ἀρίσταρχος πόνος· οὐ γὰρ γέγονέ πω φυγή**).

Nec *φοβεῖσθαι μή* est apud Homerum nec *φόβος* cum genitivo rei: quae apud posteriores epicos inveniri infra ostendam, ut decet apud eos quibus *φοβεῖσθαι* timere est.

---

*) Hoc est Didymi. Alterum quod eodem loco legimus *ἡ διπλῆ ὅτι τὴν μετὰ δέους φυγὴν φόβον εἴρηκεν* si Aristonici est, falsa lectio in eius exemplum irrepsisse putanda est.

Φῦζά

quando fugam significat eo differt a φόβος, quod adiunctam habet notionem ignaviae.

Apollon. lex. H. Ἀρίσταρχος σεσημείωται ὅθι συνήθως φόβος ἐπὶ τῆς φυγῆς, φῦζα δὲ ἐπὶ τῆς μετὰ δειλίας φυγῆς. Significat autem fugam ubique excepto uno loco I, 2 φῦζα φόβου κρυόεντος ἑταίρη. Ubi legimus: ἡ διπλῆ ὅτι ἀεὶ μὲν σημαίνει τὴν μετὰ δέους (melius Apollon. δειλίας) φυγήν· ὅθεν καὶ φυζανικῆς ἐλάφοισιν (*N*, 102). νῦν δὲ ἔκπληξις*) —

Τρεῖν

est fugere non tremere.

Ariston. *X*, 143, ὡς ἄρ' ὅγ' ἐμμεμαὼς ἰθὺς τράπετο τρέσε δ' Ἕκτωρ τεῦχος ὕπο Τρώων, λαιψηρὰ δὲ γούνατ', ἐνώμα) ὅτι τὸ τρέσαι οὐ τὴν πτόησιν σημαίνει, ἀλλὰ σὺν τῷ φεύγειν. Pro σὺν τῷ plura in mentem veniunt; equidem puto scriptum fuisse: συνήθως αὐτῷ. Hoc potius probo quam συντόνως. Ξ, 522 οὐ γάρ τίς οἱ ὁμοῖος ἐπισπέσθαι ποσὶν ἦεν ἀνδρῶν τρεσσάντων ὅτε τε Ζεὺς ἐν φόβον ὄρσῃ) ὅ τι οὐ λέγει τρεσσάντων δεισάντων ἀλλὰ φυγόντων „τρέσσαι δ οὐκέτι ῥίμφα πόδες φέρον" (*N*, 515**).

---

*) Quidquid de corrupto loco Apollonii IV, 5 statuetur, hoc sentimus vocabulo φῦζα parum apte usum esse.

**) Haec mihi videntur sola Aristonici testimonia, non *N*, 515. ὅτι τρέσσαι φυγεῖν μετὰ δέους ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς φυγεῖν „τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ Παλλὰς Ἀθήνη", *E*, 256. Quod ex bona observatione corruptum est a recentioribus ut eo loco, quem initio posui, X, 143, in cod. V. est τρέσε μετὰ δέους ἔφυγε. Qui μετὰ δέους videntur addidisse ut ad vulgarem significationem accederent; non inest hoc in verbo apud Homerum (v. *A*, 546), nec ab origine inest, sed celeris motus. Atque haec celeritatis notio in Homericis adhuc valere videtur ubique, atque eo differt vocabulum a φοβεῖσθαι. Nec obstat, qui

Recte. Probant et composita διατρεῖν (διέτρεσαν ἄλλυδις ἄλλη), παρατρεῖν (*E*, 297), περιτρεῖν (*Λ*, 675), ὑποτρεῖν, et simplicis verbi omnia fere exempla certa et expressa. Duo sunt, ubi quis dubitare possit *P*, 332. *Φ*, 288. Sed hi quoque loci alteram significationem admittunt, immo contextus, si accuratius inspicitur, suadet. Ad *P*, 332 cf. *Ξ*, 132. Ad *Φ*, 288 cf. *Φ*, 575.

Θύειν

nusquam apud Homerum dicitur de immolanda hostia.

I, 219 *θεοῖσι δὲ θῦσαι ἀνώγει Πάτροκλον δν ἑταῖρον· ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς)* ἢ διπλῆ ὅτι θῦσαι οὐ σφάξαι, (ins. ὡς) ὁ *Τιμόθεος ὑπέλαβεν καὶ Φιλόξενος ὁμοίως τῇ ἡμετέρᾳ συνηθείᾳ, ἀλλὰ θυμιᾶσαι· καὶ ὅτι θυηλὰς τὰς ἐπιθυομένας ἀπαρχάς. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ* (ξ, 446) *ἦ ῥα καὶ ἄργματα θῦσε θεοῖς αἰειγενέτῃσι.* Significat veteres scriptores Philoxenum (fortasse auctorem *δείπνου*, in quo ipso carmine facile poterat hic Iliados locus respici) et Timotheum: quorum ex scriptis (parodicis, opinor) apparebat hoc loco eos voc. *θύειν* vulgari significatione accepisse. Bekk. An. p. 42 *θῦσαι ἀντὶ τοῦ θυμιᾶσαι*

θεοῖσι δὲ θῦσαι ἀνώγει
Πάτροκλον δν ἑταῖρον· ὁ δ' ἐν πυρὶ βάλλε θυηλάς.
λέγει δὲ ἀπαρχὰς τῶν τεθυμένων ἱερείων· καὶ ἐν τῇ ἀρ-

---

locus possit videre obstare *Λ*, 546 ubi *τρέσσε* est „celeriter se in fugam convertit“ quod efficitur aoristo initium facti indicante, ut *ἀπεδήμησε* invenitur nonnunquam significare „profectus est“ (Plut. Cic. 3), *οἰκῆσαι* sedes collocare (Appian. Hann. 8), *ἐστρατοπέδευσε* posuit castra (ib. 5 coll. 10. 13 *ἐστρατοπέδευε* tenuit se in castris), *ἐτυράννησε* tyrannus factus est (Aristot. rhet. I, 2, 19), *ἐκράτησε* imperio potitus est (Plut. Cic. 3), *ἠράσθη* amore captus est (Plut. Pomp. 4.). cet.

χαίρᾳ κωμῳδίᾳ τὸ θῦσαι ἀντὶ τοῦ θυμιᾶσαι. Ib. p. 44 ἱερώσυνα τὰ τοῖς θεοῖς ἐξαιρούμενα μέρη καὶ θυμιώμενα. Ὅμηρος τοῦτο διδάσκει πρῶτον·

θεοῖσι δὲ, cet.

βούλεται γὰρ λέγειν τὰς ἀπαρχὰς τῶν ἐν τῇ εὐωχίᾳ παρατιθεμένων, ὅπερ εἰώθασι ποιεῖν, ὅταν προσφέρωνται τροφήν (cf. Ammon. 132). Hoc igitur loco explicuit Aristarchus per *θυμιᾶσαι*, quod plurimis quoque reliquis aptum est; quo interpretamento usus sit *o*, 222, 260, nescimus.

Φράζω

nunquam est dico, sed indico.

Apollon. lex. H. p. 658

πῶς κ' ἔοι εἴ τις νῶϊ θεῶν αἰειγενετάων
εὔδοντ' ἀθρήσειε, θεοῖσι δὲ πᾶσι μετελθὼν
πεφράδοι; (Ξ, 335)

πεφράδοι διασημαί (l. μά)νειε· ὁ δὲ Ἀπίων ἂν εἴποι, τοῦ Ἀριστάρχου σεσημειωμένου ὅτι τὸ φράσαι οὐδέποτε ἐπὶ τοῦ εἰπεῖν τάσσεται. Id. p. 840 οὐδέποτε τοῦ ποιητοῦ ἐπὶ τοῦ εἰπεῖν τάσσοντος τὴν λέξιν· διόπερ Ἀρίσταρχος ἐν τῇ P (l. Ξ) τῆς Ἰλιάδος ἠθέτησε. Significat Ξ, 500.

ὁ δὲ φῆ κώδειαν ἀνασχών,
πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος ἔπος ηὔδα.

Hoc si cum scholiis et Eustathio conferas*), scimus de Aristarcho, versum πέφραδέ — obelo notatum esse certissimo argumento, quod hic usus verbi φράζειν ab Homero plane abhorreret, alterum, cuius pro spurio notandi causas non videret (quamquam sunt fortasse) tenuisse,

---

*) Error ut declinetur, moneo, annotationem Σ, 253 non Aristonici esse.

sed φῇ pro verbo accepisse, cum particulam φή Homero abiudicandam censeret. Buttmannum (lexil. I, 236) de his versibus et de veterum interpretatione disputasse, cum nec Aristarchi observationem de voce φράζειν nec eius athetesin nosset, non fidem haberemus referenti; sed „qui vident plane sciunt“. — Totum pervolvas Homerum, nusquam dixit πέφραδε Τρώεσσι vel ἐν Τρ. pro εἶπε, ἀγορήσατο, μετηύδα sim. Ubique, quod recte et subtiliter Aristarchus observavit, φράζειν significat indicare (anzeigen, angeben). Minime obstat α, 275

αὖριον εἰς ἀγορὴν καλέσας ἥρωας Ἀαιούς
μῦθον πέφραδε πᾶσι, θεοὶ δ' ἐπιμάρτυροι ἔστων.
μνηςῆρας μὲν ἐπὶ σφέτερα σκίδνασθαι ἀνώγει —

hoc dictum est fere ut ἔπος πάντεσσι πιφαύσκων (χ, 131). In quibus solemus brevitatis causa dicere verbum positum esse pro re: quod quid sibi velit docti intelligunt. Rectissime hymn. Ven. 128 coniunctum vocabulum cum synonymo δεικνύναι, αὐτὰρ ἐπειδὴ δεῖξε καὶ ἔφρασε. — Il. Λ, 84 in Agamemnonis oratione ad Calchantem

σὺ δὲ φράσαι εἴ με σαώσεις

hanc lectionem pro Zenodotea φράσον elegerat Aristarchus, non quod φράσον stare non posset (ut videri possit ex Apollonii lex. p. 840), sed quod eo loco φράσαι significantius visum, ut Aristonicus docet: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει φράσον· μᾶλλον δὲ τὸ φράσαι ἁρμόζει. Nec Θ, 142 αὐτὸς νῦν προκάλεσσαι ἰὼν καὶ πέφραδε μῦθον, ubi annotatur οὔτε Ἀρίσταρχος οὔτε Ζηνόδοτος οὔτε Ἀριστοφάνης ἐπίστανται τοῦτον τὸν στίχον, vocabuli significatio absona visa, sed haud dubie aberat versus in melioribus Mss. Nam (ne de Aristophane dicam) Zenodotus certe ad vim vocis ne attenderat quidem. Non possum in hac re aliter iudicare nec cum Nitzschio sentire.

Σῶμα

ap. Homerum dicitur tantum de cadavere.

Apollon. lex. H. p. 754. *Ὁ Ἀρίσταρχος παρατετήρηκε τὸ σύνηθες Ὁμήρῳ. καὶ σεσημείωται διπλῆ ὅτι σῶμα οὐδέποτε Ὅμηρος ἐπὶ τοῦ ζῶντος εἴρηκεν.*

σῶμα δὲ οἱκαδ' ἐμὸν δόμεναι (X, 342)

καὶ πάλιν

μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας (Γ, 43)

δέμας δ' ἴϊκτο γυναικί

καλῇ τε μεγάλῃ τε (ν, 288).

Haec ultima mutilata quid sibi velint (sc. de vivo corpore Homerum dicere *δέμας*) et per se patet et illustratur his Plutarchi poes. Hom. c. 124 *ὅθεν κἀκεῖνο δοκεῖ τοῖς φιλοσόφοις τὸ εἶναι τὸ σῶμα τρόπον τινὰ τῆς ψυχῆς δεσμωτήριον. Καὶ τοῦτο δὲ Ὅμηρος πρῶτος ἐδήλωσε. τὸ μὲν γὰρ τῶν ζώντων ἀεὶ δέμας προσαγορεύει, ὡς ἐν τούτοις „οὐ δέμας οὐδὲ φυήν“ καὶ „δέμας δ' ἴϊκτο γυναικί“ καὶ „ἦτοι ἐμὴν ἀρετὴν εἶδός τε δέμας τε“ τὸ δὲ ἀποβεβληκὸς τὴν ψυχὴν οὐδὲν ἄλλο ἢ σῶμα καλεῖ, ὡς ἐν τούτοις· „σῶμα δὲ οἱκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν“ καὶ „σώματ' ἀκηδέα κεῖται ἐνὶ μεγάροις Ὀδυσῆος“ καὶ „σῶμα γὰρ ἐν Κίρκης καταλείπομεν ἡμεῖς“.* Idem c. 128 *οὕτως οὖν καὶ Ὅμηρος οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως εὑρεθήσεται σῶμα τὴν ψυχὴν καλῶν, ἀλλὰ τὸ ἐστερημένον ψυχῆς ἀεὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύει.* v. Schol. A, 115 (quod Porphyrii est). Γ, 23. De quo loco nemo subacti iudicii dubitabit, at quosdam grammaticos haesisse Eustathius ostendit; a quo tamen ipso quid verum sit peti potest.

Δαίς,

non dicitur de bestiis, sed solo de cibo hominum.

Unde contra Zenodotum diiudicata lectio Il. A, 5 *οἰωνοῖσί τε πᾶσι*: ille legebat *οἰωνοῖσί τε δαῖτα*. Ex scholiis excidit: tradit Athenaeus, de suo causam ad-

dens, I p. 12. e. *Δαίς* dictum esse a *δαίεσθαι* quod a fera rapacitate ad modestiorem cultum progressi homines in epulis aequam cuique portionem apponerent, unde *δαὶς ἐΐση. καὶ ἐπὶ μόνων τῶν ἀνθρώπων δαῖτας λέγει ὁ ποιητής, ἐπὶ δὲ θηρίων οὐκέτι. ἀγνοῶν δὲ ταύτης τῆς φωνῆς τὴν δύναμιν Ζηνόδοτος ἐν τῇ κατ' αὐτὸν ἐκδόσει γράφει*

αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν
οἰωνοῖσί τε δαῖτα

τὴν τῶν γυπῶν καὶ τῶν ἄλλων οἰωνῶν τροφὴν οὕτω καλῶν, μόνου ἀνθρώπου χωροῦντος τὸ ἴσον ἐκ τῆς πρόσθεν βίας. V. praeterea Eust. h. l. et Suid. s. *δαίτη*.

Heynius „contrarium, inquit, docet locus Il. Ω, 43".

λέων δ' ὡς ἄγρια οἶδεν,
ὅστ' ἐπεὶ ἂρ μεγάλῃ τε βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ
εἴξας εἶσ' ἐπὶ μῆλα βροτῶν, ἵνα δαῖτα λάβῃσιν.

Quis paulo attentior non statim intelligit, Aristarchum legisse

εἶσ' ἐπὶ μῆλα, βροτῶν ἵνα δαῖτα λάβῃσι.

K, 485 *ὡς δὲ λέων μήλοισιν ἀσήμαντοισιν ἐπελθών*, ne alios locos commemorem ut ζ, 132. 134. —

Ὄσσα

non vocem significat simpliciter ut apud alios poetas sed famam divinitus excitam.

Hinc apparet

Ὄσσεσθαι

non, ut quidam faciunt, ducendum esse ab *ὄσσα* ut significet dicere, sed ab oculis (*ὄσσε*), significatque et oculis videre et per translationem animo videre.

Aristonicus *B*, 93 *ὅτι ὄσσα ἡ θεία κληδών, οἱ δὲ νεώτεροι ψιλῶς ἐπὶ πάσης φωνῆς.*

Hinc refutata quorundam falsa explicatio, qui *A*, 105 *κάκ' ὀσσόμενος* ab *ὄσσα* ducentes interpretarentur

„male dicens“. Ariston. h. l. *κάκ᾽ ὀσσόμενος ὅτι ἀπὸ τῶν ὄσσων κακῶς ὑπιδόμενος, οὐκ ἀπὸ τῆς φωνῆς κακολογήσας. οὐ γὰρ χρῆται Ὅμηρος τῇ ὄσσῃ ψιλῶς ἐπὶ τῆς φωνῆς, μᾶλλον δὲ ἐπὶ τῆς θείας κληδόνος.* Porro servata haec, ad Ω, 172 *ὀσσομένη ὅτι ἀπὸ τῶν ὄσσων προορωμένη. X*, 356 *προτιόσσομαι*) *ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ τῶν ὄσσων ἡ μεταφορά* (v. ib.). Eadem hoc tempore docuit Buttmannus Aristarchi operam in hac voce positam ignorans. Quod *A*, 105 potius translationem mavult Buttmannus, id probamus. Fortasse etiam *X*, 356 plus vidit.

Ὀμφή

item apud Homerum non quamcunque vocem significat sed divinum praesagium.

Dixi paulo obscurius quod mihi non omni ex parte clarum est. Restat enim in testimoniis, paucis illis nec integris, quod non intelligam, ut quibus finibus vocabuli usum circumscribi voluerit Aristarchus pro certo dicere nequeam. Perficient alii. Ad *B*, 41 (*θείη δέ μιν ἀμφέχυτ᾽ ὀμφή*) in ABELV hoc scholion est: *ὅτι ὀμφὴ ἡ θεία κληδών, οὐ πᾶσα φήμη. διὸ καὶ ὁ Ζεὺς πανομφαῖος, ὁ κληδόνιος· ὀμφὴ δὲ ἡ τὸ ὂν φαίνουσα. λέγει δὲ ὅτι ἔναυλον εἶχε τὴν τοῦ ὀνείρου φωνήν. ἐμφαντικὸν δὲ τὸ ἀμφέχυτο πρὸς τὸ μηδὲν αὐτῆς ἐπιλελῆσθαι αὐτόν.* Hic locus Aristonici esse mihi videtur usque ad *κληδόνιος*. Quod Eustathius habet: *οἱ δὲ νεώτεροι ἐπὶ ἁπλῶς λόγου τιθέασι καὶ τὴν ὄσσαν καὶ τὴν ὀμφήν*, hoc toto colore Aristarcheum est, sed alia, quae idem habet, non ab eo sunt. Et. M. *ὀμφὴ θεία φήμη, κληδών.* v. Buttm. lex. I, p. 23. Nitzsch. ad Od. *γ*, 215. — *Ζεὺς πανομφαῖος* est *Θ*, 250, ubi hoc Aristonici scholion est: *ἡ διπλῆ ὅτι οὐκ ἔστι καθολι-*

κὸν ἐπίθετον ὁ πανομφαῖος, ὁ κληδόνιος καὶ πάσης κληδόνος παραίτιος (?) καὶ ὅτι ἅπαξ ἐνταῦθα τὸ ἐπίθετον.

Μάχαιρα

non gladium significat sed cultrum, quem heroes iuxta gladium suspensum gerunt.

Γ, 271 ἡ διπλῆ ὅτι τὴν παραξιφίδα μάχαιραν καλεῖ· διὰ καὶ λέγει αὐτὴν παρηρτῆσθαι τῷ κουλεῷ τοῦ ξίφους. τὸ δὲ πολεμιστήριον ἄορ ξίφος (ins. ἢ) φάσγανον καλοῦσι· συνώνυμα γάρ. *A*, 844 ἡ διπλῆ ὅτι μάχαιραν καλεῖ τὸ παραξιφίδιον, εἰς τὰς τοιαύτας χρείας εὐθετοῦν. BL ad *T*, 252 μάχαιραν δὲ τὴν περιξιφίδα (l. παραξ.), ἣν νῦν ζωνομάχαιραν καλοῦσιν. Huius observationis egregius usus fuit ad crisin versuum Σ, 597. 8, ubi Vulcanus in scuto dicitur finxisse puellas cum adolescentibus saltantes:

καί ῥ' αἱ μὲν καλὰς στεφάνας ἔχον, οἱ δὲ μαχαίρας
εἶχον χρυσείας ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων.

Aristonicus: ἀθετοῦνται αἱ δύο, ὅτι οὐδέποτε μάχαιραν εἶπε τὸ ξίφος. ἄλλως τε καὶ οὐ πρέπον χορεύοντας μαχαίρας ἔχειν. οὗτοι δὲ οὐδὲ παρ' Ἀριστοφάνει ἦσαν. Eadem observatione Zenodoti lectio reprobata N, 610, haec scilicet: Ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν pro ξίφος ἀργυρόηλον. „ἀγνοεῖ δὲ ὅτι Ὅμηρος τὴν παραξιφίδα μάχαιραν καλεῖ, τὸ δὲ πολεμιστήριον ξίφος".

Φρίξ

non est frigus sed maris exoriente vento citati horror, et — sic voluit Aristarchus — ipsa exorientis procellae agitatio.

Falso hoc verbum acceptum erat falsaeque lectioni locum dederat Φ, 126

θρώσκων τις κατὰ κῦμα μέλαιναν φρῖχ᾽ ὑπαΐξει ἰχθύς.

H. l. Aristonicus Aristarchi doctrinam explicat sic: *ἡ διπλῆ πρὸς τὸ σημαινόμενον. Φιλητᾶς γὰρ καὶ Καλλίστρατος γράφουσι φρῖχ᾽ ὑπαλύξει, λέγοντες ὅτι οἱ πίονες τῶν ἰχθύων καὶ εὔτροφοι τὸ ψῦχος ὑπομένουσι καὶ οὐ φθείρονται. ὁ δὲ ποιητὴς οὐδέποτε φρίκην τὸ ψῦχος εἴρηκεν, ἀλλὰ τὸ ἐκ γαλήνης πρῶτον ἐξορθούμενον κῦμα, ὁμωνύμως δὲ τούτῳ καὶ τὸν ἄνεμον τὸν οἱονεὶ ἐπιστίζοντα τὴν θάλασσαν „οἵη δὲ Ζέφυροιο ἐχεύατο πόντον ἔπι φρίξ“ (H, 63) καὶ ὡς δ᾽ ὑπὸ φρικὸς Βορέω ἀναπάλλεται ἰχθὺς θῖν᾽ ἐν φυκιόεντι. μέγα δέ* (vel potius *μέλαν δέ*) *ἑ κῦμα καλύπτει* (Ψ, 692) [*ἡμεῖς δὲ λέγομεν ψῦχος κρύος καὶ πάχνην*] *ἔστιν οὖν τὸ λεγόμενον μέλαιναν φρῖχ᾽ ὑπαΐξει τὸ μέλαν κῦμα ὑποτροχάσεται ἰχθύς.* Eust. ad H, 63 *ὅτι φρῖκα Ζεφύρου καλεῖ τὴν πρώτην ἠρεμαίαν αὐτοῦ κατὰ θαλάσσης ἐπίπνοιαν.* Et schol. δ, 402 *φρικὶ τῇ ἐπιγενομένῃ μελανίᾳ ἐν τῷ* (l. *πόντῳ*) *ἐκ τῆς ἐπιπολαίου κινήσεως τῶν ὑδάτων* (*κατὰ τὰς ἀρχὰς τῶν ἀνέμων* additum in altero sch.). Non videtur necessarium fuisse alteram significationem assumere, ut ipsius exorientis procellae agitatio indicetur, ne tum quidem si H, 63 *μελάνει δέ τε πόντον*, quae fuit Aristarchi lectio, approbatur. Passovium quoque in priore significatione acquievisse video: sed Vossium Ψ, 692 alteram expressisse („wie vor dem kraeuselnden Nord ein Fisch aus dem Wasser emporsteigt“). Ceterum illa aequoris primum vento exhorrescentis agitatio vulgo a Graecis dicebatur *φρίκη*, Aristot. probl. 23, 23.

Τλήμων

nunquam miserum significat, sed durum laborisque patientem.

K, 231 *ἡ διπλῆ ὅτι τλήμονα οἱ νεώτεροι τὸν ἀτυχῆ, ὁ δὲ Ὅμηρος τὸν τλητικόν, τὸν ὑπομενητικόν.* Item E,

67. Φ, 430. Non eget egregia observatio vel commendatione vel confirmatione.

Σχεδόν

nunquam significat paene, fere, sed locale adverbium est, prope.

P, 202 οὐχ οὕτως παρείληπται ὡς ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ τάσσομεν διστακτικῶς τὸ σχεδόν. Y, 290 (V) σχεδόν ἀντὶ τοῦ ἐγγύς, καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς.

Πάλιν

nunquam rursus significat, sed retro.

E, 836 ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ εἰς τοὐπίσω. E, 257 πάλιν αὖτις ὅτι οὐ τὸ αὐτὸ λέγει διὰ τοῦ πάλιν καὶ αὖτις, ἀλλὰ τὸ μὲν αὖτις ἀντὶ τοῦ πάλιν, τὸ δὲ πάλιν τοπικὸν ἀντὶ τοῦ εἰς τοὐπίσω. Z, 189 ἡ διπλῆ πρὸς τὸ πάλιν, ὅτι οὐ χρονικῶς. I, 56 τὸ πάλιν οὐκ ἔστιν ἐκ δευτέρου ὡς ἡμεῖς, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἔμπαλιν ἐρεῖ, ἐναντίως. K, 281 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ πάλιν εἰς τοὐπίσω. 356 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ πάλιν συναπτέον τῷ ἀποστρέψοντας, ἵνα ᾖ εἰς τοὐπίσω ἀποστρέψοντες: (haec vocabulorum coniungendi ratio falsa, ut locum inspicienti petebit; πάλιν ὀτρύναντος est εἰς τοὐπίσω ὀτρ.). Λ, 326 ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ ὄπισθεν (i. ὀπίσω) ὀρμῶντες (παλινορμένω), ὡς παλιμπλαγχθέντας. Hinc recte intelliges πάλιν ποίησε γέροντα π, 456 i. e. „ex iuvene retro mutavit in senem“ non ut schol. BL ad N, 3. Plura addere non necesse: etenim accuratissime de hac voce egit Passovius. Sed illud superest quod notandum. Observavit Aristarchus fabulam de Graecis, antequam oram Troianam tangerent, in Mysiam ad Telephum delatis Homero ignotam esse. Originem vero fingendae fabulae putavit

posterioribus in Homero fuisse, cum illam Achillis orationem

νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω
ἆψ ἀπονοστήσειν

Homericam vocabuli vim ignorantes intelligerent „iterum errantes“. *A*, 59 *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν τῶν νεωτέρων ἱστορίαν, ὅτι ἐντεῦθεν τὴν κατὰ Μυσίαν ἱστορίαν ἔπλασαν.*

Τάχα

nunquam significat fortasse, sed ubique temporis adverbium est.

Sch. Vulg. *α*, 257 *αὕτη ἡ λέξις οὐ τίθεται παρὰ τῷ ποιητῇ διστακτικῶς ὡς ἐν τῇ συνηθείᾳ ἀλλ' ἑκάστοτε ἀντὶ τοῦ ταχέως.* Aristonicus *Ξ*, 8 *ἡ διπλῆ ὅτι τὸ τάχα ἀντὶ τοῦ ταχέως.* Incertum ex his minutis reliquiis hoc etiam ab eo intellectum fuerit, semper significare „mox“, nunquam „cito“. Frequens usus minitantibus, ut *τάχ' εἴσεαι* „mox senties“ et similia multa. Pulcer variusque vocabuli usus nostrae particulae simillimus leniter huc illuc inflexus. *Ψ*, 606 *οὐ γάρ κέν με τάχ' ἄλλος ἀνὴρ παρέπεισεν Ἀχαιῶν*, quod nos dicimus „nicht so bald“, Latini aegre, haud facile. *Λ*, 654 *τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο* facile etiam innocentem incusaverit. Cf. *B*, 373. *H*, 158. *Π*, 72. 617. Hinc *τάχ' ἔμελλεν*. *Θ*, 52 *καὶ δή μιν τάχ' ἔμελλε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν δώσειν ᾧ θεράποντι καταξέμεν· ἀλλ' Ἀγαμέμνων ἀντίος ἦλθε θέων* „bald haette er ihn gegeben“. Cf. *ι*, 378. *Λ*, 182. *Ψ*, 773. — Facile sentimus, quid dicat Achilles Agamemnoni iratus, *A*, 204.

ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, τὸ δὲ καὶ τελέεσθαι ὀΐω·
ἧς ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἄν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ

„haud diu aberit tempus, cum quondam sua eum perdet

superbia“ *). His constat eadem ratione explicandum esse *β*, 74 *εἴ χ᾽ ὑμεῖς γε φάγοιτε, τάχ᾽ ἄν ποτε καὶ τίσις εἴη*. Quod plurimum faciet ad illam Telemachi orationem, qua nulla Homeri pars difficilior est, expediendam. Sed hoc, quod longiorem desiderat orationem, differo. Verum alium locum tentabo, si forte vocabuli potestate effecta cesserit explicatio. *β*, 89 *ἤδη γὰρ τρίτον ἐστὶν ἔτος, τάχα δ᾽ εἶσι τέταρτον*. Quod Nitzschius ita vertit „schon ist es iezt das dritte Iahr und bald wird gehen, d. h. kommt das vierte“. Id vero cum aliis locis repugnet (*β*, 106. *τ*, 151. *ω*, 141), Langius in Censura Commentariorum Nitzschii, quae inserta est Seebodii bibl. crit. 1826 p. 1098, sic potius vertendum statuit „denn schon ist das dritte Iahr vorüber und schnell geht das vierte“. Cui consentire video schol. *ν*, 377 *ταχέως ἐλεύσεται*. Sed debebat Langius sic: „es ist das dritte Iahr und bald geht das vierte“. *εἶσι* abit. *εἶμι* apud Homerum motum indicat quemcunque, ut nec unde nec quo fiat quaeratur. *Π*, 60 de lupis *καί τ᾽ ἀγεληδὸν ἴασιν*. *Β*, 87 *ἠΰτε ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων*. *Γ*, 61 *πέλεκυς ὡς — ὅστ᾽ εἶσιν διὰ δουρὸς ὑπ᾽ ἀνέρος*. *β*, 428 *νηὸς ἰούσης*, quo loco Vossius intentum cursum significari ait (hymn. Dem. p. 110. cf. ad Arat p. 84. 160); at id non in vocabulo inest, sed in sententia. *Φ*, 522 *ὡς δ᾽ ὅτε καπνὸς ἰὼν εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει*. Ad hanc significationem pertinet *ψ*, 362 *αὐτίκα γὰρ φάτις εἶσιν ἅμ᾽ ἠελίῳ ἀνιόντι ἀνδρῶν μνηστήρων, οὓς ἔκτανον ἐν μεγάροισιν*. Quo vel unde motus fiat adiectis vocabulis declaratur, ut *ἀντίος εἶσιν*, *πάλιν*, *αὖτις*, *ἄψ*, *δεῦρο*,

---

*) Machon Athen. 528. b.

ὀνηλάτ᾽, εἰ μὴ θᾶττον ἐκχήσει ποτὲ
ἐκ τῆς ὁδοῦ, τὰ γίναια ταῦτα καταβαλῶ

Dc *τάχ᾽ ἄν* v. Matth. p. 1199. Andoc myst. §. 117 *τάχα γὰρ ἄν αὐτὸ βούλεσθε πυθέσθαι*.

κεῖσε, ἐξ, εἰς, cet. Haec et talia vocabula ubi absunt, sed cogitatione supplentur, tum abit in significationes et veniendi et abeundi. Illa est e. g. τ, 571 ἦδε δὴ ἠὼς εἶσι δυσώνυμος. ι, 279 ἀλλά μοι εἶφ' ὅπῃ ἔσχες ἰὼν εὐεργέα νῆα. Recte Wellauerus ap. Apollonium III, 1155 ἄρ' ἰοῦσαν revocavit pro ἀνιοῦσαν. Virg. Aen. VI, 392 (Charon loquitur): Nec vero Alciden me sum laetatus euntem (i. e. venientem) accepisse lacu. Abeundi notio est I, 701 ἀλλ' ἤτοι κεῖνον μὲν ἐάσομεν, ἤ κεν ἴῃσιν ἦ κε μένῃ. Z, 221 καί μιν ἐγὼν κατέλειπον ἰὼν ἐν δώμασ' ἐμοῖσιν. Virg. Aen. XI, 46.

Et hanc significationem is sibi locus vindicat, in quo versamur; τάχα hic significat, quod ubique: „mox".

Ἰθύς

adverbium locale est.

Y, 79 ὅτι ἀντὶ τοῦ ἐπ' εὐθείας καὶ κατ' ἐναντίον. M, 254 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἰθὺς τοπικῶς τίθησιν ἀντὶ τοῦ ἐπ' εὐθείας καταντικρὺ νηῶν.

Μέλεον.

Π, 336 ἡ δ. ὅτι μέλεον ἀντὶ τοῦ μελέως ματαίως· καὶ διὰ παντὸς οὕτως Ὅμηρος χρῆται· οἱ δὲ τραγικοὶ ἐπὶ τοῦ οἰκτροῦ καὶ τάλανος. καὶ ἡ συνήθεια. πρὸς οὓς καὶ ἡ σημείωσις. K, 480 ὅτι οἱ νεώτεροι μέλεον τὸν ἀτυχῆ, ὁ δὲ Ὅμηρος ἀντὶ τοῦ ματαίως. Item Ψ, 795. (Cf. B ad Ω, 409 μελεϊστί· τινὲς οἰκτρῶς, οὐκ εὖ· μέλεον γὰρ ὁ ποιητὴς τὸ μάταιόν φησιν· ἔστιν οὖν ἀντὶ τοῦ κατὰ μέλος).

Γράφειν

non est scribere, sed i. q. ξέειν.

Z, 169 (in Proeti tabella) ἡ διπλῆ ὅτι ἔμφασίς ἐστι

τοῖς τῆς λέξεως γράμμασι χρῆσθαι· οὐ δεῖ δὲ τοῦτο δέξασθαι· ἀλλ' ἔστι γράψαι τὸ ξέσαι· οἷον οὖν ἐγχαράξας εἴδωλα δι' ὧν ἔδει γνῶναι τὸν πενθερὸν τοῦ Προίτου. H, 175 loco item notissimo, quo sortes ducunt principes κλῆρον ἐσημήναντο, ἡ διπλῆ ὅτι σημείοις χρῶνται οὐ γράμμασι. Tum v. 187 κλῆρον ἐπιγράψας) ἡ διπλῆ ὅτι οὐ γράμμασι τῆς λέξεως, ἀλλ' ἐγχαράξας σημεῖα· εἰ γὰρ κοινῶς ἤδεσαν γράμματα, ἔδει τὸν κήρυκα ἀναγνῶναι καὶ τοὺς ἄλλους οἷς ἐπεδείκνυτο ὁ κλῆρος.

Ἦ

i. e. dixit, ponitur tantum post orationem peractam.

Herod. *A*, 219 τοῦτο τὸ ᾗ ψιλῶς λεγόμενον καὶ περισπωμένως δηλοῖ . . . . δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἔφη „ᾗ καὶ κυανέῃσιν“ (*A*, 528). καὶ σεσημείωται Ἀρίσταρχος ὅτι ὁ μὲν Ὅμηρος ἀεὶ ἐπὶ προειρημένοις λόγοις ἐπιφέρει τὸ δηλοῦν τὸ ἔφη, ὡς ἐπὶ τοῦ προκειμένου, ὁ δὲ Πλάτων μετ' αὐτὸν ἐπιφέρει τὸν λόγον. Observandi occasionem dederat falsa lectio Zenodoti *Y*, 114 quae fuerat

ᾗ δ' ἄμυδις καλέσασα θεοὺς ῥεῖα ζώοντας·
Φράζεσθον — —

pro

ἡ δ' ἄμυδις καλέσασα (vel potius στήσασα ut Aristarchus cum plurimis) θεοὺς μετὰ μῦθον ἔειπεν.

Quo loco Aristonicus: ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι Ζηνόδοτος γράφει θεοὺς ῥεῖα ζώοντας, ἐξ οὗ φανερός ἐστι κατὰ τὸ περισπώμενον ἀνεγνωκὼς „ᾗ δ' ἄμυδις“, ἵν' ᾗ ἔφη, ὡς ἐκεῖ· ᾗ καὶ κυανέῃσι· ἠγνόηκε δὲ ὅτι ἐπί τισι προειρημένοις τίθεται παρ' Ὁμήρῳ τὸ ᾗ, οὐκ ἐν ἀρχῇ λόγου. Idem h. l. observat Didymus. Porphyrius, qui ad *E*, 533 et hoc idem commemorat et plures exquirit vocabulorum ᾗ et φῇ differentias, non debebat

omittere de ἦ nec participium nec adverbium addi posse: quare Φ, 361 legimus

Φῆ, πυρὶ καιόμενος.

Omninoque illud ἦ καί vel ἦ ῥα καί tam firmum fuisse in illa antiqua oratione videtur, ut nihil immutationis ferret. Quare Passovius quod semel adiunctum habet subiectum

ἦ ῥα γυνὴ ταμίη

(Z, 390) suspectum habuit, φῆ commendans. Certe sic hymn. Dem. 145

φῆ ῥα θεά.

hymn. Merc. 212

φῆ ῥ' ὁ γέρων.

Sed Apollon. Rhod. ἦ ῥ' ἅμα II, 619. ἦ ῥα μέγα φρονέων I, 348. II, 19. ἠ ῥα περιφραδέως III, 947: quamquam idem φῆ ῥα χαλεψάμενος III, 382. φῆ ῥα πειρωμένη III, 693, varietatem quaerens. Unde non contentus formulis Homericis fecit etiam φῆ ἄρα· Χαλκιόπη δὲ III, 718. Φῆ· ὁ δ' ἄρ' ἀστραγάλοις — III, 154. ὣς ηὔδα III, 75. 564. 912. IV, 99. 1380. 1562. ἴσκεν· ἀπήνησαν δὲ νέοι III, 555. ἴσκεν Ἀγηρονίδης II, 240. ἴσκεν ἀπηλεγέως III, 439; et adamavit istud ἴσκεν. Quint. Sm. A, 563 ἦ· μέγα τοί δ' ἐγέλασσαν. ἦ μέγα νεικείων ib. 741. B, 81. Γ, 128. ἦ μέγα κυδαίνων Δ, 533. Item cum partic. E, 521. 612. ς', 308, Z, 287. Θ, 23 Π, 287. ἦ ῥ' ὁ γέρων. B, 41. Γ, 490. ἦ ῥα μέγα στενάχων Γανυμήδεος ἀγλαὸν ἦτορ H, 443. ἔννεπε Nonn. XXIII, 70. XVII, 306. εἶπε I, 481. II, 356. V, 533.

Ἴσκεν

nunquam significat „inquit" sed ubique „aequavit".

Aristonicus Π, 41 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἴσκοντες ἀνάλογόν ἐστι τῷ κατὰ διαίρεσιν ἐΐσκοντες, ὁμοιοῦντες „ἔϊκτο δὲ θέσκελον ἔργον" (F, 107). ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τοὺς ἀπεκ-

δεξαμένους (an παρεκδ.?) τὸ „ἴσκεν ψεύδεα πολλὰ λέγων ἑτύμοισιν ὁμοῖα“ (τ, 203)· τὸ γὰρ ἴσκεν ὑπολαμβάνουσι κεῖσθαι ἀντὶ τοῦ ἔλεγεν, οὐκ ὀρθῶς. BL ib. ὁμοιοῦντες. οἱ δὲ νεώτεροι ἐπὶ τοῦ λέγοντος τάττουσι τὴν λέξιν. Cf. sch. Apollon. I, 834. Recte hunc locum intellexit Aristarchus, sed alterum, cui haec significatio neutiquam adhiberi potest, χ, 31

ἴσκεν ἕκαστος ἀνήρ, ἐπειὴ φάσαν οὐκ ἐθέλοντα
ἄνδρα κατακτεῖναι

obelo notavit. Schol. h. l. οὐδέποτε Ὅμηρος ἐπὶ τοῦ ἔλεγε τὸ ἴσκε, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ὡμοίου· ἠπάτηται οὖν ὁ διασκευαστὴς ἐκ τοῦ ἴσκε ψεύδεα πολλά. Quae haud dubie ipsa sunt Aristonici verba. Et putaverim haec quoque, quae ad priorem locum Eustathius tradidit, Aristonici scholii habere vestigia manifesta: τὸ δὲ ἴσκεν οἱ μὲν γλωσσογράφοι ἀντὶ τοῦ ἔλεγεν ἐκδέχονται· οἱ δὲ ἀκριβέστεροι ἀντὶ τοῦ ἤϊσκεν, ὅ ἐστιν εἴκαζεν ἀπεικονίζων πρὸς ἀλήθειαν. V. Buttm. lex. II p. 84, qui hac aetate illud nos vocabulum recte diiudicare docuit, Aristarcheam intermortuam doctrinam sibi excitari nescius. Quam dicitur Aristarchus in ea voce secutus esse scribendi rationem, de ea alius dicendi locus est.

Στεῦται, στεῦτο

est „*in animum inducebat*“, nunquam „*stabat*“.

Hinc pro spurio agnitus locus Necuiae 583 de Tantalo:

στεῦτο δὲ διψάων —

E, 832 ἡ διπλῆ πρὸς τὸ στεῦτο, ὅτι τὸ κατὰ διάνοιαν διωρίζετο ἡ λέξις σημαίνει. *B*, 597 ὅτι τὸ στεῦτο κατὰ διάνοιαν ὡρίζετο, οὐκ ἐπὶ τῆς τῶν ποδῶν στάσεως, ὡς ἐν τοῖς κατὰ τὴν νέκυιαν ἠθετημένοις „στεῦτο δὲ διψάων“. I, 241 στεῦται διορίζεται· στάσιν γὰρ ψυχῆς σημαίνει ἡ

λέξις. ἡ δὲ ἐπαναφορὰ τῆς σημειώσεως πρὸς τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ „στεῦτο δὲ διψάων". Φ, 455 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ στεῦτο κατὰ διάνοιαν ὡρίζετσ, διεβεβαιοῦτο, πρὸς τὰ ἐν τῇ νεκυίᾳ ἀθετούμενα. Sch. λ, 548 (item Aristonici) ἴστατο νῦν ἐπὶ ποδῶν· κέχρηται δὲ τῇ λέξει ὁ διασκευαστὴς παρὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ συνήθειαν. Schol. Pind. Ol. I, 97 (qui Didymus erit) Ὅμηρος δὲ αὐτὸν ἑτέρως ὑποτίθησι τιμωρεῖσθαι·

ἑσταότ' ἐν λίμνῃ· ἡ δὲ προσέπλαζε γενείῳ·
στεῦτο δὲ διψάων, πιέειν δ' οὐκ εἶχεν ἑλέσθαι.

καὶ τὰ ἑξῆς· πλὴν εἰ μὴ κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον νόθα εἰσὶ τὰ ἔπη ταῦτα.

Γεγωνέμεν
est „clamare" non "dicere".

Θ, 223 πρὸς τὸ γεγωνέμεν ὅτι οὐ ψιλῶς ἐστι φωνεῖν ἀλλ' ἀκουστὸν φθέγγεσθαι. Huius observationis duplex Aristarcho causa fuit, primum quod recentiores poetae simplicem dicendi notionem vocabulo subiiciunt, e. g. tragici (v. e. g. Aesch. Prom. v. 201. Philoct. 238*), deinde propter versum ρ, 161, qui spurius est et pro spurio agnitus et aliis causis et quod ἐγεγώνευν si clamare interpreteres eo loco ineptum est nec reliquae narrationi conveniens (v. o, 525**).

---

*) Sic ἴαχε simplicem dicendi notionem induit, v. Schrader ad Mus. v. 267.

**) Quod Buttmannus in scholio β' vult pro ιβ' et οὐκ delet ante ἀκαίρως hoc probamus: quod εἰσελθεῖν ἐν τῇ νηΐ interpretatur navem ascendere scholiastaeque „confusionem reliquit", improbamus. Verba πρὶν εἰσελθεῖν ἐν τῇ νηΐ mutila sunt, fortasse sic restituenda: πρὶν εἰσελθεῖν (sc. εἰς ἄστυ) οὐκ ἐν τῇ νηΐ. Scholion Δ, 208 (ut hoc moneam in transcursu) non ad hunc locum pertinet, ut Bekkero visum, sed ad Γ, 395. Legendum igitur εἴκοσι τρεῖς pro εἴκοσι.

Μῆλα

apud Homerum oves et caprae.

K, 485 ὅτι μῆλα οἱ νεώτεροι (v. Aristoph. gramm. ap. Eust. p. 877. 1648) πάντα τὰ τετράποδα, Ὅμηρος δὲ αἶγας καὶ ὄϊς. 486 ἡ διπλῆ ὅτι ἐπεξηγεῖται τίνα τὰ μῆλα.

Μῆλα

sunt etiam omnes fructus, non sola mala.

I, 452 ὅτι μῆλα πάντα τὰ ἀκρόδρυα ἔλεγον οἱ παλαιοί, οὐχ ὡς ἡμεῖς εἰδικῶς. Contra *η*, 120.

Πρόβατα.

Ξ, 121 ἡ διπλῆ ὅτι πρόβατα πάντα τὰ τετράποδα διὰ τὸ ἕτέραν βάσιν ἔχειν πρὸ τῆς ὀπισθίας, καθὼς καὶ Ἡσίοδός φησι· χαλεπὸς προβάτοις, χαλεπὸς δ' ἀνθρώποις.

Ἥρως.

Hoc epitheton non tantum principibus tribuitur, sed omnibus Achivis.

B, 119 ἥρωες Δαναοί) ὅτι πρὸς πάντας ἀποτεινόμενος τὸν λόγον ἥρωας λέγει· ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς Ἴστρον λέγοντα μόνους τοὺς βασιλεῖς ἥρωας λέγεσθαι. *Λ*, 165 ὅτι πάντας κοινῶς καὶ οὐ τοὺς ἡγεμόνας μόνους ἥρωας καλεῖ. *O*, 230 ἥρωας καλεῖ καὶ οὐ μόνον τοὺς βασιλέας ὡς Ἴστρος. *N*, 629 ἡ διπλῆ ὅτι σαφῶς πάντας τοὺς Ἕλληνας ἥρωας καλεῖ· πρὸς Ἴστρον λέγοντα μόνους τοὺς βασιλεῖς ἥρωας λέγεσθαι ὑφ' Ὁμήρου. V. Voss. Schèd. Crit. I p. 242.

Πρόμος

non regem significat, sed id quod πρόμαχος.

H, 75. 116. 436. *Ξ*, 293. *X*, 85. Hoc recte sed falsus in etymologia, cum re vera putat ex *πρόμαχος* decurtatum esse (*H*, 75 *ἡ διπλῆ ὅτι πρόμον τὸν πρόμαχον κατὰ συγκοπήν*). Quo de genere erroris infra dicetur.

Ἐρέειν

non est simpliciter „ire“ sed adiuncta notione taedii vel molestiae.

Θ, 239. *I*, 364. *Σ*, 421.

Χυτὴ γαῖα

apud Homerum certos significationis fines habet, ut non dicatur nisi de tumulo.

Δ, 464. *Ξ*, 114. *Ψ*, 256 (*ἡ διπλῆ ὅτι οὐ πᾶσα γῆ χυτή, ἀλλ' ἡ τοῖς νεκροῖς ἐπιχεομένη*). Cf. sch. Apollon. IV, 1536 *χυτὴν δὲ Ὁμηρικῶς τὴν ἐπὶ τοῖς νεκροῖς χεομένην γῆν.*

Ἀήρ

est ubi significet apud poetam caliginem.

P, 644. 649 (Voss. sched. crit. 210).

Ποιπνύειν

non est ministrare, sed operam dare.

Ξ, 155 *ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ποιπνύοντα ἐνεργοῦντά ἐστιν, οὐχ ὡς οἱ γλωσσογράφοι ποιοῦσι τὸ ποιπνύειν διακονεῖν ἐκ τοῦ „ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα“. γέ-*

γονε δὲ παρὰ τό πονῶ πονύω πνύω ποιπνύω ἀναδίπλωσις. Res vera (nisi quod fortasse melius dicetur „studiose operam dare"), etymon falsum. v. Buttm. lex. I p. 176.

Ἔλωρ

non est cibus, sed rapina.

Explicatur ἕλκυσμα (*P*, 151. *Σ*, 92) et ἕλεμα (*P*, 667). Pro cibo acceperant glossographi.

Δουπῆσαι

non de quacunque morte dicitur, sed de ea, quae fit cadendo et cum strepitu.

Π, 822 δούπησεν δὲ πεσών) ὅτι ἐκ τῶν τοιούτων ἀπεδέξαντο οἱ γλωσσογράφοι τὸ δουπῆσαι ἐν ἀνθ' ἑνὸς ἀντὶ τοῦ ἀποθανεῖν. ἀγνοοῦσι δὲ ὅτι οὐκ ἐπὶ παντὸς θανάτου τάσσει τὴν λέξιν ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐν πολέμῳ πιπτόντων διὰ τὸν παρακολουθοῦντα ψόφον ἐκ τῶν ὅπλων. *M*, 426 Ἰδομενεὺς δ' οὐ λῆγε μένος μέγα, ἵετο δ' αἰεὶ ἠέ τινα Τρώων ἐρεβεννῇ νυκτὶ καλύψαι, ἢ αὐτὸς δουπῆσαι, ἀμύνων λοιγὸν Ἀχαιῶν*)· ἢ διπλῆ ὅτι ἐκ παρεπομένου τὸ ἀπολέσθαι· οἱ γὰρ ἐν πολέμῳ πίπτοντες ψόφον ἀποτελοῦσι τοῖς ὅπλοις. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τοὺς γλωσσογράφους. οὗτοι γὰρ ἐν ἀνθ' ἑνὸς ἐδέξαντο δεδουπότος ἀντὶ τοῦ τεθνηκότος. Tendit ad *Ψ*, 679.

Εὐρύαλος δέ οἱ οἷος ἀνίστατο, ἰσόθεος φώς,
Μηκιστέος υἱός, Ταλαϊονίδαο ἄνακτος;
ὃς ποτε Θήβασδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο
ἐς τάφον —

---

*) Voss: Ob er auch selbst hinkrachte —

Totum adscribam scholion, quod habet luculentum exemplum explicationis Aristarcheae, ἡ διπλῆ ὅτι ἐπὶ τοῦ Μηκιστέως ἀκουστέον ὃς ποτε Θήβας ἦλθεν, οὐκ ἐπὶ τοῦ Εὐρυάλου, ὡς ὁ Κράτης. Hoc (nemo vero dubitabit) non tantum eo nititur, quod Cratetem neglexisse mireris, quod Oedipus non potest Troianorum heroum aequalis esse sed patrum, non Diomedis e. g. sed Tydei, sed simul consuetudine, ad quam propendere poetam Aristarchus observaverat: ὅτι πρὸς τὸ δεύτερον πρότερον ἀπαντᾷ. Tum pergit: καὶ ὅτι οἱ νεώτεροι παρὰ τὸν Ὅμηρον τὸν Οἰδίπουν φασὶν ἑαυτὸν τυφλώσαντα ποδηγούμενον εἰς Ἀθήνας ἐλθεῖν καὶ ἐκεῖ τελευτῆσαι. Sed quae antiquior fabula fuerit Homero indicata nullum exstabat testimonium. Attendit igitur, si quid ex hoc ipso loco elici posset. Primum hoc: νῦν δὲ ὁμόλογον ὅτι ἐν Θήβαις ἐτελεύτησεν. At quo leto? Diligenter observato usu vocabuli δουπῆσαι statim hunc fructum cepit, quod fato non periisse perspexit, sed bello potius. Quo tamen loco non substitit. Sed legamus primum ipsam annotationem: καὶ πρὸς τὸ δεδουπότος· οἱ γλωσσογράφοι γὰρ ἓν ἀνθ' ἑνὸς τεθνηκότος ἐξεδέξαντο· ἐκ παρεπομένου δὲ νοητέον ὅτι ἤτοι ἐν πολέμῳ τετελεύτηκε, ψοφοῦσι γὰρ οἱ πίπτοντες „δούπησεν δὲ πεσών“· ἢ κατεκρήμνισεν ἑαυτόν· καὶ γὰρ οὗτος ὁ θάνατος μετὰ ψόφου. Bello perisse, eo primum duxit Homericorum locorum comparatio. At pupugit hoc animum. Quo enim bello Oedipum cecidisse fingamus? Vocabuli etymon propriamque notionem spectantibus videbitur de omni nece adhiberi potuisse, quae fit cum strepitu. Quid si prisca fuit fabula, Oedipum flagitio et scelere patefacto cum mortem quaereret ex illa funesta rupe sese demisisse, qua immane olim monstrum tot praecipites dederat hospites, qua illo tempore deiici et ipsi fuisset optatius? Hoc belle excogitatum. Cf. Eust. ἢ ὡς ὑπερπαθήσαντος καὶ κα-

τακρημνίσαντος ἑαυτὸν ἐξ ὕψους. Attamen constanti, qui apud Homerum exemplis probatur, usui tantum tribuisse ut propensior esset ad caedem in bellica expeditione intelligendam, concludi potest ex Apollonio, qui hanc solam eius explicationem commemorat p. 286 δουπῆσαι ψοφῆσαι· ἐκ δὲ τοῦ παρακολουθοῦντας ἀποθανεῖν πεσόντα ἐν πολέμῳ· ὅθεν τοῦ δεδουπότος Οἰδιπόδαο ἀκούει Ἀρίσταρχος ἐν πολέμῳ ἀνῃρημένου. Vix putaverim aliquid excidisse.

Καμμονίη

non omnis victoria est, sed quae paratur stando et sustinendo.

Ψ, 66 ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ἀνδ' ἑνὸς καμμονίη νίκη, ὡς οἱ γλωσσογράφοι, ἀλλ' ἡ ἐκ πολλῶν (l. καταμονῆς)· διὸ ἐπὶ δρομέων οὐ τάσσει, ἀλλ' ἐπὶ τῶν πυκτευόντων καὶ μονομαχούντων (X, 259), μιά (l. μετὰ) γὰρ καταμονῆς. X, 257 ἢ διπλῆ ὅτι καμμονίη νίκη οὐ καθολικῶς, ἀλλὰ ἡ ἐκ καταμονῆς· διὸ ἐπὶ τῶν μονομαχούντων καὶ πυκτευόντων τίθησιν, ἐπὶ δὲ δρομέων οὐκέτι. Eust. X, 257 Καμμονίη δὲ οὐχ ἁπλῶς ἡ νίκη, οἷον ἡ τῶν δρομέων ἢ τῶν ἱππέων, ἀλλ' ἡ ἐκ καταμονῆς, ὡς ἡ τῶν μονομαχούντων καὶ πυκτευόντων. οὗτοι γὰρ καταμένοντες ὡς τὰ πολλὰ καὶ διακαρτεροῦντες ἀποκάμειν τοὺς ἐναντίους ποιοῦσι καὶ οὕτω νικῶσι.

Ἵππότα et *ἱππηλάτα*

falso acceptum a quibusdam pro fugitivo, cum demonstrari possit id non significari sed equitem.

Tzetz. Hes. Scut. 216 ἱππότα Περσεύς. Κατὰ τοὺς γλωσσογράφους (ins. ἐστὶν) ἱππότην ἀκούειν τὸν φυγάδα. Ariston. Ξ, 117 ἱππότα Οἰνεύς ἢ διπλῆ ὅτι ἐλέγχονται οἱ τὸν ἱππότην ἀποδιδόντες φυγάδα· ὁ γὰρ Οἰνεὺς κατέ-

μεινεν ἐπὶ τῆς πατρίδος. Id. 119 ἀλλ' ὁ μὲν αὐτόθι μεῖνε) ὅτι ὁ Οἰνεὺς κατέμεινεν ἐπὶ τῆς πατρίδος, ὁ δὲ ἱππότης ἄρα οὐ φυγάς ἀλλ' ἱππικός. Eust. p. 305 διὸ καὶ ἱππότης νῦν εἰρῆσθαι δοκεῖ καὶ αὐτὸς ἀντὶ τοῦ φυγάς. κεῖται γάρ ποτε τὸ ἱππότης ὄνομα κατὰ τοὺς γλωσσογράφους καὶ ἐπὶ τοιούτου σημαινομένου. Hesych. ἱππότα. ἱππότης, ἱππικός· οἱ δὲ νεώτεροι φυγάς οὐκ εὖ, κάλλιον γὰρ ἐπιστήμων ἱππικῆς, ἱππικώτατος. ἄλλοι (l. ἄλλως) ἱππηλάτης. Ubi νεώτεροι non sunt recentiores grammatici, quae Heinsii sententia fuit ad Hesiod. Scut. l. l., sed Homero posteriores poetae. Apoll. lex. H. p. 440 ἱππότα· οἱ μὲν νεώτεροι ἱππότην τὸν φυγάδα λέγουσι, ἱππότα Φοίνιξ (quod non est apud Homerum quanquam est ἱππηλάτα Φ. Π, 196), ὅτι φυγὰς ἀπὸ τῆς πατρίδος πρὸς Πηλέα ἦλθεν· ὁ δὲ Ὅμηρος οὐκ ἔοικεν ἐπὶ τούτου τάσσειν. ἔστιν οὖν ὁ ἱππότης ἱππικὸς κατὰ πόλεμον, ὡς Νέστωρ καὶ Οἰνεύς.

Λευγαλέος

non humidi significationem habet, quam quidam recentiores poetae male intellectis quibusdam locis Homericis ei tribuerunt, sed perniciosi.

I, 119 φρεσὶ λευγαλέῃσι πιθήσας) ἡ διπλῆ ὅτι οἱ νεώτεροι λευγαλέον τὸ δίυγρον ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως· „νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι ἐρχθέντ' ἐν μεγάλῳ ποταμῷ" (Φ, 281)· ἔστι δὲ λευγαλέον τὸ ὀλέθριον παρὰ τὸν λοιγόν. Υ, 109 λευγαλέοις ἐπέεσσιν ἀποτρεπέτω) ὅτι λευγαλέοις οὐ διύγροις, ὡς οἱ νεώτεροι, ἀλλ' ὀλεθρίοις παρὰ τὸν λοιγόν. Φ, 281 ἡ διπλῆ ὅτι ἐκ τούτου οἱ νεώτεροι ἐξεδέξαντο λευγαλέον τὸν δίυγρον· ἔστι δὲ κατὰ κοινωνίαν στοιχείων λευγαλέον ὀλέθριον, παρὰ τὸν λοιγόν. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ (β, 61) „λευγαλέοι τ' ἐσόμεσθα". Schol. V. h. l. λευγαλέῳ χαλεπῷ οὐ διύγρῳ, ὡς Ἡσίοδος. τί γὰρ ἐπὶ τοῦ „λευγαλέοι τ' ἐσόμεσθα". Qui Hesiodum

finxit fortasse. Potius qui sint illi νεώτεροι Photio credimus: λευγαλέα διάβροχος· οὕτω Σοφοκλῆς.

Γύαλα θώρηκος

non certam quandam loricae partem significat, sed ipsa loricae convexa.

BL ad *E*, 99 γύαλον δὲ τὸ περὶ τὸν ὦμον κοῖλον τοῦ θώρακος μέρος Ibidem Aristonicus ἢ διπλῆ ὅτι τὸ ὅλον κύτος τοῦ θώρακος γύαλον διὰ τὴν κοιλότητα λέγει, οὐ μέρος ὡρισμένον τοῦ θώρακος. Quod schol. BL dicit possis putare esse opinionem ab Aristarcho refutatam, temere arreptam ex eiusmodi locis qualis hic est, καὶ βάλ' ἐπαΐσσοντα, τυχὼν κατὰ δεξιὸν ὦμον, θώρηκος γύαλον, cum tamen alii loci sint eiusmodi βάλε γαστέρα μέσσην, ῥῆξε δὲ θώρηκος γύαλον, κατὰ στῆθος βάλεν ἰῷ θώρηκος γύαλον. Reliqua Aristonici testimonia sunt *E*, 189. *N*, 507. *O*, 530. *T*, 361 (κραταιγύαλος). V. Passov. et Pausan. X, 26, 2.

Ἐπίουρος

i. q. οὖρος, *custos.*

Herodian. *N*, 450 Κρήτῃ ἐπίουρος· τοῦτο τριχῶς ἀνεγνώσθη. Ζηνόδοτος γὰρ ὡς ἐπίκουρος, ἐκδεχόμενος βασιλέα καὶ φύλακα· καὶ Ἀρίσταρχος δὲ οὕτως, ἐκδεχόμενος τὸν φύλακα· μέμνηται δὲ καὶ ὁ Δίδυμος τῆς ἀποδόσεως καὶ Τρύφων (puta in libro περὶ ἀρχαίας ἀναγνώσεως). ἐκεῖνο δέ προστίθησιν ὁ Τρύφων ὅτι ὁ ἐπίουρος ὡς ἐπίσκοπος οὐ πάντως ἔχει ἐγκείμενον τὸν οὖρον τὸν φύλακα κατὰ ταύτην τὴν ἀπόδοσιν. τί γὰρ κεκώλυκε παρὰ τὸ ὁρῶ εἶναι ἐπίορον καὶ ἐπίουρον τὸν ἐπιορῶντα, ἐψιλῶσθαι δὲ διὰ τὴν ἐπένθεσιν τοῦ ν. καὶ ἡμεῖς δὲ συγκατατιθέμεθα τούτοις. εἰσὶ δὲ οἳ ἀνέστρεψαν τὴν πρόθεσιν Κρήτῃ ἔπι· ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης παρέλκειν ἡγεῖται τὴν ἐπὶ,

ὡς καὶ τὸν τόνον φυλάσσει τῆς προθέσεως, ὁμοίως τῷ βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ (γ, 423).

Bene Aristarchus attenderat ad hoc genus compositionis, cuius certissima sunt apud Homerum exempla. μετάγγελος h. e. internuntius, Ψ, 199. O, 144*). ut μετάγγελος est ὁ μετὰ τισιν ἄγγελος, sic ἐπιβουκόλος et ἐπιβώτωρ ὁ βουκόλος, ὁ βώτωρ ὢν ἐπί τινων, minime vero id, quod Nitzchsium velle video (ad Od. 120) pastoribus praefectum significat. Sic effecit Aristarchus, ut etiam ὑφηνίοχος et ὑποδμώς (Z, 19. δ, 35) recte intelligeret. Illud est ὁ ὑπό τινι ἡνίοχος, aut ὁ ὑπό τινι δμώς, ut utrumque nihil differat a simili, ὑποδμώς a δμώς non plus quam ὑποδρηστῆρες (ο, 330; cf. ὑποδρώωσι 333) a δρηστῆρες (π, 248. σ, 75. στειραι τ, 345). Aristonicus Z, 19 ὑφηνίοχος. ἡ διότι παρέλκει ἡ πρόθεσις ὡς ἐν τῷ Ποσειδάωνος ὑποδμώς. Et quis, quaeso, sit ille ἵππων ὑφηνίοχος, quam quem quisque principum in proelio secum habebat ad agendos curandosque equos, qui multis aliis locis θεράπων, ἡνίοχος, ἡνίοχος θεράπων dicitur? Cf. Φ, 104. 109. 113. 119. Λ, 341. 488. 620. M, 76 cl. 84 111. N, 386. O, 445. Et vatidicum illum et immortalem, de quo filia dicit

πωλεῖταί τις δεῦρο γέρων ἅλιος νημερτής
ἀθάνατος Πρωτεὺς Αἰγύπτιος, ὅς τε θαλάσσης
πάσης βένθεα οἶδε, Ποσειδάωνος ὑποδμώς,

num putabimus aliquem inferioris ordinis famulum significari? Nec res patitur nec sermo desiderat. λ, 489 pro βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ quidam legerunt κε πάρουρος (v. Hemsterh. ad Luc. dial. mort. XV, 1), quod non videtur commendabile esse, sed vox

*) H. l. sic scribi deberi non μετ' ἄγγ. (quamquam sic posse utat Eust.) ex hoc ipso clarum, ex altero certissimum.

ad regulam facta. Vin eandem praepositionem? ἀκοίτης παρακοίτης, ἄκοιτις παράκοιτις. Commemoravimus haec: ἐπίουρος (ν, 405. ο, 38*), πάρουρος, παρακοίτης (ις), ἐπίβουκόλος (γ, 422. υ, 235. φ, 199. χ, 267. 285. 292) ἐπιβώτωρ (ν, 222 ἀνδρὶ δέμας εἰκυῖα νέῳ, ἐπιβώτορι μήλων), μετάγγελος ὑφηνίοχος, ὑποδμώς**). Quibus proxima sunt ἐπιμάρτυρος (Η, 76. α, 273). Cf. Apollou. Rh. IV, 229 κακῶν ἐπιμάρτυρας ἔργων. ἐπιποιμένες μ, 131. Quod est ι, 270 Ζεὺς δ' ἐπιτιμήτωρ ἱκετάων τε ξείνων τε putaverim ad idem genus referendum esse, cum certe verbum ἐπιτιμᾶν Homero ignotum sit, τιμή vero vindicta familiare. Denique in censum venit ἐπίστωρ, φ, 26 φῶτ' Ἡρακλῆα, μεγάλων ἐπίστορα ἔργων. Simplex ἵστωρ est, quod ap. Homer. Σ, 501. Ψ, 486 testem significat, non quod Passov. vult, arbitrum. Proprie significat gnarum, ut hymn. in Lunam XXXII, 2 ἡδυεπεῖς κοῦραι Κρονίδεω Διός, ἵστορες ὠδῆς. Hes. Opp. 790 εἰκάδι δ' ἐν μεγάλῃ πλέῳ ἤματι ἵστορα φῶτα γείνασθαι· μάλα γάρ τε νόον πεπυκασμένος ἐστίν. Soph. El. 840 κἀγω τοῦδ' ἵστωρ, ὑπερίστωρ. Illud μεγάλων ἐπίστορα ἔργων non cum veteribus explico magnorum laborum gnarum (v. Strab. I p. 9), sed in crimine (sc. Autolyci, qui equas surripuerat, deinde Herculi vendiderat) conscium***) Hoc ἐπίστωρ pro „peritus" mutuatus est Apollon. II, 872. IV, 1559 (νηῶν, πόντου) pro „conscius" IV, 16. pro testis IV, 89. — Qu. Sm. E, 203 ἀνδρὶ πολυκμήτῳ μογερῆς ἐπίστορι θήρης. Hoc non dubitandum, quin ἐπαμύντωρ π, 263 et ex Aristarchi lectione N, 384 ἦλθ' ἐπαμύντωρ pro ἦλθεν ἀμύντωρ,

---

*) βουκολίων ἐπίουροι Cyn I, 174. βουκολίων οὖροι 374.

**) Imitatus est Matro Ath. p. 135. f. κυανόχρως δ' ἀμίας ἐπὶ τοῖς μέγα, ὅστε θαλάσσης πάσης βένθεα οἶδε, Ποσειδάωνος ὑποδμώς.

***) μέγα ἔργον scelestum facinus γ, 261.

(quod tamen Ξ, 449 et *O*, 540 ab eo aliter scriptum esse non traditum) et *ἐπαρωγός λ*, 498 recte dicerentur, etiamsi his verba composita *ἐπαμύνειν*, *ἐπαρήγειν* non subiecta essent. Cf. 235 *οὐ γὰρ ἐπὶ ψεύδεσσι πατὴρ Ζεὺς ἔσσετ' ἀρωγός**). — *Ὀπηδός* est hymn. Merc. 450. *συνοπηδός* ex Panyasi affertur, et est ap. Apoll. Rh. IV, 795. Verbum *συνοπηδεῖν* non novimus. *συνοπάων* Orph. hymn. XXX, 5.

Nihil, ut haec stringam, apud Homerum incertius quam eiusmodi substantiva rem indicantia, ut *ὑπόκυκλα* quidam maluerunt Σ, 375. Quocum male componit *ὑποπυθμένες* Mueller de cycl. ep. p. 70. Qui enim sic legebant *Λ*, 639 (legit autem Asclepiades Myrleanus Ath. 492. a.) pro adiectivo esse volebant. Sed referendum videtur huc *ἐπιμείλια* (sc. ex veterum sententia), quod Aristarchus praeoptavit I, 147 cf. 289

ἐγὼ δ' ἐπιμείλια δώσω.

Tradidit Herod. haec: *Ἀρίσταρχος ἓν μέρος λόγου ὑπέλαβεν ὡς ἐπιφέρνια. Ἀπολλόδωρος δὲ διαλύει ἐπὶ εἶτα μείλια· οὕτως δὲ καὶ Ἀλεξίων.* Illa adiecta praepositio id fere exprimit quod quodam loco dicit poeta *ἔδνα, ὅσσα φιλεῖ φίλης ἐπὶ παιδὸς ἕπεσθαι;* Referendum huc, quod quibusdam placuit *ἐπίουρα K*, 351.

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἀπέην, ὅσσον τ' ἐπίουρα πέλονται
ἡμιόνων —

quod omnino praepositionis explicationem admittere non videtur. Item *ἐπιφρίξ* de quo certe cogitarunt *H*. 63 *οἵη Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἐπὶ φρίξ* de quo sic Herodianus: *ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀναστρέφει πόντον ἔπι, οὕτως καὶ οἱ ἄλλοι· κὶ ἄμεινον· οὐδὲν γὰρ ἔσται τὸ ἐπιφρίξ, χωρὶς εἰ μὴ παρέλκῃ ἡ πρόθεσις. ὅπερ οὐ πιθανόν· οὐ γὰρ κατεπείγει.* Eust. sic, haec negligentius

*) *Ἐπαρηγών*, quod Homerus non habet, apud Apollonium est , 1039. IV, 858.

describens: ἐν δὲ τῷ ἐπιφρίξ πλεονάζει ἡ πρόθεσις· φησὶ γὰρ τὸ κοινόν· εἰ μὴ ἄρα κατ' ἀναστροφὴν ἀναγνῷ τὸ χεύατο πόντον ἔπι φρίξ. Sed ἐπιμῆνις Aristarchus E, 178 ἱρῶν μηνίσας· χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἐπιμῆνις.

Quo loco Herodianus: Ἀρίσταρχος παρολκὴν οἴεται τὸ ἐπί ὁμοίως τῷ ἐπισμυγερῶς (γ, 195) καὶ βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνήρ. ὅταν δὲ παρέλκῃ ἡ πρόθεσις οὐ ποιεῖται ἐξαλλαγὴν τόνου. εἰσὶ δὲ οἳ ἀνέγνωσαν ὁμοίως τῷ ἐπεὶ οὔ τοι ἔπι δέος (A, 515), ἵνα τὸ ἔπεστι σημαίνηται. ἄλλοι δὲ ἐπίμηνις, ἓν μέρος λόγου ποιοῦντες, ἄμεινον δὲ τῷ Ἀριστάρχῳ συγκατατίθεσθαι. Eustathius (p. 535 extr.) ἔστι δὲ πλεονασμὸς ἐνταῦθα τῆς ἐπὶ προθέσεως, ὡς καὶ ἐν τῷ βοῶν ἐπιβουκόλος ἀνὴρ καὶ ἐπίουρος. Id. p. 1000, 40 τὸ δὲ μετάγγελος περιττὴν καὶ αὐτὸ ἔχει πρόθεσιν, καθὰ καὶ τὸ ἐπίουρος καὶ τὸ χαλεπὴ δὲ θεοῦ ἐπιμῆνις καὶ ἐπιβουκόλος ἀνὴρ καὶ τίς ἂν καταθνητῶν ἀνθρώπων καὶ ἀνδρῶν κατατεθνηώτων. Ad eandem normam Aristarchum iudicavisse putem illud ἐπίηρα φέρων (v. sch. A 572. Apollon. lex. H. 344) quod si falsum est, certe atroces poenas luit Buttmanno (lex. I, 153. 155). Denique ξ, 533 *Βορέω ὑπ' ἰωγῇ*. Sic Aristarchus (v. Apoll. l. H. 448), alii ὑπιωγῇ nisi fallit Schol. ε, 404 ἐπιωγῇ ε, 404. Explicuit hoc Aristarchus per ὑποσκέπῃ. Non praetermittendum περίκυκλος adiectivum plerumque, pro substantivo enotatum ex Gregor. Nazianzeno a Wernickio ad Tryph. p. 85 x)

φασὶ ταὼ μεγάλαυχον, ἐπὴν περίκυκλον ἐγείρῃ — .

Vix voluit aliter. Memineris, quod quidam apud Homerum volebant, ὑπόκυκλα. Cognoscenda erat veterum opinio haud dubie ultra veritatem et necessitatem progressa. Attulimus per saturam quorum digerendi nec materia est nec locus.

x) Cf. Lobeckium, I, 143.

Ἀνάγειν, ἀνάπλους
amat dicere Homerus de Graecorum navigatione ad Troiam.

Facta haec observatio propter *N*, 627 *μὰψ οἴχεσθ' ἀνάγοντες, ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει μάψ οἴχεσθον ἄγοντες, καὶ τὸ δυικὸν συγχεῖται ἐπὶ πολλῶν τασσόμενον· καὶ ἠγνόηκεν ὅτι ἀναγωγὴν καλεῖ τὸν ἐκ Πελοποννήσου ἐς Τροίαν πλοῦν.* De *ἀνάπλους Λ*, 22*). Item *ἀναβαίνειν*. Cf. Voelker geogr. Hom. p. 104.

Βαθύκολπος
Homerus tantum mulieres barbaras nominat non Graecas.

Hanc ob causam reiecta Zenodoti lectio *B*, 484 *ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες βαθύκολποι* pro *Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι.* — *Σ*, 339 *ἀμφί δέ σε Τρωαὶ καὶ Δαρδανίδες βαθύκολποι κλαύσονται*) *οὐδέποτε τας Ἑλληνίδας βαθυκόλπους φησί. πῶς οὖν Ζηνόδοτος γράφει „ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες βαθύκολποι“. Ω*, 215 *Τρωϊάδων βαθυκόλπων*) *ἡ διπλῆ πρὸς τοὺς γράφοντας „ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι Ὀλ. β.“, ὅτι ἐπὶ βαρβάρων τὸ ἐπίθετον τίθησιν.* Subtilis observatio, quamquam fortasse ad rem expediendam non satis firma: nam praeter hos duos locos et praeterea unum (*Σ*, 122 *καί τινα Τρωϊάδων καὶ Δαρδανίδων βαθυκόλπων*) sane non reperitur in Homericis. Sed iam in hymnis promiscue haberi nihil valet contra Aristarchum. Ven. 258 *Νύμφαι μιν θρέψουσιν ὀρεσκῷοι βαθύκολποι.*

Γυῖα
manus et pedes.

Unde pro spurio agnitus versus *Ω*, 514. *Αὐτὰρ*

---

*) Inepta loquitur schol. V. ad N, 367.

ἐπεί ῥα γόοιο τετάρπετο δῖος Ἀχιλλεύς καὶ οἱ ἀπὸ πραπίδων ἠλθ' ἵμερος ἠδ' ἀπὸ γυίων, ἀθετεῖται. προείρηται γὰρ ἱκανῶς διὰ τοῦ αὐτὰρ ἐπεί ῥα γόοιο. καὶ ἀκύρως τέθειται τὸ γυίων. οὐ γὰρ οὕτω λέγει πάντα τὰ μέλη, ἀλλὰ μόνον τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας. Mihi haec verissima videntur.

Κερτομεῖν

Homero est aliquem laedere verbis, non facto,

Hinc versus *Π*, 261 obelo notatus, simul aliis argumentis suspectus visus, quae scholiasta profert. Huc pertinent haec: ἀθετεῖται. τὸ κερτομεῖν οὐ τίθησιν ἐπὶ τοῦ δι' ἔργων ἐρεθίζειν, ἀλλὰ διὰ λόγων. — Contrarius usus est hymn. Merc. 338.

Κοιμᾶσθαι

non ubique dormire, sed cubitum ire.

Η, 482 κοιμήσαντ' ἄρ' ἔπειτα καὶ ὕπνου δῶρον ἔλοντο· ὅτι διέστειλε τὸ κοιμηθῆναι καὶ τὸ ὑπνῶσαι. τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ (υ, 4) Εὐρυνόμη δ' ἄρ' ἐπὶ χλαῖναν βάλε κοιμηθέντι. ἔνθ' Ὀδυσεύς, μνησιῆρσι κακὰ φρονέων ἐνὶ θυμῷ, κεῖτ' ἐγρηγορόων. Quae fortasse non tantum grammaticorum dubitatio, sed enstaticorum captiuncula fuit.

Ἀντί — εἶναι

pari loco esse.

Φ, 75 (cf. I, 116) ἀντί τοί εἰμ' ἱκέταο. ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ ἴσος ἱκέτῃ εἰμί, „ἀντί κασιγνήτου ξεῖνος" (*Θ*, 546) ἀντὶ τοῦ ἴσος κασιγνήτου. Hinc recte intellexit ἀντιάνειρα. Apollon. lex. H. p. 152. Et M. p. 111, 35 τὰς δὲ ἀντιανείρας Ἀμαζόνας ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἰσάν-

ὄρους, ἔνιοι δὲ τὰς ἀντιαζούσας οἷον ἐναντιουμένας ἀνδράσι. Recte etiam huius significationis memor Θ, 233 non ἄντα intellexit cum aliis (v. Apollon. p. 151 *) sed ἀντί „ἠγοράασθε — Τρώων ἀνδ' ἑκατόν τε διηκοσίων τε ἕκαστοι στήσεσθ' ἐν πολέμῳ, νῦν δ' οὐδ' ἑνὸς ἄξιοί εἰμεν".

Ἑάων

ἀγαθῶν, item υἱος ἑηῶς, quod nesciens Zenodotus scripsit ἑοῖο O, 138. Ω, 528.

Ἔθειραι.

Schol. Theocr. I, 34 ἔθειρα ἡ τῆς κεφαλῆς θρίξ. Ὅθεν Ἀριστοτέλης (l. — σταρχος) ἐν Ὁμήρῳ ἔγραψεν κυανέαι δ' ἐγένοντο γενειάδες ἀμφὶ γένειον, οὐκ ἐθειράδες (π, 176). Ad X, 314 in cod. V. ἔθειραι, νῦν καταχρηστικῶς αἱ χαῖται τῆς κόρυθος. Hoc etiam est ab Aristarcho.

Προπάροιθε

in Iliade etiam invenitur de tempore, non tantum in Odyssea, ut chorizontes volunt.

K, 476. Λ, 734. X, 197.

Βασιλεῖς.

Υ, 84 βασιλεῖς καὶ τοὺς κατὰ μέρος ἄρχοντας λέγει „δώδεκα γὰρ βασιλῆες ἀριπρεπέες κατὰ δῆμον" (Θ, 390).

---

*) Verba ὡς καὶ ἡμεῖς — στίχον (δέ del.) ponenda videntur post ἀντιθέῳ Ὀδυσῆϊ. Nisi maior corruptela subest.

Γέροντες.

B, 21 γερόντων τῶν ἐντίμων, ἐν οἷς καὶ Διομήδης καὶ Αἴαντες.

Ἑταῖρος

i. q. συνεργός.

N, 456 ἑταρίσσαιτο ὅτι ἀντὶ τοῦ συνεργὸν λάβοι. πρὸς τὸ „ἴκμενον οὖρον ἴει πλησίστιον ἐσθλὸν ἑταῖρον" (λ, 7. μ, 149). *K*, 242 ὅτι ἕταρον νῦν οὐ φίλον ἀλλὰ συνεργὸν λέγει· ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὸ ἑταρίσσαιτο ἀντὶ τοῦ συνεργὸν λάβοι.

Σπεύδειν

crebro significat operam dare, ad laborem paratum esse.

Item σπουδῇ i. q. μόγις.

Δ, 232 ἡ δ. ὅτι τὸ σπεύδοντας οὐχ οἷον ταχύνοντας ἀλλ' ἐνεργοῦντας καὶ κακοπαθοῦντας. σπουδῇ δ' ἕζετο λαός (*B*, 99) μετὰ πάσης κακοπαθείας. *Θ*, 293 σπεύδοντα ἀντὶ τοῦ προθύμως ἐνεργοῦντα. *N*, 236 (ABL) ἡ δ. ὅτι τὸ σπεύδειν οὐκ ἔστιν ἐπὶ τοῦ ταχύνειν ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ἐνεργεῖν μετὰ κακοπαθείας καὶ ταλαιπωρίας. *Σ*, 373 ὅτι τὸ σπεύδοντα ἐνεργοῦντα. (Frequentissime apud Homerum: pugnae intentum esse. Quod tenendum *E*, 667). — *B*, 99 ὅτι σπουδῇ λέγει οὐχ οἷον ἐν τάχει, ἀλλὰ μόγις καὶ δυσχερῶς, ὡς τὸ ὣς ἄρ' ἄνευ σπουδῆς τάνυσεν μέγα τόξον Ὀδυσσεύς. Idem notatum *Θ*, 512. *Λ*, 562. *N*, 687. *Ψ*, 37. De ἀσπουδί *O*, 476. *X*, 307. Semel σπουδῇ significat celeriter, o, 209 (v. Schol. BL ad *B*, 99).

Δειλός

plerumque miserum significat.

Ψ, 64 ὅτι τὸ δειλοῖο δειλαίου. *X*, 31 ὅτι δειλοῖσιν

ἀντὶ τοῦ δειλαίοις. Item *P*, 397. (Re vera semel tantum ignavum significat. Rectissime de hac voce egit Passovius).

Κρείσσων.

Π, 688 ὅτι τὸ κρεῖσσον ἐπὶ τοῦ κατὰ δύναμιν τίθησιν ὁ ποιητής. (Potestate vel viribus melior). Uno loco invenio aliter dictum esse, ζ, 182.

Κέρδιστος, κερδαλέος
callidus.

Z, 153 Σίσυφος ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν) ἡ διπλῆ ὅτι τὸν συνετὸν καὶ κερδαλέον κέρδιστον λέγει, οἱ δὲ νεώτεροι τὸν φιλοκερδῆ ἐξεδέξαντο. *K*, 44 βουλῆς κερδαλέης) ἡ διπλῆ πρὸς τὸ „ἐνθάδε Σίσυφος ἔσκεν ὃ κέρδιστος" Cf. Apollon. lex. s. κερδαλεόφρων.

Ὕπαιθα.

Memorabile hoc aliter Aristarchum intelligere quam nos solemus, etiam contra id, quo etymologia ducere videtur. *Φ*, 255 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ὕπαιθα εἰς τοὔμπροσθεν σημαίνει. *X*, 141 (ὑπ. φοβεῖται) ἡ διπλῆ ὅτι καὶ νῦν σαφῶς ἀντὶ τοῦ ἔμπροσθεν φεύγει.

Πρυλέες

ei sunt pedites; *M*, 77. *Λ*, 49. *E*, 744. et profecto locos Homericos inspicienti nihil speciosius. Hodie Hermannus aliam explicationem tentavit, op. IV, 288.

Κωφός.

Λ, 390 *κωφὸν βέλος*) ἡ διπλῆ ὅτι κατὰ μεταφοραν ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν ἀκοὴν ἐπὶ τὸ κατὰ τὴν ἁφὴν κωφὸν ἀναίσθητον. *Ξ*, 15 *κύματι κωφῷ* ὅτι κωφῷ λέγει τῷ ἀφρώνῳ καὶ μηδέπω καχλάζοντι καὶ ἀποτελοῦντι ἠχήν· μηδέπω γὰρ ἀνέμου εὐκρινοῦς ὄντος τὸ κῦμα ἠρεμεῖ. Hoc nunc etiam sic explicatur, sed non accurate. *κωφὸν κῦμα* non muta est unda, sed rauco sono murmurans, quod unum illo loco quadrat. Nec *Ω*, 54 terra tunsa muta est sed raucum edit sonum. Quod Orpheus dixit de mari tranquillo loquens (Arg. 1101) *κωφὰ δὲ πόντος κεῖτ'*, id alienum ab Homero*).

Μέλλω

c. *infin. nunquam significationem temporis apud poetam habet.*

Κ, 326 *τόφρα γὰρ ἐς στρατὸν εἶμι διαμπερές, ὄφρ' ἂν ἵκωμαι νῆ' Ἀγαμεμνονίην, ὅθι που μέλλουσιν ἄριστοι βουλὰς βουλεύειν*) μέλλουσιν ἀντὶ τοῦ ἐοίκασι· καὶ οὕτως ἀεὶ κέχρηται τῇ λέξει. *Λ*, 817 *ὣς ἄρ' ἐμέλλετε τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης ἄσειν ἐν Τροίῃ ταχέας κύνας*) ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ εἰκὸς ἦν, ὡς ὑποκείμενον ἦν**) ὑμῖν τὸ παθεῖν. *Π*, 46 *ὣς φάτο λισσόμενος μέγα νήπιος· ἦ γὰρ ἔμελλεν οἱ αὐτῷ θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα λιτέ-*

---

*) *Κωφός*, quod onomatopoeticum est, ab initio dictum de rebus non clangore sed murmure aures ferientibus. Hinc *κῦμα κωφόν*, sim. Hinc ipsae aures sic dictae, h. e. in quibus pro claro et expresso sono murmur est, uti Caecus a rebus ad oculos translatum. Item recte sic dicti muti, proprie mussitantes. Tum translatum ab auribus et dicta *κωφὰ* etiam quae alios sensus non sua vi tangunt, ut *κωφὰ βέλη*.

**) Hinc emenda Zonaram p. 707 *ἔμελλεν ἐφαίνετο, ἀπέκειτο, ἔφκει παρ' Ὁμήρῳ*. L. *ὑπέκειτο*.

σθαι) ἡ διπλῆ ὅτι καὶ νῦν τὸ ἔμελλε σαφῶς οὐκ ἐπὶ χρόνου· οὐ γὰρ ἔμελλε λιτανεύσειν, ἀλλ' ἐλιτάνευσεν. ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ ἐφίκει. Reliqua Aristonici testimonia sunt *A*, 564. *B*, 36. 116. *Δ*, 54. *M*, 34. *N*, 226. 777. *Ξ*, 125. *O*, 601. *Φ*, 83. *X*, 356. *Ψ*, 544. *Ω*, 46. 86. (qui tamen locus miserrime corruptus est). Ad interpretandum ubique adhibet ἔοικε, quod id significari vult, quod vel fato vel rerum conditione fieri consentaneum est. Haec observatio de usu Homerico voc. μέλλω pervulgata in veterum litteris. Apud Eustathium saepius recurrit; item habent lexicographi, v. maxime Suid. s. μέλλω, ἔμελλε. Et schol. Od. α, 232. δ, 274. ζ, 165 *). Idem sentire Nitzschium, patet ex annotatione ad Od. α, 232. Quo magis diffido iudicio meo. Equidem cum cogito nullum esse scriptorem quin expressa temporis significatio in hac locutione longe longeque quam reliquae significationes rarior sit et cum cogito hos locos, qui leguntur *Z*, 515. *K*, 454, χ, 9, rem haud praestiterim.

Ζῶμα, ζωστήρ
non idem est, ut quidam putant.

K, 77 ἡ διπλῆ ὅτι δοκοῦσί τινες ταὐτὸν εἶναι ζῶμα καὶ ζωστῆρα· οὐκ ἔστι δέ· ἀλλὰ ζῶμα καλεῖ τὸ συναπτόμενον τῇ μίτρᾳ (haec duo vocabula τῇ μίτρᾳ delenda) ὑπὸ τὸν στατὸν θώρακα, τὸ δὲ ἔξωθεν συνδέον πάντα ζωστῆρα. Scilicet loricae aeneae intra *) affixum est

---

*) Memor rei Planudes dial. gramm. ap. Bachm. anecd. T. II. p. 84. — Apollon. lex. H. p. 538 μέλλετε ἔοίκατε, καὶ καθόλου τὸ μέλλειν ἐπὶ τοῦ ἐοικέναι τὸν ποιητὴν τιθέναι. Villoisonus explet: φαίνεται. Ego fuisse putaverim: ὁ Ἀρίσταρχος σεσημείωται.

*) Sic, ut videtur, Aristarchus. Alii extra affixum dicunt (v.

cingulum item aeneum quod a ventre ad genua pertinet. Hoc cingulum ζῶμα est. Ea parte, qua hoc cingulum loricam tangit, duplex aes vel duplex lorica est, διπλοῦς θώρηξ. Denique quod illud cingulum, quod Homero est ζῶμα, pars loricae est, utitur etiam vocabulo ζῶμα pro lorica. — Vinculum quod extra inicitur ad continendam adstringendamque loricam, est ζωστήρ. Quae etiam ζώνη dicitur*). Haec omnia quantum equidem intelligo verissima sunt. Testimonia habemus haec.

Δ, 133 αὐτὴ δ' αὖτ' ἴθυνεν ὅθι ζωστῆρος ὀχῆες χρύσειοι καὶ διπλόος ἦντετο θώρηξ) ἡ διπλῆ ὅτι καθ' ὃν τόπον ἐζώννυντο διπλοῦς ἦν ὁ θώραξ, καθὸ ὑποβέβλητο τῷ στατῷ θώρακι τὸ λεγόμενον ζῶμα, καθῆκον μέχρι τῶν γονάτων ἀπὸ τῶν λαγόνων. *Υ*, 415 ubi iidem versus ἡ διπλῆ ὅτι κατὰ τὴν τοῦ ζώματος ἐπιβολὴν πρὸς τὸν στατὸν θώρακα καὶ (del.) διπλοῦς ἦν ὁ θώραξ.

Δ, 187 εἰρύσατο ζωστήρ τε παναίολος ἠδ' ὑπένερθεν ζῶμά τε καὶ μίτρη —) ἡ διπλῆ ὅτι τοῦ ζώματος μνησθεὶς παραλέλοιπε τὸν θώρακα ὥστε ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον δεδηλῶσθαι. (Reliqua pars scholii et corrupta et supposititia est). Ibid. 216 ἡ διπλῆ ὅτι πάλιν τοῦ ζώματος μνησθεὶς τὸν θώρακα παραλέλοιπεν. Apollon. lex. p. 382. (Et. M. 414) ζῶμα ὁ ἐπάνω τοῦ θώρακος ᾧ χρῶνται**)· λῦσε δέ οἱ ζωστῆρα παναίολον ἠδ' ὑπένερθε ζῶμά τε καὶ μίτρην (*Δ*, 215). ζῶμα δὲ καὶ αὐτὸς ὁ θώραξ κατ' Ἀρίσταρχον· ἀντιγράφων (l. ἀντιφράζων) γοῦν φησι

Apollon l. H. s. ζῶμα p. 382, item Hes. ζῶμα, ᾧ ἐπάνω τοῦ θώρακος ἐχρῶντο. Nihil interest.

*) Reliquae etiam vestes quo vinculo corpori adaptantur dicitur ζωστήρ et ζώνη. Sed mulierum semper ζώνη, Eumaei ζωστήρ.

**) Haec corupta; de ἐπάνω v. supra notam.

διὰ μὲν ἄρ ζωστῆρος ἐλήλατο δαιδαλέοιο καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου μίτρης θ' — (Δ, 135*).

Λ, 234 Ἰφιδάμας δὲ κατὰ ζώνην θώρηκος ἔνερθεν Νύξ'. ἐπὶ δ' αὐτὸς ἔρεισε βαρείῃ χειρὶ πιθήσας· οὐδ' ἔτορε ζωστῆρα παναίολον —). Patet ex hoc loco ζωστῆρα et ζώνην idem esse. Cavendum erat ne quis κατὰ ζώνην θώρηκος ἔνερθε pro eo acciperet quod est ζῶμα. Quare monitum θώρηκος ἔνερθεν nec significare „intra loricam", nec „infra loricm" sed „inferiore parte loricae" (unten am Panzer). Hoc sibi vult schol. ABL ad Λ, 234, κατὰ ζώνην θώρακος ἔνερθεν· ἡ διπλῆ ὅτι οὐ λέγει διὰ τοῦ θώρακος ἔνερθεν ἐν τὸς θώρακος, ἀλλὰ κατὰ ζώνην θώρακοστὴν θώρακα ζώνην λεγομένην**). τὸ δὲ ἔνερθεν εἰς τὸ κάτω μέρος. ὡς ὅταν λέγῃ „νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην ἀγκῶνος ἔνερθεν (252) οὐχ ὑποκάτω τοῦ ἀγκῶνος ἀλλὰ κατὰ τὸ ἔνερθε μέρος τοῦ ἀγκῶνος. ὁ δὲ λόγος οὗτος τῆς θωρακοζώνης εἰς τὸ κάτω μέρος ἔνυξε. Cf. 252 νύξε δέ μιν κατὰ χεῖρα μέσην ἀγκῶνος ἔνερθεν) ἡ διπλῆ ὅτι οὐ λέγει ὑποκάτω τοῦ ἀγκῶνος, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἔνερθε μέρος τοῦ ἀγκῶνος (unten am Elbogen, non unterhalb des Elb.)· καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω „Ἰφιδάμας δὲ κατὰ ζώνην θώρηκος ἔνερθεν". Video hoc fortasse non recte factum esse, quod ζώνην θώρηκος coniunxit: quod certe non necessarium. Et hanc culpam, si qua est, Aristonici esse non Aristarchi inde putaverim quod ad comparationem adscitum erat ἀγκῶνος ἔνερθεν.

Addam hoc loco annotationem de mitra, quae ser-

---

*) Cingulum Hyppolytae, quo scutum gestatnr, ζωστήρ Quint. ε', 243. Hoc Homero est τελαμών. Item Herculis, quod ab Homero λ, 610 ἀορτὴρ τελαμών dicitur, Quinto est ζωστήρ I, 180.

**) H. e. qui Homero est ζωστήρ.

vata est ad *E*, 857 *νείατον ἐς κενεῶνα ὅθι ζωννύσκετο μίτρῃ*) *ἡ διπλῆ ὅτι κατὰ τὰ κοῖλα μέρη ἐζωννύοντο τὴν μίτραν. καὶ ἔστι διδασκαλικὸς ὁ τόπος**) (Cf. Et. M. 589, 9).

Ψάμαθος et *ἄμαθος*

distinguuntur. Illud significat arenam ad littus, hoc in campo.

I, 384 *οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε*) *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν διαφορὰν τῆς ψαμάθου καὶ ἀμάθου, ὅτι ἡ περιθαλάσσιος ψάμαθος, κόνις δὲ ἡ πεδιάς ἄμμος* (l. *ἄμαθος*). *καὶ οὐδεὶς τὸ αὐτὸ λέγει.* (Haec ultima, corrupta, ut patet, sic lēgerim: *καὶ οὐδαμοῦ τὸ ἄμμος λέγει*). I, 593 *ἄνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει*) *ὅτι ἄμαθον ποιεῖ· οὕτως δὲ λέγει τὴν πεδιάσιμον κόνιν· ὁ δὲ Αἰσχύλος ἐπὶ τοῦ διαφθείρειν ψιλῶς τέταχε, περὶ τοῦ Ἀχαιώνος λέγων „κύνες διημάθυνον ἄνδρα δεσπότην“.* Ad *E*, 587 *ἔκπεσε δίφρου κύμβαχος ἐν κονίῃσιν, ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους. δηθὰ μάλ' ἐστήκει — τύχε γάρ ῥ' ἀμάθοιο βαθείης* — nunc Aristonici scholion, quod haud dubie fuit, amissum est. Sed Eust. hoc ipso loco (p. 584) *ἐνταῦθα δὲ ὅρα καὶ ὡς οὐ ταὐτὸν ψάμαθον εἰπεῖν καὶ ἄμαθον, ἀλλὰ ψάμαθος μέν ἐστιν ἡ καὶ ψάμμος* (*μ*, 243), *ἄμαθος δὲ κόνεώς τι φαίνεται εἶδος.* Caeterum bis *ψάμαθος* de arena fluviali dicitur *Φ*, 202. 319. Quod non putabis vel negasse vel ignotum fuisse Aristarcho; illic satis fuit ad differentiam ab *ἄμαθος* explicandum vocabuli *ψάμαθος* significationem usitatissimam ponere, cui haec altera de fluviali arena finitima est.

---

*) „Locus classicus.“

Ὄχθη. Κρημνός.

Φ, 200 *ἡ διπλῆ ὅτι ἀντιπέφρακε τῇ ὄχθῃ τὸν κρημνόν.* 172 *ἡ διπλῆ ὅτι ἣν νῦν ὄχθην εἴρηκεν ἐξῆς κρημνόν· „οὐ δύνατ' ἐκ κρημνοῖο".* *πάντα γὰρ τὰ ὑψηλὰ ὄχθαι λέγονται.*

Πύλαι et *θύραι*

distinguuntur. Illae sunt moenium, hae domorum.

Il. X, 69 nunc legimus *οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι τραπεζῆας πυλαωρούς.* Sed alia lectio, Aristarcho optata, erat *θυραωρούς.* Schol. A. *πυλαωρούς.* *Ἀρίσταρχος θυραωρούς, θυροφύλακας* Schol. B *Ἡρωδιανὸς θυραωρούς γράφει· πύλας γὰρ ἐπὶ πόλεών φησι· πάλαι δὲ ἔθος τηρεῖσθαι κυσὶ τοὺς πυλῶνας, ἵνα βαΰζοντες δηλοῖεν τοῖς ἔνδον τοὺς ξένους.* Quod pulcrum inventum negligenti auctori nescio cui relinquimus, qui ne Homerum quidem inspexerat dicentem: *οὓς τρέφον ἐν μεγάροισι τραπεζῆας.* Eustath ib. (1257, 30) *τὸ δὲ πυλαωρούς θυραωροὺς οἱ πλείονες γράφουσι, λέγοντες θύρας μὲν ἐπὶ οἴκου, πύλας δὲ ἐπὶ πόλεως λέγεσθαι.* Aristarchus sic potius dixerit: *πύλαι ἐπὶ τείχους, θύραι ἐπὶ οἰκίας* (Thom. M.). Nam porta muri ad defendenda graecorum castra exstructi *πύλαι* dicitur. Illa vera porta qualis fuerit Aristarcho diligenter quaesitum. Alteram eius observationem offendimus item egregiam nunquam aliter Homerum vocabulo *πύλαι* uti quam plurali numero, etiamsi unam portam designet, ut *Σκαιαὶ πύλαι* (I, 354. M, 120. 291). Hac observatione de vera lectione iudicatum I, 383, quem locum apud Wolfium quoque sic legimus:

αἵτ' ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ' ἀν' ἑκάστην
ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι —

Aristonicus haec: *ἀν' ἑκάστας· ἡ διπλῆ ὅτι ἀν' ἑκάστας*

πληθυντικῶς τὰς πύλας ὡς εἶναι ἑκατὸν τάγματα. οὕτως δὲ ἀν' ἑκάστας δεῖ γράφειν. οὐδέποτε γὰρ ἑνικῶς Ὅμηρος πύλην φησίν, ἀλλὰ πύλας*) Eadem observatione dubitationes sustulit de muro Graecorum. Multi enim plurali decepti (e. g. H, 438 ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὖ ἀραρυίας**) plures in eo constitutas fuisse portas putarunt, quod aliis locis aliter suadentibus laqueis se irretitos sentiebant. Loci unde de una porta constaret notati Aristarcho, v. M, 118. 470. N, 124. Fallacium locorum tenebrae egregiis observationibus discussae, primum ea, quam tractavimus, de plurali πύλαι, tum altera nunc proponenda. Omnium maxime fallax hoc, M, 340

βαλλομένων σακέων τε καὶ ἱπποκόμων τρυφαλειῶν
καὶ πυλέων· πᾶσαι γὰρ ἐπύχατο.

quo loco expressam plurium portarum mentionem sibi reperire videbantur. Sed Aristarchus nec hoc turbatus. Advertit enim saepissime apud Homerum πᾶς dici pro ὅλος. Ad istum locum: ὅτι πάσας ἀντὶ τοῦ ὅλας, οὐ γὰρ ἦσαν πολλαὶ πύλαι ἀλλὰ μία. Πᾶς pro ὅλος dictum esse, observatum ad Λ, 64. N, 191. 408. 548. Π, 333. 801. X, 286. Φ, 345. Ψ, 135***).

---

*) Quint. Sm., ut hoc utar, Σκαιὰ πύλη IA, 338. De plurali θύραι haec servata: I, 473 ὅτι πληθυντικῶς θύρας ἀντὶ τοῦ θύραν. Ξ, 167 ἡ διπλῆ ὅτι πληθυντικῶς τὴν θύραν θύρας. Ergo observaverat Aristarchus, quod res est, crebro θύραι dici pro singulari. Singularis est in Odyssea et in Iliade ultima.

**) Quosdam etiam M, 175—182 decepit ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσι. Hi versus multis firmissimis argumentis spurii obelo notati fuerant iam ante Aristarchum ab Aristophane, a Zenodoto ne scripti quidem, et nunc uncinis inclusi. Cf. schol. ad h. l. et ad O, 414.

***) Arat. 200 ὦμοι καὶ πόδες ἀκρότατοι καὶ ζώματα πάντα. 697 αὐχενίην κατάγει σπείρην καὶ πάντα μέτωπα. 669 γυιά τε καὶ ζώνη καὶ στήθεα πάντα καὶ ὦμοι.

Hinc alia simul difficultas (quam mirum ni quaestionum professores excitassent) facile expedita. De Troianis adversus Graecos urbe egredientibus bis dictum (*B*, 809. *Θ*, 58).

πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι, ἐκ δ' ἔσσυτο λαός.

Cur vero omnes? Quidni illa sola, quae Graecorum castris adversa erat? *N*, 408 *ἡ διπλῆ ὅτι τὸ πᾶς ἀντὶ τοῦ ὅλος. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὸ „πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι“. Ψ*, 135 *ἡ διπλῆ ὅτι πάντα τὸ ὅλον, πρὸς τὸ πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι.* — Quam omnia minima subtilissimus grammaticus attenderit, hac etiam observatione probatur, quae ad easdem illas portas pertinet. *M*, 121 est: *εὖρ' ἐπικεκλιμένας σανίδας καὶ μακρὸν ὀχῆα.* Item *μακρὸν ὀχῆα* 291. Notatum ad priorem locum: *ἡ διπλῆ ὅτι ἐνικῶς εἴρηκεν ὀχῆα, δύο δὲ εἰσιν, δοιοὶ δ' ἔντοσθεν ὀχῆες εἶχον ἐπημοιβοί* (*M*, 456). Ad alterum: *ὅτι τὸν μόχλον ἕνα, διὰ τῶν ἑξῆς δύο παραδιδούς.* Denique ad tertium, unde de figura duplicis pessuli patet: *ἡ διπλῆ ὅτι δύο φησὶ μοχλοὺς εἶναι ἐπὶ τῆς πύλης, ἐξ ἑκατέρας φλιᾶς ἕνα, ἐπαλλασσομένους κατὰ μέσον καὶ ἐπὶ τοῖς ἄκροις ἐπικλειομένους διὰ τὴν συμβολὴν μιᾷ κλειδί.*

Βρότος. Αἷμα.

Ξ, 7 *ἡ διπλῆ ὅτι οὐ πᾶν αἷμα βρότος, ἀλλὰ τὸ ἀπὸ βροτοῦ πεφονευμένου.*

Ψύχειν. Τέρσεσθαι.

Λ, 621 *ἡ διπλῆ ὅτι ψύχειν μὲν λέγει πρὸς ἄνεμον, τέρσεσθαι δὲ ἐν ἡλίῳ „εἵματα δ' ἠελίοιο μένον τερσήμεναι αὐγῇ“* (*ζ*, 98).

Διώκειν et *Ἐπιδραμεῖν*
distinguuntur. Illud (quando de persequentibus dicitur) est persequi scientem, hoc imprudentem.

Puto subtiliter intellexisse, *K*, 354 (eo enim haec spectant) ad subitaneam persecutionem indicandam voc. *ἐπιδραμεῖν* valere, quae paucis versibus post (359) iam locum non habet. *K*, 354 *ἡ διπλῆ ὅτι τὸ μὲν ἐπιδραμεῖν τίθησιν, ὅτε οὐ γινώσκει ὁ διωκόμενος, ὅτε δὲ γινώσκει, διώκειν καὶ διῶξαι.* Et 359 *ἡ διπλῆ ὅτι νῦν ὀρθῶς διώκειν λέγει, ὅτε φεύγει ἐπιγνοὺς αὐτοὺς πολεμίους ὄντας.*

Δεῖπνον, δόρπον (et *ἄριστον*)
apud Homerum distinguuntur.

Ω, 124 *ἡ διπλῆ ὅτι ἅπαξ νῦν ἐν Ἰλιάδι καὶ ἅπαξ ἐν Ὀδυσσείᾳ* (*π*, 2) *τὸ ἄριστον· ἔστι δὲ τὸ πρώϊνον ἔμβρωμα· τρὶς γὰρ τροφὰς ἐλάμβανον οἱ ἥρωες. P*, 560 *ἡ διπλῆ ὅτι δεῖπνον τὸ ὑφ' ἡμῶν ἄριστον. K*, 578 *ἡ διπλῆ ὅτι ἐπὶ πάντων τοῦτο νοητέον, οὐκ ἐπὶ μόνου Διομήδους καὶ Ὀδυσσέως· καὶ ὅτι ἠριστοποιοῦντο* (h. e. ex sensu Homerico). *ἡ γὰρ πρωϊνὴ ἐπέστη.*

Λ, 86 *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει δόρπον· οὐ λέγει δὲ δεῖπνον τὴν ἑσπερινὴν τροφὴν νῦν, ἀλλὰ δεῖπνον καλεῖ ὃ ἡμεῖς ἄριστον, καθ' ἣν ὥραν καὶ ὁ δρυτόμος ἀριστοποιεῖται.*

Λ, 730 *ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει δεῖπνον· δόρπον δὲ λέγει τὴν ἑσπερινὴν τροφήν· εὐθέως γὰρ κατακοιμῶνται.*

Haec sunt Aristonici testimonia in re difficillima.

Hoc videmus intellexisse Aristarchum nunquam de coena vespertina apud Homerum aliud nomen tolerari posse quam *δόρπον*, nec contra *δόρπον* de alia coena dici posse. Vide modo *υ*, 390 sqq. Quam differen-

tiam si Vossius scivisset ab Aristarcho strenue observatam esse, cautior fuisset in reprehendendo grammatico. Vituperat enim (ad hymn. Cer. p. 47), quod Il. XI, 86 Zenodoteum *δόρπον* reiiciens, *δεῖπνον* posuerit. „So nimmt sein *δόρπον* Il. XI, 86 der erschoepfte Holzhauer des Nachmittags; sein *δεῖπνον*, welches Aristarch unterschiebt, nahm er am Morgen zum Beginn der Arbeit". Imo erravit Vossius. Locus Homeri est:

ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ,
τόφρα μάλ' ἀμφοτέρων βέλε' ἵπτετο, πῖπτε δὲ λαός·
ἦμος δὲ δρυτόμος περ ἀνὴρ ὤπλίσσατο δεῖπνον
οὔρεος ἐν βήσῃσιν, ἐπεί τ' ἐκορέσσατο χεῖρας —

Num *ἀέξεται ἱερὸν ἦμαρ* dici potest de tempore pomeridiano? — quamquam in hoc ipso levis Vossii fraus est, debebat enim dicere tempus vespertinum, ad quod solum ducit *δόρπον*. — Imo usque ad meridiem: *Θ*, 66 *ὄφρα μὲν ἠὼς ἦν καὶ ἀέξετο ἱερὸν ἦμαρ, ... ἦμος δ' ἠέλιος μέσον οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει*. — Rectissime statuit Aristarchus. Hic cibus significatur, quem operarii circa meridiem sumunt, qui idem describitur in messoribus *Σ*, 560. Ergo ter cibum sumunt operarii: mane antequam domo exeunt (*π*, 2), tum inter operas circa meridiem, denique domum reversi *δόρπον*, quod et ex Cyclope et ex pastoribus Eumaei intelligi potest. Ergo iam recte Aristarchus statuit, *ὅτι τρὶς τροφὰς ἐλάμβανον οἱ ἥρωες* (i. e. homines aetatis Homericae). Nam de operariis certe verum esse vidimus. Reliqui et proceres quando nec statim ab ortu solis negotia (ut conciones, itinera) nec de die convivia instabant idem secuti videntur, ut Achillis sodales, *Ω*, 124. Si contra est, nullum sumunt *ἄριστον*, sed *δεῖπνον* et *δόρπον*. In bello cum mane exeunt nec totum per diem redituri sunt, statim primo mane iustum prandium sumunt, quod tum recte dicitur *δεῖπνον*. Id saepius fit in Iliade. Eadem res est, cum Telemachus mane iter capessit,

o, 77. — Haec si sequeris unum invenies locum difficilem. Sc. Telemachus post solis occasum (*γ* fin.) ad Menelaum venit eosque epulantes (v. 65) invenit. Ergo *δόρπον* est. Et sic recte dicit Pisistratus v. 194 *οὐ γὰρ ἔγωγε τέρπομ' ὀδυρόμενος μεταδόρπιος* „post coenam *) vesperi ingrata lamentatio". Qua voce hospitis commotus Menelaus, ne malis quasi ominibus diem finiant, instaurari iubet — *δόρπον*, 213.

ἡμεῖς δὲ κλαυθμὸν μὲν ἐάσομεν, ὃς πρὶν ἐτύχθη·
δόρπου δ' ἐξαῦτις μνησώμεθα —

i. e. denuo (nam hoc semper significat *ἐξαῦτις* apud Homerum) coenae memores simus. Haec omnia optime procedunt, nisi v. 61 Menelaus hospites intrantes alloquens sic diceret:

σίτου θ' ἅπτεσθον καὶ χαίρετον! αὐτὰρ ἔπειτα
δείπνου πασσαμένω εἰρησόμεθ' οἵτινές ἐστον.

Vossius solvit hoc modo: „Im ganzen Homer beginnt jedes *δεῖπνον* am Vormittage, wiewohl es als festlicher oder üppiger Schmaus bis zum Abend gedehnt werden kann: daher der Schmaus des Menelaus Od. IV, 61 *δεῖπνον* u. bald darauf v. 213 *δόρπον* genannt wird, und XX, 390 dem *δείπνον* sich das *δόρπον* anschliesst". Nescio quid viro immortaliter de Homero merito hoc

---

*) Nihil aliud *μεταδόρπιος* significare potest: ut haec composita omnia id significant quod praepositio cum substantivo. *μεταδήμιός ἐστι* (e. g. *θ*, 293) i. q. *μετὰ δήμῳ*; sed *μετὰ δόρπῳ* nihil est. Dignus horum usus qui attendatur. Sic *ι*, 234 (cf. 249) *φέρε δ' ὄβριμον ἄχθος ὕλης ἀζαλέης ἵνα οἱ ποτιδόρπιον εἴη*, i. e. *πρὸς δόρπον*. *o*, 51 (75) *ἀλλὰ μέν' εἰσόκε δῶρα φέρων ἐπιδίφρια θείη ἥρως. βάλε σάκος μέσσον ἐπομφάλιον*, i. e. *ἐπ' ὀμφαλῷ Π*, 267. Inde dubitatum, utrum *ἐξ ἁλός* an *ἕξαλος λ*, 134. *Ἕξαλος* ut *ἔφαλος*, quamquam dixit *εἰνάλιος*. Homerus tamen haec mavult et in parisyllaba decl. et in imparisyllaba terminare in *ιος*. In *ος* mihi praeter *ἔφαλος* nunc tantum memoria haeret *ἔμφυλος o*, 273. Aristophanis lectio *δ*, 785 fuit *εἰνόδιον* non — *δίῳ*, ut in scholiis est.

Γο.ρ. 4005

loco acciderit. Nam XX, 390 inter *δεῖπνον* at *δόρπον* tota est *τόξου θέσις*. Fit hoc loco quod ubique fit in Odyssea ubi epulandi gratia in otio conveniunt; *δεῖπνον*, dein cantus, saltatio, alia ludicra, tum *δόρπον*, dein nonnunquam iterum ludi, usque dum convivae domum discedunt; ergo si recte intelligas nusquam non *δεῖπνον* et *δόρπον* continuari in adparatioribus epulis dici potest. Et idem statuendum de epulis Menelai. Ergo si illud *δείπνου πασσαμένω* tueri velis, hoc fortasse dicere licebit, Menelaum cum nesciat utrum peregre adventes hospites iam hoc die coenaverint annon vocabulo paulo generaliore uti *δεῖπνόν*; potest enim fieri ut quod aliis iam *δόρπον* id ipsis impransis *δεῖπνον* sit i. e. prima lautior, qua hoc die fruuntur, coena. Attamen quanto melius est dicere *δείπνου* hoc loco a poeta non profectum sed translatum esse ex *α*, 124 *δείπνου πασσάμενος μυθήσεαι ὅττεό σε χρή**).

Recentiores *δόρπον* partim pro cibo usurpant, ut Apollon. III, 301 *δόρπῳ τε ποτῆτί τε θυμὸν ἄρεσσαν*, Orph. Arg. 408 *ἀλλ' ὅτε δὴ δόρποιο ποτοῦ θ' ἅλις ἔλπετο θυμός*, quod apud Homerum est *σίτοιο ἠδὲ ποτῆτος*. Saepius sic usus vocabulo Nicander in Alexipharmacis. Nec aliter Alex. Aetol. Ath. 296. e. (fr XV Cap.). Partim pro prandio, Cyn. I, 132

χείματι δ' ἐν μεσάτῳ μέσου ἤματος ἀγρώσσοιεν,
εὖτέ τις ἐν δρυμοῖσιν ὑπὸ σπήλυγγι λιασθεὶς
κάρφεα λεξάμενός τε καὶ ὠκύμορον φλόγα νήσας
ἄγχι πυρὸς κλινθεὶς ὁπλίσσατο δόρπον ἀμορβός.

---

*) Summa poetae ars cernitur cum nunc quo modo apparentur coenae copiose depingit, ut nihil praetermittat, nunc gravioribus rebus instantibus strictim tangat. Summum poetam agnosco in fine Odysseae *φ* et initio *χ*, ubi videlicet compages hiare videbitur. Adest coena vespertina sed adparatur nulla. Aliquid simile factum in Pyliorum sacrificio.

Hoc iam invenitur hymn. Apoll. 511. Et omnino ubi coena dicenda est nulla temporis ratione habita adhibent *δόρπον*. Sic. Qu. Sm. *Δ*, 277 [sqq. famularum negotia describens: *καί ῥ' ἡ μὲν δόρποιο πέλεν ταμίη καὶ ἐδωδῆς· ἡ δ' ἄρα δαινυμένοισι παροινοχόει μέθυ λαρόν· ἄλλη δ' αὖ μετὰ δόρπον ὕδωρ ἐπέχευε χέρεσσι.* v. Hal. *Α*, 26. Cyn. *Γ*, 49. Hal. *Γ*, 354 (*σύνδορπος*). Cyn. *B*, 7 (*ἐπιδόρπιος*).

Σκότιος et *παρθένιος*
duobus locis Homericis, quibus occurrunt, nihil differunt.

Z, 24 *σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ*) ἡ διπλῆ ὅτι τοὺς μὴ ἐκ φανερᾶς συνουσίας, λαθραίας δὲ μίξεως γεγονότας σκοτίους καλεῖ, τοὺς δὲ αὐτοὺς καὶ παρθενίους. Sc. *Π*, 180 *Εὔδωρος — παρθένιος, τὸν ἔτικτε χορῷ καλὴ Πολυμήλη* — Mercurio) ἡ διπλῆ ὅτι *παρθένιος* λέγεται ὁ ἐξ ἔτι *παρθένου νομιζομένης γεννώμενος, σκότιος* δὲ ὁ *κατὰ λαθραίαν μίξιν καὶ οὐκ ἀπὸ νομίμου μίξεως.* Scilicet misere se cruciabant, quasi his Homeri locis *σκότιος* et *παρθένιος* diverso sensu dicta essent (V. Eust. 502, 20. 622, 40.), cum tamen et priore loco, ubi de Bucolione narratur: *ἦν υἱὸς ἀγαυοῦ Λαομέδοντος, πρεσβύτατος γενεῇ, σκότιον δέ ἑ γείνατο μήτηρ,* nihil aliud significetur quam altero, sc. matrem eam peperisse ante nuptias. Hoc igitur monuit Aristarchus utroque loco idem dici, et eundem dici posse *παρθένιον* et *σκότιον,* quamquam propter varias causas, *παρθένιος* quod ab innupta (*ἀνέκδοτος* apud Apollon. l. H. s. *παρθένιος*) in lucem editus sit, *σκότιος* quod secreto concubitu*).

---

*) Aristarchi observationes tantummodo duos locos Homeri spectabant. Ceterum rectissime in his vocibus ad etymon hic minim

Μῆνις et *Χόλος* promiscue dicuntur.

Δ, 513 *οὐ μὰν οὐδ' Ἀχιλεύς, Θέτιδος παῖς ἠϋκόμοιο, μάρναται, ἀλλ' ἐπὶ νηυσὶ χόλον θυμαλγέα πέσσει)* ἡ διπλῆ ὅτι ἀντιφράζει τὸν χόλον τῇ μήνιδι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ προσώπου. Innuit *μῆνιν ἄειδε* — Item I, 260, ubi Ulixes ad Achillem: *παύε', ἔα δὲ χόλον θυμαλγέα· σοὶ*

---

obscurum recurrit. Propria et origini debita notio tenenda, unde si universe spectes facile est intelligere non semper *παρθενίους* esse *σκοτίους*, vel contra. *Παρθένιοι* dicti Tarenti coloni, iuvenibus nati, quos iusserant Lacedaemonii *συγγενέσθαι ταῖς παρθένοις ἁπάσαις ἅπαντας* (v. Marx. Ephor. fr. 53). Hi *σκότιοι* non erant. Vocis origini si inhaeres, illud Euripideum explicabitur, quod Hermanno offensioni fuit, Alcest. 996

καὶ θεῶν σκότιοι
φθίνουσι παῖδες ἐν θανάτῳ.

Hoc loco vehementer displicuit Hermanno „deorum spurios filios" a poeta commemorari, quare *σκότιοι* ad *φθίνουσι* trahi iubet, ut intelligantur, qui ad Orci tenebras abeunt. Equidem dubito an ab auditoribus *σκότιοι* et *παῖδες* una audientibus haec in aliam sententiam accipi potuerint quam qno hodie primum legentibus propendet animus. Neque vero res invenusta est, modo ne vertas „deorum spurios filios," sed „clandestino amore genitos": ut vocabuli primigenia notio teneatur ut alibi. Et cf. Phot. p. 545, 10 *ὑπὸ σκότῳ δὲ γεγονὼς σκότιος, ὅπερ ἐστὶ λαθραῖος.* Sed Apollonius videtur mihi, quod Homerum prave intellexerat, falso atque inepte hoc vocabulo usus esse. Narrat Hypsipyle (I, 810) Iasoni maritos ab Thracia expeditione reduces expulsis uxoribus captivas virgines secum habuisse:

σχέτλιοι. ἦ μὲν δηρὸν ἐτέτλαμεν, εἴ κε ποτ' αὖτις
ὀψὲ μεταστρέψωσι νόον· τὸ δὲ διπλόον αἰεί
πῆμα κακὸν προὔβαινεν. ἀτιμάζοντο δὲ τέκνα
γνήσιʼ ἐνὶ μεγάροις, σκοτίη δ' ἀνέτελλε γενέθλη.

Hic profecto non celatur concubitus. Sed, ut dixi, Homerico exemplo abusus est, a quo putavit *σκοτίους* dici quicunque non iusto editi essent matrimonio. De Callimacheo *τοὺς αὐτῷ σκοτίους ἐμπελάτειρα τέκεν* (fr. CLXX) iudicari nequit: sed videtur recte dictum fuisse: „clam uxore."

δ' Ἀγαμέμνων ἄξια δῶρα δίδωσι μεταλλήξαντι χόλοιο) ὅτι ἀντιφράζει τῇ μήνιδι τὸν χόλον. *T*, 67 Achilles ipse de sese: νῦν δ' ἤτοι μὲν ἐγὼ παύω χόλον· ἢ διπλῆ ὅτι ἀντιπέφρακε τῇ μήνιδι τὸν χόλον. (Cf. mox v. 75 ὣς ἔφαθ' · οἱ δ' ἐχάρησαν ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί, μῆνιν ἀπειπόντος μεγαθύμου Πηλείωνος). *Π*, 30 Patroclus ad ilium: μὴ ἐμὲ γοῦν οὗτός γε λάβοι χόλος, ὃν σύ φυλάσσεις) ἢ διπλῆ ὅτι ὁ χόλος ἀντιμετείληπται ὡς ἰσοδυναμῶν τῇ μήνιδι. Ib. 64 πρὸς τὸ μηνιθμόν ὅτι παραλλήλως τέταχε τῷ χόλῳ. Qui locus sic habet: οὐδ' ἄρα πως ἦν ἀσπερχὲς κεχολῶσθαι ἐνὶ φρεσίν· ἤτοι ἔφην γε οὐ πρὶν μηνιθμὸν καταπαυσέμεν. Unde sponte emersit vera explicatio *O*, 122 ἔνθα κ' ἔτι μείζων τε καὶ ἀργαλεώτερος ἄλλος πὰρ Διὸς ἀθανάτοισι χόλος καὶ μῆνις ἐτύχθη) ὅτι ἐκ παραλλήλου ὡς ἰσοδυναμοῦντα τὸν χόλον καὶ τὴν μῆνιν. Cautum igitur ne quis eiusmodi locis se ipsum vel poetam cruciaret differentia extundenda. Sumsit hinc Apollonius III, 337 οὐδ' ὑπαλύξειν στεῦται ἀμειλίκτοιο Διὸς θυμαλγέα μῆνιν Καὶ χόλον. Sed falsus fuit in etymologia. Apollon. l. p. 550. Μῆνις ὁ μὲν Ἀπίων μάνης (l. μανία)· οἱ γὰρ ὀργιζόμενοί πως μαίνονται. Ἀρίσταρχος δὲ κότος πολυχρόνιος, ἀπὸ τοῦ ἐγκεῖσθαι. Scripsit, ni fallor, ἀπὸ τοῦ ἐπιμένειν ἤγουν ἐγκεῖσθαι. Eust. p. 8 ὅτι μῆνις κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἡ ἐπιμένουσα ὀργή.

Ἔνδον et εἴσω, κεῖθι et κεῖσε
item alia adverbia quae motum et statum significant ab Homero non commutantur.

η, 13 ἦ οἱ πῦρ ἀνέκαιε καὶ εἴσω δόρπον ἐκόσμει) διὰ τὴν διαφορὰν τοῦ εἴσω πρὸς τὸ ἔνδον (sc. ἡ διπλῆ). *K*, 528.

ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς
κεῖσ' ἵππους τε καὶ ἄρμ' ὀτρύνομεν, ἔνθα μάλιστα —

ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κεῖθ' ἵππους· γίνεται δὲ

ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ· τὸ δὲ ἐκεῖσε εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ὃ δὴ νῦν ἁρμόζει. *M*, 348 εἰ δέ σφιν καὶ κεῖθι πόνος καὶ νεῖκος ὄρωρεν) ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει εἰ δέ σφιν κἀκεῖσε· ἔστι δὲ ἀντὶ τοῦ οὕτως· δὲ εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον πόλεμός ἐστιν, ἀλλ' ἐν ἐκείνῳ. Bekkerus pro δὲ emendandum esse suspicatus est οὐ δεῖ δέ, recte, ut opinor. Reliqua (ut intelliges ex schol. ad v. 346, in quo quae peccata sunt supra correxi in v. ὧδε) sic scripta fuerunt: . . . . . κακεῖσε· καὶ ἔοικεν ἐξειληφέναι τὸ ὧδε γὰρ ἔβρισαν (346) τοπικῶς, ἔστι δέ . . . .

M, 359 ὧδε γὰρ ἔβρισαν Δαναῶν ἀγοί) ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κεῖσε γὰρ ἔβρισαν οὐχ ὑγιῶς εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον· δεῖ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ. δεῖ δέ γράφειν ὧδε· τὸ γὰρ λεγόμενόν ἐστιν· οὕτως ἐβάρησαν ὥστε χρείαν ἔχειν ἡμᾶς συμμαχίας. *M*, 468 αὐτὰρ ἐγὼ κεῖσ' εἶμι καὶ ἀντιόω πολέμοιο) ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει κεῖθι. τοῦτο δὲ σημαίνει ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ· τὸ δὲ κεῖσε εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον πορεύσομαι, ὅπερ νῦν ἁρμόζει. Quam confusionem in hoc genere Homerum decere putaverint nullum melius exemplum quam quod fuerunt (sicut Chrysippus) qui illud

οὐ γὰρ ἐγὼ Τρώων ἕνεκ' ἦλυθον αἰχμητάων
δεῦρο μαχησόμενος —

(*A*, 152) explicarent „hic proeliaturus“. Zonaras p. 491. Et. M. 259. schol. h. l. Quos haud veri dissimile est causam suam sublevasse eo loco quem ab initio posuimus, καὶ εἴσω δόρπον ἑκόσμει, vel similibus (v. schol. *A*, 152), quos pingui Minerva interpretarentur. Plut. Poes. Hom. 63 καὶ ἐπιῤῥήματά τινα ἐναλλάσσει τοῖς εἰς τόπον καὶ τοῖς ἐν τόπῳ καὶ τοῖς ἐκ τόπου ἀδιαφόρως χρώμενος, — οἱ δ' ἑτέρωσε κάθιζον (*Y*, 151) ἀντὶ τοῦ ἑτέρωθι· καὶ Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθεν ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. Haec subtilius intelligere docuit Aristarchum iudicii acumen, accedente ut solet accurata consuetudinis Homericae cognitione. Etenim cum his ratio-

nem habent hae observationes: *K*, 268. *Σκάνδειαν δ' ἄρα δῶκε*) *ἡ διπλῆ ὅτι οὕτως εἶπεν ἀντὶ τοῦ εἰς Σκάνδειαν ἀπέστειλεν, ὡς „πεύθετο γὰρ Κύπρονδε“ (Λ, 21) ἀντὶ τοῦ εἰς Κύπρον ἀκούετο διὰ τὸ διαγγέλλεσθαι ἐκ τόπου εἰς τόπον. Λ, 21 ἡ διπλῆ ὅτι οὕτως εἴρηκεν εἰς Κύπρον ἠκούετο διὰ τὸ εἰς τόπον ἐκ τόπου διαγγέλλεσθαι ὅμοιον τῷ Σκάνδειαν δ' ἄρα δῶκε**). Unde simul intolerabilis Zenodoti error patefactus veraque lectio inducta *II*, 515

κλῦθι, ἄναξ, ὅς που Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ
εἶς ἢ ἐνὶ Τροίῃ· δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκούειν
ἀνέρι κηδομένῳ, ὡς νῦν ἐμὲ κῆδος ἱκάνει.

ἡ διπλῆ ὅτι οὕτως εἴωθε λέγειν πάντοσε ἀκούειν, εἰς πάντα τόπον ἀκούειν, ἐπὶ τῶν ἐκ τόπου εἰς τόπον ἀφικνουμένων „πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγα κλέος“, εἰς Κύπρον ἠκούετο. διὸ καὶ νῦν κατὰ συναλοιφὴν ἀκουστέον ἵν' ᾖ τὸ πλῆρες πάντοσε ἀκούειν. Alterum schol. *Ἀρίσταρχος τὸ πλῆρες ἀκούει πάντοσε. Ζηνόδοτος πάντες* (l. *παντός*) *ἀκούειν διὰ τοῦ ε* (l. *ος*).

Mature haec adverbiorum confusio grassata et apud recentiores epicos, elegantiam hinc ut videtur quaerentes, pervulgata. hymn. Merc. 6 *ἄντρον ἔσω ναίουσα.* Quo loco de Homerico *εἴσω* erravit Ilgenius nec fidem meruit, quam ei Lobeckius habuit ad Phryn. p. 128. Apollon. II, 874 *ὣς δὲ καὶ ἄλλοι δεῦρο δαήμονες ἄνδρες ἔασι.* Quint. Sm. *E*, 515 *οὐδέ τ' ἐμοὶ νόστοιο τέλος σέο δεῦρο θανόντος ἀνδάνει.* Apollon. II, 718 *καὶ εἰσέτι νῦν γε τέτυκται κεῖσ' Ὁμονοίης ἱρὸν ἔὔφρονος.* IV, 1217 *Μοιράων δ' ἔτι κεῖσε θύη ἐπέτεια δέχονται καὶ Νυμφέων Νομίοιο καθ' ἱερὸν Ἀπόλλωνος βωμοί.* Opp.

---

*) Cf. Hesiod. Op. 613 *ἀπόδρεπε οἴκαδε βότρυς.* Et haec: *ἵν' οἴκαδε κέρδος ἄρηαι* 634. *πολὺν σὺν λαὸν ἔγειραν Ἑλλάδος ἐξ ἱερῆς Τροίην ἐς καλλιγύναικα* 650.

Hal. *B*, 157 *τὸν δ' οὔτι πάγης λόχον ὁρμαίνοντα γαστὴρ ἔνδον ἔλασσε. Γ*, 344 *δέλεαρ δέ οἱ ἔνδον ἐνείης.* 561 *ἔνδον ἰκέσθαι ἄστεος. E*, 581 *ἔσπασεν ἔνδον ὀδόντων. Γ*, 349 *ἵξεται ἐνδοθι κύρτου**). Sed *Γ*, 380 *ἄδμωες δ' ὁρόωντες ἔσω κοίλοιο μυχοῖο ἀγρομένους* recte dictum. Contra Apollon. IV, 712 *ἡ δ' εἴσω πελάνους μείλικτρά τε νηφαλίῃσιν καῖεν ἐπ' εὐχωλῇσι παρέστιος.* Quint. *A*, 449 *ὡς δ' ὅτ' ἔσω σίμβλοιο μέγ' ἴῦζωσι μέλισσαι.*

Caeterum de constructione Homerica voc. *εἴσω* cum accusativo item observatum Aristarcho. *Ω*, 146 *Ἴλιον*

---

*) *Πάροιθεν ἔρχεσθαι* pro *θύραζε* Oppian. Hal. A, 153. — *Ἔνδοθεν* apud Homerum iam, ut *ἐγγύθεν, σχεδόθεν*, alia pro *ἔνδοθι*, dictum. Et Quintus e. g., cum dicit *ἀχνύμενος κέαρ ἔνδοθεν* (*Γ*, 504) et similia, fines Homericos non egreditur. Difficilis quaestio, sed accuratissima perquisitione dignissima, in his adverbiis in *θεν* exeuntibus quousque iam Homericis temporibus unumquodque a propria significatione discesserit, quo deinde haec libertas progressa sit. E. g. *N*, 107 *νῦν δ' ἔκαθεν πόλιος κοίλης ἐπὶ νηυσὶ μάχονται.* Sic Aristarchus bona haud dubie monumenta secutus; Zenodotus et Aristophanes *ἐκάς*. In eodem versu *E*, 791 utrum Aristarchus dederit non traditum. Hoc unusquisque sentit *μάχονται ἔκαθεν πόλιος* vix primam originem migrasse, quod sic dictum est ut *ἀπὸ τριῶν σταδίων τῆς πόλεως μάχονται.* Iam hoc Aristarchum iure movebat, etiamsi non invenisset in Odyssea (*ρ*, 25) *ἔκαθεν δέ τε ἄστυ φάτ' εἶναι* illi simillimum. Sed quod Apollonius scripsit I, 216 de Borea Orithuiam auferente ex Attica in Thraciam

καί μιν ἄγων ἔκαθεν (fernhin) *Σαρπηδονίην ὄθι πέτρην*
κλείουσιν —

hoc, quantum intelligere licet, Homerus non dixisset, sed *ἐκάς*. *N*, 562 *ὣς ἀπὸ θώρηκος Μενελάου κυδαλίμοιο πολλὸν ἀποπλαγχθεὶς ἐκὰς ἔπτατο πικρὸς ὀϊστός.* cf. *ξ*, 495 *λίαν γὰρ νηῶν ἐκὰς ἤλθομεν* et *ρ*, 73 *οὐδ' ἄρ' ἔτι δὴν Τηλέμαχος ξείνοιο ἐκὰς τράπετ'*. Hoc adverbium non tetigit Tafel ad Pind. Ol. III. vol. I p. 140. Utinam placuisset viro docto et hoc loco et aliis copias, quas fere haud contemnendas habet, non per saturam effundere, sed ordine spectantium oculis exponere. Vocabuli *ὑψόθεν* pro *ὑψοῦ* positi complura habet exempla: Homerus nunquam sic posuit.

εἴσω) ἡ διπλῆ ὅτι τοπικῶς ἀντὶ τῆς προθέσεως. θέλει γὰρ εἰπεῖν εἰς Ἴλιον. Cf. ad 184. 199. Δ, 71. Semel apud Homerum cum genitivo coniunctum in Veneris et Martis amoribus Θ, 290 ὁ δ' εἴσω δώματος ἦει. Nitzschium, qui hanc particulam subdititiam iudicat, hoc momentum fugit. Aristarcho vellem scire sitne item haec cantiuncula damnata an res lectoris iudicio permissa, hac fere ratione, quam nonnunquam offendimus: ἡ διπλῆ ὅτι νῦν ἅπαξ τὸ εἴσω ἐπὶ γενικῆς. — Recentioribus epicis consueta haec constructio. Apollon. I, 357. 372. 390. II, 74. 95. 136 (κέδασθεν εἴσω Βεβρυκίης Ἀμύκου μόρον ἀγγελέοντες). 576. III, 311. Opp. Hal. Γ, 380. Δ, 111. 399. E, 539 (c. acc. Δ, 169. 389. E, 165). Quint. Δ, 177. Nonn. V, 244. 314. Sed — cum dativo est Oppian. Hal. 737 ἔσω λαγόνεσσιν ἔδεκτο. Sic enim Sehneiderus ex bonis monumentis edidit pro ἐνί, quod equidem non dubito quin recte fecerit. Λαγόνεσσιν ex epicorum more „in utero".

Φέρω. Ἄγω.

Hunc locum non extrico. N, 213 ἡ διπλῆ ὅτι ἔνεικαν εἴρηκεν ὡς βασταζομένου (de Diomede vulnerato sermo est) διὰ τὸ τραῦμα. Hinc intelligo hoc voluisse interesse inter φέρω et ἄγω, ut φέρειν dicamus si quid ipsi humeris vel manibus nostris ferimus, contra ἄγειν. Quod bene dictum et longe verius quam id quod deinde plerique secuti videntur (obruunt hoc inculcantes grammatici) animantia duci, inanimantia ferri*) Quasi qui vehiculis et feretris argentum praedamque ducit non dicere possit χρυσὸν ἄγω et similia. Hinc intel-

*) Hunc canonem migrari multis poetarum exemplis ostendit Schrader ad Mus. p. 128. Quod vix operae pretium erat.

ligo, non Aristonici esse schol. *P*, 163 ὅτι ἐπὶ ἀψύχων τὸ ἀγοίμεθα. Sed Aristonici erunt haec: ad Ψ, 512 δῶκε δ' ἄγειν ἑτάροισιν ὑπερθύμοισι γυναῖκα καὶ τρίποδ' ὠτώεντα φέρειν) πρὸς τὴν διαφορὰν τοῦ ἄγειν καὶ φέρειν. Item ib. 263 ἵππεῦσιν μὲν πρῶτα ποδώκεσιν ἀγλαὰ ἆεθλα θῆκε γυναῖκα ἄγεσθαι, ἀμύμονα ἔργ' εἰδυῖαν, καὶ τρίποδ' ὠτώεντα) ὅτι συνεκδέξασθαι δεῖ τῷ καὶ τρίποδ' ὠτώεντα τὸ φέρεσθαι· ἀκριβὴς γὰρ ὁ ποιητὴς περὶ τὰ ἀκτὰ καὶ φορητά. Denique Ω, 367 de Priamo εἴ τις σε ἴδοιτο — τόσσα ὀνείατ' ἄγοντα) ὅτι ἄγοντα εἴρηκεν οὐ φέροντα· οὐ γὰρ αὐτὸς ἐβάσταζεν. Haec bene quadrare videntur, modo ne necesse esset credere Aristarchi doctrinam quibusdam finibus circumscriptam fuisse, quos vel migravit Aristonicus vel ego non video. Etenim res non vera est, nec veram esse tam expressis tamque vicinis exemplis probatur, ut Aristarchum si quidquam in hoc genere hoc tamen fugere non potuerit. Ω, 502 Priamus Achilli dicit: φέρω δ' ἀπερείσι' ἄποινα. φ, 176 καί τις θεὸς αὐτὸν ἐνείκοι. 201 ἀγάγοι δέ ἑ δαίμων.

---

§. 2. Haec omnia tam egregia sunt, tam vel perfectae doctrinae satisfaciunt, ut scribens me ipse reprehendam. Nullane sunt in hoc homine vestigia eius, qua vixit, aetatis grammatiaeque imperfectioris? Gaudeo esse, nam si nulla essent, vererer ne falsam viri imaginem legentibus proponerem. ἀάπτους χεῖρας explicuit δεινὰς καὶ ἀπτοήτους (Herod. ad *A*, 567). Mihi non contigit intelligere, quid plerosque veteres grammaticos prohibuerit, quo minus eam explicationem, quam nunc sequimur omnes, admitterent. Nam et Zenodotus dicitur explicuisse ἰσχυράς et Aristophanes ἀέπτους scripsisse et Herodianus vult ἀάπτους esse pro ἀϊάπτους. Quod ἀπτόητος explicuit Aristarchus, id simul eo effectum,

quod cum tota antiquitate hoc modo vocabula decurtari posse putavit. Sic qui sint *πρόμοι* apud Homerum, id locis poetae accurate perpensis et compositis perspexit, sed erravit quod ex *πρόμαχοι* decurtatum putavit (v. supra *πρόμοι*). Item *Φ*, 162 *ἁμαρτῇ Ἀρίσταρχος ἀποκοπὴν εἶναι βούλεται τοῦ ἁμαρτήδην. — Ὕπαι* apocopen esse ex *ὕπαιθα* Tyrannio Sch. O, 4. Item Apollonius de adv. p. 567 ostendere conatur *ῥᾳ* apocopen esse ex *ῥᾴδιον*, *βρί* ex *βριθέως* „*ὅτι γὰρ καὶ δύο συλλαβῶν ἀποκοπαὶ γίνονται ἐν τῷ περὶ παθῶν ἐδείχθη. τό τε γάρ πρόπαρ οὕτως ἔχει καὶ τὸ μάκαρ, πηδά, καὶ τὸ ὑμέν παρὰ Καλλιμάχῳ*“. Plures, quos Herodianus refutat in schol. *P*, 201, *ἃ δείλ'* decurtatum volebant ex *ἃ δείλαιε*. Haec nunc sufficiunt. Duplex *α* videtur comparasse cum *ἀάσχετος*. Ceterum ut *ἄαπτος ἀπτόητος*, sic *ἀπτοεπής* ei videtur fuisse *ἀπτόητος ἐν ἔπεσι*, quantum intelligere licet ex sch. *Θ*, 209 ubi Aristonici scholion est ad *ψιλοῦν*. cl. Eust. p. 709.

Accedam ad

ἔμπης.

Ξ, 1 *Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης*. Sch. BL *ἀκολάστως φασὶν ὡς μέθυσος πίνει. τάχα οὖν τὸν κυκεῶνα πίνειν φησίν, ὃς εἶχε καὶ οἶνον. τινὲς δὲ στίζουσιν εἰς τὸ ἰαχή, καὶ τὸ ἑξῆς οὕτως, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν Ἀσκληπιάδην πίνοντα ἔφη· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ ὁμοίως τῷ Μαχάονι, ὡς τὸ ἔμπης γαῖαν τε καὶ οὐρανόν* (174). *σὺ δὲ χαῖρε καὶ ἔμπης* (ε, 205), *παρών τε καὶ ἀπών. τόν τε περ πλεονάζειν ὡς τὸ ἔφυγον περ αἰπὺν ὄλεθρον.*

Si quis didicit omnium ineptiarum magistrum fuisse Aristarchum, credat huic testimonio. Reliquis exponam quid hic auctor aliquoties in veteribus scholiis legerit et inepte ad hunc locum transtulerit. Scilicet *ἔμπης* apud Homerum duplicem habere significationem, *ὅμως* et *ὁμοίως*. Apollon. lex. H. p. 318 (Et. M. 335, 30)

ἔμπης· ποτὲ μὲν ὅμως, σὺ δὲ χαῖρε καὶ ἔμπης (ε, 205)· ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ ὁμοίως ἢ ἐπίσης

ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἵκεϊ ἀϋτμή (Ξ, 173)

καὶ

ἔμπης μοι τοῖχοι μεγάρων καλαί τε μεσόδμαι (τ, 87).

Schol. Pind. Pyth. V, 74 ἔμπαν τὰ καὶ τὰ νέμων) τουτέστι τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ καλά . . . . χρῶνται δὲ τῷ ἔμπαν ἀντὶ περισπωμένου τοῦ ὁμῶς, ὅ ἐστιν ἴσον τῷ ὁμοίως. καὶ γὰρ τὸ ἔμπης ἀντὶ περισπωμένου τοῦ ὁμῶς τάσσει Ὅμηρος·

ἔμπης μοι δοκέει δαΐδων σέλας ἔμμεναι αὐτοῖ

καὶ κεφαλῆς (σ, 354*).

καὶ πάλιν „ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανόν“ καὶ ἐπὶ τῶν ὁμοίων. Porro P, 632 τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλε᾽ ἅπτεται ὅστις ἀφείη, ἢ κακὸς ἢ ἀγαθός. Ζεὺς δ᾽ ἔμπης πάντ᾽ ἰθύνει. Hoc loco in schol. A legimus τὸ ἔμπης ἀντὶ τοῦ ὁμοίως τέτακται, quod videtur Aristonici esse. Denique Apollon. Dyscol. de coni. p. 525, 24 ποιητικὸν μέντοι τὸ ἔμπης καὶ σύνηθες τὸ ὅμως. λαμβάνεται μέντοι τὸ ἔμπης καὶ ἐπὶ τοῦ ὁμοίως, ὡς ἐπὶ τοῦ

ἔμπης μοι τοῖχοι μεγάρων —
ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανόν.

Hoc igitur intelligimus, aliquot locis Homericis vulgo a veteribus grammaticis, etiam a praestantioribus, ut Apollonio et Aristarcho, ἔμπης explicatum fuisse ὁμοίως, et quidem Ξ, 173. σ, 354 (cf. et V ad Ξ, 174) τ, 37 (ubi v. et Eust.). Quod in his (quamquam ego improbo) magnam habet veritatis speciem; sed hinc a vilioribus quibusdam grammaticis inepte translatum est ad Ξ, 1. ε, 205. M, 326 (v. schol. BL.). In ea-

*) Hunc locum Odysseae quotiescunque inspicio, occurrit primitus fuisse κὰκ κεφαλῆς. Causas facile est perspicere.

dem interpretatione nititur lectio ἔμπης pro αὖτως, quae fuit π, 143.

Laboro hac §. in detrectando Aristarcho. Sed non multum proficio. Iam enim delatum me sentio ad etymologica, quae si omnia falsa essent nec miraremur nec hodie aliorum vituperandorum ius nacti sumus. Et dum etymologias Aristarchi percurro, quas meos in usus in unum contuli, multa invenio recte observata et ex propinquo sumta. Adscribam alia quae mihi falsa vel ridicula vel nimium incerta vel in commentario Homerico superflua videntur. Sed veniam praefamur, si qui hodie eadem vel similia sive credunt sive in libris suis exposuerunt sive pueros edocent. Nolumus quemquam hoc loco tangere nec haec scribentes librum evolvimus nec quidquam in hoc genere seu verum seu falsum praestamus. Ψ, 850 ἡ διπλῆ ὅτι τινὲς ἰόεντα σίδηρον τὸν μέλανα ὡς ἰοειδέα πόντον· βέλτιον δὲ τὸν εἰς ἰοὺς εὐθετοῦντα· οἰκεῖον γὰρ τὸ ἔπαθλον τοξόταις. κ, 161 καταχρηστικῶς φησιν ὁ Ἀρίσταρχος ἐπὶ τῶν θηρίων εἶναι τὴν ἄκνηστιν· οὐ γὰρ αὐτὴν μόνην ἀδυνατοῦσι κινήσασθαι (scr. κνήσ. Buttm. *), ἀλλὰ καὶ τὸν τράχηλον. Λ, 156 σημαίνει δὲ ἡ λέξις (σφεδανόν) ἐπεικτικὸν καὶ ἐπεστραμμένον οἷον σφενδονηδόν, ἀπὸ τῆς σφενδόνης**). οὕτως Ἀρίσταρχος. Ξ, 155 ποιπνύω ab πονῶ πονύω πνύω ποιπνύω***). Χ, 93 ὅτι τὴν τῶν ὄφεων κατάδυσιν χειὰν εἴρηκεν ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι, ὅ ἐστι χωρῆσαι. εἰς αὐτὸ γὰρ μηχανῶνται οἱ ὄφεις εἰς τὸ χωρῆσαι (occurrit εἰς ἄντρον γὰρ μυχεύονται οἱ ὄφεις ὥστε χ.) τὸ σῶμα ὥσπερ ἔλυτρον· „οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε

*) Et. M. 50 ἄκνηστις, ἡ ῥάχις, παρὰ τὸ μὴ δύνασθαί τινα κνήσασθαι αὐτὴν τῇ ἰδίᾳ χειρί.

**) Si contra dixisset res deliberatione digna esset.

***) Fortasse hoc eius est, X, 293, καταφήσας κάτω τὰ φάη ἔχων.

χείσεται". Σ, 531 ὅτι εἴρας λέγει τὰς ἀγοράς, σχηματίζων ἀπὸ τοῦ εἴρειν ὅ ἐστι λέγειν. — N, 41 ἄβρομοι αὐΐαχοι ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ ἄγαν βρομοῦντες καὶ ἄγαν ἰαχοῦντες κατ' ἐπίτασιν τοῦ α κειμένου· ἑκάστοτε γὰρ θορυβώδεις τοὺς Τρῶας παρίστησι. — K, 430 ἡ διπλῆ ὅτι οὐ μόνον ἐπὶ Ῥοδίων (B, 654) χρῆται τῷ ἀγέρωχοι ἕνεκα τοῦ ἀγείρειν τὴν ὀχὴν τουτέστι τὴν τροφήν, ἀλλ' ἐπὶ Μυσῶν καὶ Τρώων (I, 36) οἷον γεραόχων, σεμνῶν καὶ ἐντίμων. Hoc iam admonet multas eius etymologias, etiam incertas et falsas, cum bona observatione coniunctas esse. De ὅμιλος et ὁμιλεῖν haec habemus: Λ, 502 ἡ διπλῆ ὅτι ὁμίλει ἀντὶ ἐμάχετο, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ τὰς ἴλας συμβάλλειν. Λ, 523 (Ἕκτορ, νῶϊ μὲν ἐνθάδ' ὁμιλέομεν Δαναοῖσιν) ἡ διπλῆ ὅτι κυρίως λέγει ὁμιλέομεν ὁμοῦ τὰς ἴλας συμβάλλομεν. K, 338 ἡ διπλῆ ὅτι νῦν μὲν ὅμιλον τὸ πλῆθος καὶ ἄθροισμα τῶν Τρώων λέγει· ἐν μὲν οὖν τῇ Ἰλιάδι πυκνότερον τὴν μάχην ὅμιλον καλεῖ, ἐν Ὀδυσσείᾳ δὲ τὸ ἄθροισμα. K, 499 ἡ διπλῆ ὅτι καὶ νῦν ὅμιλον τὸ ἄθροισμα εἶπεν. Utraque significatio Passovio quoque dirimenda visa. — Sed in χώεσθαι putaverim etymi aucupium in caussa fuisse, ut a sensu vocabuli aberraret. Ψ, 603 χωόμενος νῦν ἀντὶ τοῦ χολούμενος. ib. 385 ἡ διπλῆ ὅτι χωομένοιο ἀντὶ τοῦ συγχεομένου. Φ, 519 ὅτι σαφῶς χωόμενοι ἀντὶ τοῖ συγχεόμενοι. Ξ, 406 ἡ διπλῆ ὅτι χώσατο νῦν συνεχύθη. N, 165 ἡ διπλῆ ὅτι νῦν χώσατο ἀντὶ τοῦ συνεχύθη. X, 291 χώσατο ἀντὶ τοῦ συνεχύθη. Π, 553 ὅτι τὸ χωόμενος ἀντὶ τοῖ συγχεόμενος. Indignari saepe significat, non dolere. — Ἔντεα. K, 75 ὅτι ἔντεα οὐ πάντα τὰ ὅπλα, ἀλλὰ κυρίως μὲν ἀσπὶς καὶ περικεφαλαία, τὰ δὲ δόρατα κατ' ἐπικράτειαν. K, 34 ὅτι ἔντεα εἴρηκεν ἣν προσυνέσταλκε λεοντῆν (?). Vides duxisse ab ἐν et hoc voluisse firmare. — Ἔναρα. K, 528 ἡ διπλῆ ὅτι περιεκτικῶς καὶ τὰ τόξα καὶ τὸ δόρυ ἔναρα εἴρηκε σὺν τοῖς ἄλλοις (sc. ὅπλοις). Κυρίως δὲ ἔναρα λέγεται οἷς ἐνά-

ρηρε τὰ σώματα καὶ ἐνήρμοσται, θώραξ καὶ κνημῖδες. 570 ὅτι κοινῶς τὰ ἔναρα (B). *P*, 231 ἐνάρων δὲ λέγει ὧν περιέκειτο*). Hinc vult esse ἐναίρειν. *Φ*, 485 (κατ' οὔρεα θῆρας ἐναίρειν) ὅτι ἐναίρειν καταχρηστικῶς· θῆρες γάρ οὐκ ἔχουσι παντευχίαν ὥστε σκυλευθῆναι. Egregie hoc: ἐναρίζει, κυρίως μὲν σκυλεύει· ἔναρα γὰρ τὰ σκῦλα·

οὐδέ μιν ἐξενάριξεν (*Z*, 417)

καταχρηστικῶς δὲ ἀνεῖλεν·

τὸν δ' ἐπεὶ ἐξενάριξεν (*X*, 376).

Apollon. lex. H. p. 320. Hoc Aristarcheum esse patet ex Schol. *Z*, 417 ἡ διπλῆ ὅτι διδάσκει τί τὸ ἐξενάριξεν· ἐπιφέρει γὰρ ἀλλ' ἄρα μιν κατέκηε σὺν ἔντεσιν. *H*, 146 ἡ διπλῆ ὅτι κυρίως τὸ ἐξενάριξε νῦν τὰ ἔναρα περιεῖλε.

§. 3. Sed minime Aristarchearum observationum copias exhausimus. Hic igitur coacervabimus farraginem observationum, quae omnes ad cognitionem poetae utilissimae sunt, omnes eam, quae grammaticum decet diligentiam, quae interpretem elegantiam egregie comprobant. Ἀγήνωρ nunc in laude nunc in vituperio ponitur (*I*, 699 ἡ διπλῆ ὅτι ἐνίοτε μὲν ἐπὶ ἐπαίνου ὁ ἀγήνωρ ὁ ἄγαν τῇ ἠνορέῃ καὶ τῇ ἀνδρείᾳ χρώμενος, νῦν δὲ ἐπὶ ψόγου ὁ ἄγαν ὑβριστικὸς καὶ διὰ τῆς ἀνδρείας ὑπερπεπτωκὼς εἰς ὕβριν). Item Ὑπερφίαλος. (*O*, 94 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ὑπερφίαλος νῦν μὲν ἐπὶ ψόγου, ὑπέρσπονδος· ἐν ἄλλοις δὲ ἐν τάξει ἐγκωμίου· „οὐκ ἀγαπᾷς ὃ ξκηλος ὑπερφιάλοισι μεθ' ἡμῖν" ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῖς). Haec observatio valebat ad stabiliendam lectionem *E*, 881 αἱ Ἀριστάρχου ὑπερφίαλον (Διομήδεα), οὐχ ὑπέρθυμον ὥσπερ αἱ δημώδεις, His similis observatio de

*) Hasta fracta erat, *II*, 800.

Σχέτλιος; hoc etiam pro laude esse (εἰς ἑαυτὸν ἀγνώμων, K, 164. Cf. Θ, 361). — Ἀμήχανος et active et passive significat, πρὸς ὃν οὐκ ἔστι μηχανὴν εὑρεῖν et ὁ μὴ δυνάμενος μηχανὴν εὑρεῖν, K, 167. Π, 29. O, 14. — Πρῶτος i. q. ἄκρος. X, 66. Ω, 292. Monitum quod quidam illud ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ζυμῷ (Z, 40) ita acceperant ut currus Homericos plures temones habere statuerent. Cf. E, 729. O, 375. Θ, 411. — Καταθύμιος significat i. q. ἐνθύμιος, κατὰ ψυχήν, non, inquit, quod apud nos, sc. ἀρεστός*), K, 383. P, 201. — Γλαυκή pro mari nullo subst. adiecto semel, H, 34. — Γενναῖος memorabilem significationem habet E, 253, sc. ἐγγενές, πάτριον, „οὐ γάρ μοι γενναῖον ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι". — Ἀρτιεπής X, 281 ἀλλά τις ἀρτιεπὴς καὶ ἐπίκλοπος ἔπλεο μύθων. Notabile hoc vocabulum in vituperio poni. „ὅτι οὐκ ἐν ἐπαίνῳ ὁ ἀρτιεπὴς κατὰ τοὐναντίον τῷ ἀμετροεπεῖ, ἀλλὰ ὁ λάλος καὶ ὁ ἀπηρτισμένον (l. ως) παραλογιζόμενος". Cod. V. ib. σημειοῦται δὲ Ἀρίσταρχος ὅτι οὐκ ἐπὶ ἐπαίνου τὸ ἀρτιεπής. — Παρήορος Ψ, 603 ὁ παρηρτημένος τὰς φρένας, οὐκ ἀραρώς οὐδὲ κατὰ χώραν ἔχων αὐτάς. Cf. H, 156. De etymo videtur dubitasse, nam παρηρτημένος ducit ad ἀείρω, ἀραρώς ad ἄρω. Quod falsum erit**). — Παροίτερος. Notandum de loco dici Ψ, 459. — Θαυμάζειν non tantum mirari significat, sed nonnunquam i. q. θεᾶσθαι, B, 320, Ω, 394. Σ, 496 cf. N, 11***). — Ἀπει-

*) Nec χ, 392 id significat: moneo propter Passovium.

**) Reimnitzius de decl. graeca p. 137 μετέωρος duci vult ab ἀήρ. At quam multa viro docto ponderanda erant antequam hoc poneret, ut hoc ipsum παρήορος, ne dicam τιμήορος (quod a lance petitum videtur), deinde μετάρσιος, quod certe non ab ἀήρ erit, et αἰώρα (Iacobs. lectt. Stob. p. 20).

***) De Odysseae versu π, 203 errare arbitror Passovium.

λεῖν et vulgari significatione et vovere, *I*, 682. *Ψ*, 863. — *Εὔχεσθαι* et gloriari et vulgari significatione, *K*, 461. *Φ*, 183. 501. — *Φιλεῖν* hospitio excipere, sed etiam vulgari significatione. *Γ*, 207. *Z*, 15. *I*, 481. — *Ἀγάσσατο* invidit et admiratus est, *P*, 71. *H*, 41. — *Ἀκούειν* et audire et obtemperare, *ὑπακούειν*. Quibusdam locis utrum voluerit poeta pro certo dici nequit. *P*, 245. Eadem dubitatio cadit in *Θ*, 97, ubi laboranti Nestori ut subveniat Ulixem hortatur Diomedes: *ὣς ἔφατ' οὐδ' ἐσάκουσε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς, ἀλλὰ παρήϊξεν*. Utrum non audivit propter tumultum an noluit obtemperare hortanti? Hoc maluit Aristarchus; nam mox cum omnes a navibus redeunt (266) Ulixes non redit, ut iudicandum sit dedita opera se de pugna subtraxisse. Ad *Θ*, 97. 266. — *Διώκειν* et persequi et *συντόνως ἐλαύνειν*, *Θ*, 439. cf. *X*, 158. — *Στυγεῖν* timere et abhorrere, *O*, 183 (*ἡ δ. ὅτι τὸ στυγέουσιν ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς ἐν διαφορᾷ μετάγεται, νῦν μὲν δεδίασιν, ὅταν δὲ εἴπῃ „σμερδαλέ' εὐρώεντα τά τε στυγέουσι θεοί περ" ἀντὶ τοῦ μισοῦσιν*). — *P*, 272 notabilis usus voc. *μισεῖν*, qui hoc uno loco invenitur *„μίσησεν δ' ἄρα μιν δηΐων κυσὶ κύρμα γενέσθαι"*, i. q. *μισητὸν ἡγήσατο*. — *Π*, 361 usus vocabuli *σκέπτεσθαι* notabilis *„σκέπτετ' ὀϊστῶν τε ῥοῖζον καὶ δοῦπον ἀκόντων"*, quasi circumspexit et cavit. — *γιγνώσκων* (*ἀμφὶ ἕ γ. ἑτάρους*), *O*, 241 agnoscere, *ἀναγνωρίζων*. — *Εἶξαι χαλάσαι Ψ*, 337 (*εἶξαί τέ οἱ ἡνία χερσίν*). — *Αἰδέσεται Ω*, 208 *προσδέξεται ὡς ἱκέτην* cl. *X*, 124. — *Ἄϊειν αἰσθάνεσθαι*, *Λ*, 582. *O*, 252. Cf. Nitzsch. T. II p. 111. — *Λέγεσθαι* significat ap. Homerum *ἀριθμεῖσθαι, διαλέγεσθαι, ἐγκοιμηθῆναι*, *N*, 276. *Θ*, 519. — *Εἴσατο* est *ὥρμησε, ἐφάνη, ἔγνω*, *M*, 118. *Θ*, 532. Et ad *O*, 544 *ἐεισάσθην ἢ διπλῆ ὅτι ἀμφίβολόν ἐστι πότερον ἐφώρμησαν — ἢ ἔδοξαν*. — *Ἐπίστασθαι* pro *δύνασθαι* (dixerim potius *ἔχειν*) *Π*, 142. *N*, 223. *Φ*, 320. (Quod Porphyrius

habet ad *T*, 389, id nemo dubitat, nec eo res refellitur). Item *Ἐθέλειν* pro *δύνασθαι*, *Φ*, 366. *Πυθέσθαι* audire (sc. non explorare). *B*, 119. *K*, 381. Quod hanc significationem apud Homerum dicit semper habere, vide ne Aristonici error sit. Quamquam enim Vossius videtur probare, ad hymn. Cer. 481, tamen quosdam locos aliter suadere arbitror. Frequentissima quidem illa audiendi et accipiendi notio est. — *Ἀγορεύειν* quod proprie est in concione vel consilio dicere*) ponit etiam abusive quando duo colloquuntur, *Σ*, 368 (ubi pro *ταῦτα* l. *ἐνταῦθα*). — *Διακρίνεσθαι διχῶς χωρισθῆναι, ὁ δὲ Ζηνόδοτος συνήθως ἡμῖν τέτακεν* (puto pro iudicium subire). *Γ*, 99. — *T*, 71 *ἡ δ. ὅτι τὸ Ἰαύειν οὐκ ἔστι νῦν κοιμᾶσθαι ἀλλ' ἐπαυλίζεσθαι „ὡς καὶ ἐγὼ πολλὰς μὲν ἀΰπνους νύκτας ἴαυον"* (*I*, 325). — *Ἀνῆκε ἀντὶ τοῦ ἐφῆκε Φ*, 523. — *X*, 25 *ἡ δ. ὅτι τὸ Λίον ἐδιώχθην.* — *X*, 201 *ὅτι τὸ Μάρψαι ἐπὶ ποδῶν ἔταξεν* (V). — *Ἄεθλος, — ον.* Apollon. lex. H. p. 54 differentiam exponit. Ibi est: *οὐδετέρως δὲ ἄεθλα τὰ ἄθλα κατὰ τὸ πλεῖστον*

παλαισμοσύνης ἀλεγεινῆς θῆκεν ἄεθλα (*Ψ*, 701)

ὅθεν καὶ Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκει μεῖζον ἄεθλον (*Ψ*, 551). *τὸ γὰρ ἔπαθλον θέλει δηλοῦν.* Ergo fuerunt qui *μείζον' ἄεθλον* scriberent**).

---

*) *ἀγορήσατο* nusquam aliter.

**) Verba *κατὰ τὸ πλεῖστον* produnt mihi grammaticum aliquem qui speciosis locis se falli passus est (quales sunt profecto *φ*, 73. 106) ut *ἄθλον* apud Homerum etiam hic illic pro *ἆθλος* positum putaret. Sed Aristarchum certum est mihi nec illis locis deceptum esse (iam enim hunc melius cognovimus) nec eo, quod est *ϑ*, 160 *ἄθλων οἷά τε πολλὰ μετ' ἀνθρώποισι πέλονται.* Talia Aristarchus attenderat. Ad *H*, 238 *βῶν τό μοι ἐστι* — notatum: *ὅτι προτάξας θηλυκὸν οὐδέτερον ἐπήνεγκε τό μοί ἐστι πρὸς τὸ σημαινόμενον, ὡς τὸ νεφέλη δέ μιν τὸ μὲν οὔποτε* (Od. *μ*, 74). Ceternm *ἄεθλον*

Ἅρματα Δ, 226 ἡ δ. ὅτι τὰ ὀχήματα νῦν χωρὶς τῶν ἵππων ἅρματα εἴρηκεν. — Ἀγών usurpatur pro ἄγυρις, συναγωγή, H, 298 (θεῶν ἀγών). Σ, 376 (θεῖος ἀγ.). De νεῶν ἀγών ad Π, 239. 500. O, 428. T, 42. cl. Ω, 141. — Ἀγκών γωνία Π, 702. — Δώματα dixit tabernacula (ὅτι καταχρηστικῶς τὰς σκηνὰς οὕτως εἶπεν) Ω, 512. Item Οἶκος, Ω, 512. — Θέμιστες δίκαι Π, 387. (Θέμις dea concionibus praefecta Y, 4). Cyclopes ἀθέμιστοι (ι, 106) καθὸ οὐ κοινοῖς χρῶνται νόμοις. Apollon. lex. p. 60. — Ἐναύλους τοὺς ποταμοὺς τοὺς ἐπιμήκεις. Φ, 283. — Ἐνοπή, ut βοή, pro pugna P, 714. — Κασίγνητοι ἀνεψιοί Ω, 47. O, 545. — Γνωτός ἀδελφός Ξ, 485. O, 336. — Ξ, 219 ὅτι τὸ κατὰ τὸ στῆθος κόλπωμα τοῦ πέπλου Κόλπον εἶπε. Cf. X, 80. — Κόνις τέφρα Σ, 23. — Κόπρος σποδός Ω, 164. (X, 444. v. Apoll. l. H.) — Λάρναξ pro σορός, urna Ω, 795. De eodem vocabulo observatum ad Σ, 413 ὅτι λάρνακα τὴν κιβωτόν. νεωτερικὸν γὰρ ὄνομα ἡ κιβωτός*). — Λόφος collum, hinc καταλοφάδεια K, 573. — Τέλος τάγμα K, 470. Σ, 298. — Ὀνείατα non ubique ῥῴματα (sic explicuerant glossographi), ἀλλὰ πάντα τὰ ὄνησίν τινα περιποιοῦντα, ὡς νῦν τὰ δῶρα, Ω, 367. — Ὅπλα et arma et quodcunque instrumentum. Neque enim dubitandum videtur quin quae in B leguntur ad Σ, 613. T, 21 ex A fluxerint. — Ποινή dicitur etiam pro quovis pretio soluto, quamquam proprie est pretium pro caede solutum (et

---

pro ἄεθλος dixit Xenophan. Athen. p. 414. a (p. 60 Karsten) εἴτε τὸ δεινὸν ἄεθλον ὃ παγκράτιον καλέουσι. Sed Aeschyli locus Suppl. 1034 στυγερὸν δὲ πέλει τόδε γ' ἆθλον incertus est: ibi corruptela latet.

*) Schol. V ad Ω, 228 memorabile habet exemplum ut hi Aristarchum intellexerint: Ἀρίσταρχος δέ φησι τὴν κιβωτὸν νεωτέραν εἶναι. ἀγνοεῖ δὲ ὅτι καὶ Σιμωνίδης καὶ Ἑκαταῖος μέμνηται αὐτῆς!

derivare videtur a *φόνος*). *E*, 266. cf. *Γ*, 285. De mercede ab interfectore soluta vocabulum proprium esse ex pluribus locis apparet. — *Τιμή ἐπιτίμιον, τιμωρία Γ*, 286. *P*, 92. — *Περιωπή τόπος ἐξ οὗ περιόψεταί τις πάντα Ξ*, 8. — *Τέμενος* (*ἐν δ' ἐτίθει τ. βαθυλήιον*) *ὅτι τὸν ἀποτετιμημένον τόπον τ. λέγει Σ*, 550. Cf. *Z*, 192. — *Τάφος τὸ δεῖπνον τὸ περὶ τὴν ταφὴν γενόμενον Ψ*, 29. — *Τένων. X*, 396 *ὅτι νῦν τένοντας εἶπε τὰ διατεταμένα τῶν σφυρῶν νεῦρα ὄπιθεν τῆς κνήμης. Φ*, 36 *ἡ δ. ὅτι πάντα τὰ τεταμένα νεῦρα τένοντας Ὅμηρος λέγει.* — *Φλέγμα Φ*, 337 *ἡ δ. ὅτι τὴν φλόγα κατὰ τὸ οὐδέτερον.* — *Χορός Σ*, 590 *τὸν τόπον χ. εἴρηκεν οὐ τὸ σύστημα τῶν χορευόντων.* — *Μέσσαυλος P*, 657. *P*, 112. *ἡ διπλῆ ὅτι τὴν κατ' ἀγρὸν ἔπαυλιν μέσσαυλον· οἱ δὲ Ἀττικοὶ τὴν μέσην θύραν τὴν διορίζουσαν τήν τε γυναικωνῖτιν καὶ τὸν ἀνδρῶνα.* — *Στόμαχος. P*, 147 *οὐ λέγει τὸ στόμα τῆς κοιλίας ὥσπερ ἡμεῖς ἀλλὰ τὸν βρόγχον — ἐπιφέρει γοῦν ἀντικρὺ δ' ἀπαλοῖο δι' αὐχένος.* — *Ὄψον. A*, 630 *ὅτι πᾶν προσόψημα ὄψον οἱ ἀρχαῖοι. I*, 486 *ὅτι πᾶν τὸ προσεσθιόμενον ὄψον ἔλεγον οἱ παλαιοί.* — *Ὅτι Ῥέθη πάντα τὰ μέλη, οἱ δὲ Αἰολεῖς τὸ πρόσωπον Π*, 856. *X*, 68. — *Ω*, 228 *ἡ δ. ὅτι Ἐπιθήματα τῶν κιβωτίων τὰ πώματα, καταχρηστικῶς δὲ πίθων καί τῶν ὁμοίων.* — *K*, 258 *ἡ δ. ὅτι κυνέην καταχρηστικῶς τὸν ἐκ ταυρείου δέρματος.* — *Λ*, 86 *δρῦν ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ ἀπὸ τοῦ ἀρχαιοτέρου πᾶν δένδρον.* — *Φ*, 36 *ἡ δ. ὅτι Ἀλωήν τὴν δενδροφόρον γῆν νῦν λέγει· ἐπιφέρει γὰρ ὃ δ' ἐρινεόν.* — *Θ*, 66 *ἡ δ. ὅτι νῦν τὴν πρὸ μεσημβρίας ὥραν ἠῶ λέγει.* — *Νέον* ponitur pro *νεωστί*. *O*, 538. *I*, 520. *M*, 336. Nec aliter accipiendum *I*, 446. 7. Cf. Apollon. lex. 568. — *Ψ*, 485 „*δεῦρό νυν ἢ τρίποδος περιδώμεθα*“ *ὅτι ἀντὶ τοῦ ἄγε τὸ δεῦρο.* — Notandum *οὕνεκα* pro *τοὕνεκα E*, 266. *I*, 505. — Et *προτέρω* de loco pro *ἔμπροσθεν K*, 469. — *Ἔπειτα* non tantum de ordine, sed etiam de tempore, *μετὰ ταῦτα*. Ad sta-

biliendam egregiam explicationem *I*, 169 sqq. V. h. l. et *K*, 93. *N*, 586. *Ψ*, 551 (cf. *Δ*, 377).

Item quaedam alia*), *αὐτός Θ*, 99. *ἔφην Π*, 203. *ἄειρε Z*, 264. *ἔκλιναν E*, 37. *αἴθοψ K*, 152 (?), *κουρίξ χ*, 188. *πλωτὴ νῆσος κ*, 3. Apollon. lex. 666. *παναίολος I*, 77. *ἠθεῖε* et *ἠθείη κεφαλή K*, 37. X, 229. *Ψ*, 94. — *ὀκνέω E*, 233. — *πυρετός X*, 31 (cf. Plut. poes. Hom. 16). *καμινώ* Eust. ad *σ*, 27 (cf. Schol.) *μεσόδμαι* Sch. *τ*, 37. — *λάων (ἀσπαίροντα λάων) *τ*, 229. Apollon. 520. *μείρεσθαι* (quo Zenodoti falsa lectio correcta) *H*, 127. *Οὖρος οὐρεύς K*, 83. Hic versus spurius**). *Παλίωξις M*, 71. Hinc *O*, 69 spurius (v. ib.) — *Νηλίτιδες τ*, 498. Apollon. lex. 574 (iure improbata eius interpretatio Passovio). *κρατεντάων* Apollon. p. 500. *κλίσιον* Apollon. 484. Porphyr. ad I, 90. *κῆλα* Apollon. 476. cl. Schol. *Δ*, 584. *M*, 280. (v. Soph. Trach. 1086. Schol. Pind. Pyth. *Δ*, 344, ubi post *Διός* ins. *ὅπλον*). — *καλάμη* (ad *ξ*, 214) Apollon. 456. — *κέρα ἀγλαέ Δ*, 385. *βοὸς κέρας μ*, 253. Apollon. 472. *ἰονθάς* Apollon. 438 (ubi ab *ἰονθάδος* Aristarchi verba sunt ex commentario; et versus Sophoclis scribendus videtur *ἐγὼ μέλαιναν ἐξιονθίζω τρίχα* pro *μίαν μέν*). *ὑλακόμωρος, ἐγχεσίμωρος, ἰόμωρος* Schol. *ξ*, 29. Apollon. 438. *ἄωροι πόδες* Scyllae *μ*, 89. *ἐμπλήγδην*. Apollon. 320. *ἀφήτωρ (i. q. *ὁμοφήτωρ*) *I*, 409. *ἐν καρὸς αἴσῃ I*, 378. *ἐπιστάμενος* Apollon. 348. *ἑρμίς* ib. 362.

---

*) Asterisco notavi quae aliquid insigne habent in utramque partem.

**) Vidimus tuentem Münscherum Schulzeit. 1829 No. 70. Sed nimis profecto ridiculus Nestor, si quid novi suspicans tabernaculum intrantem tanta cum gravitate interrogaret, ecquid mulum quaereret stabulis egressum. Nec multo aptior haec ponderanti videri debet iuterrogatio quaeratne aliquem custodum sociorumve. Uncinis inclusit Wolfius.

στεφάνη ib. 468. 734. σκῶλος ib. 726. ἀπαιγίζοντα ib. p. 332. ἐπητής ib. 338. *ὀαρίζειν X, 128. κρῖ Apollon. 524. ὄρθια ἤϋσε ib. 612. πολύαιν' Ὀδυσεῦ ib. 670. συνώμεθα ib. 746. στρεπτὸς χιτών 738. νήδυμος B, 2. κρήγυον A, 106. *βράσσων K, 226. γλαφυρός (ad diiudicandam lectionem) A, 480. αὖ ἔρυον M, 261. ἠγορόωντο A, 1 (Porphyr. cod. Leid.) μύκε Y, 260. αἰθουσα Y, 11. ἀμφίθετος φιάλη Athen. 501. b. Schol. Ψ, 270 (in quo aliquid corruptum est) 616. λίνος Σ, 570. αὖτως (ad lectionem tutandam adversus Zenodotum) Σ, 584. *ἀσκήλιος Σ, 77. λικριφίς Ξ, 63. τρίγληνα μορόεντα Ξ, 183. κόλπον ἀνιεμένη X, 80. χηραμός Φ, 495. λόφος φάλος K, 258. ἔδνα Π, 178. *προθέλυμνα I, 561. Sch. Pac. 1208. τέττα. ἄττα A, 411. I, 607. *ἀστεμφής Γ, 219. ἄβρομος N, 41. ἄριστοι N, 740 (quod tamen non video quid valeat ad B, 580). — ἀμοιβοί N, 793. νείκεσσε H, 161 (ad versum spurium Ω, 29) — χάρμη N, 82 (in schol. A pro Ἀριστίδης leg. Ἀρίσταρχος). πανόψιος Φ, 397. χέραδος Φ, 319. κοτύλη X, 494. ὀνόσασθε Ω, 241, ἐντυπάς Ω, 163. *χέρνιβον χέρνιψ Ω, 304. μέλαν δρυός (μελάνδρυον?) ξ, 12 (vel potius Eust. h. l.) κήτειοι Eust. et schol. ad λ, 521 (cui tamen testimonio diffido, non quin putem etymologiae rationem Aristarchi esse non posse', sed quod parum elegans ἑταῖροι μεγάλοι κτείνοντο ἀμφ' αὐτόν). δέκτης δ, 248. περὶ στένεται Π, 163. Quo tamen loco quae Aristonicus scripsit comparans cum Apollonii lex. p. 736 vix dubito quin de suis Aristonicus largitus sit magistro haud gratiam habituro. (Cf. ad στεινόμενος Φ, 220). De κλυτόπωλος quod Aristarcho tribuitur apud Apollon. lex. H. p. 486, quod in vocabulo explicatu facillimo et multis quae Homerus habet simillimis aperto supra quam dici potest ineptum est, cave fidem habeas. Scilicet lacuna est apud Apollonium; Aristarchi voc. paraphrasis excidit. — In qui-

busdam satis habuit varias explicationes ponere nec litem dirimerre. V. *ἀκοστήσας Z*, 506. *νὺξ ἀβρότη Ξ*, 78. *ἄξυλος Λ*, 155. *λαισήϊα M*, 428. *διὰ σπιδέος πεδίοιο Λ*, 754.

---

§. 4. Significavi supra (p. 54) ita institutum fuisse ab Aristarcho ut verbum verbo exprimeret. Ad *B*, 420. Didymus haec servavit Aristarchi: „*ἀλλ' ὄγε δέκτο μὲν ἱρά, πόνον δ' ἀλίαστον ὄφελλεν, οἷον αἴσια ἐσήμαινεν ὥστε λέγειν τοὺς μάντεις ὅτι δέδεκται, τοιοῦντον μέντοι πόνον αὐτὸς ηὔξεν ὃν οὐκ ἂν ἐκκλίνειεν*". Ad *Γ*, 406 *ἧσο παρ' αὐτὸν ἰοῦσα, θεῶν δ' ἀπόεικε κελεύθου*. Hic Didymus: *προσθήσειν μοι δοκῶ καὶ τὴν Ἀριστάρχου λέξιν οὕτως ἔχουσαν „τῆς δὲ εἰς τὰς θεοὺς ὁδοῦ εἶκε καὶ παραχώρει, μὴ βαδίζουσα εἰς αὐτούς"*. *B*, 435 *μηκέτι νῦν δήθ' αὖθι λεγώμεθα*) *οὕτως αἱ Ἀριστάρχου· λέξεις ἐκ τοῦ β τῆς Ἰλιάδος· δηθά πολὺν χρόνον, αὖθι αὐτοῦ, λεγώμεθα συναθροιζώμεθα. ὁ δὲ λόγος τοιοῦτος· μηκέτι νῦν ἐπὶ πολὺν χρόνον αὐτοῦ συνηθροισμένοι μένωμεν.* Et fuerunt multa vocabula quorum ad explicationem praeter hanc paraphrasin nihil addiderat. In lexicon Apollonii eiusmodi paraphrases complures venerunt. p. 174. *Ἀνέχῃσι ἡ μὲν λέξις ἐν τῇ τ τῆς Ὀδυσσείας*

εὐδικίας ἀνέχῃσι — (*τ*, 111).

ὁ δὲ Ἀρίσταρχος· εὐδικίας ἄνω ἔχῃ. p. 164 *ἀνακτορίῃσι τοῖς τοῦ ἄνακτος οἷον τοῦ δεσπότου*

δειπνήσας δ' ἅμ' ὕεσσιν ἀνακτορίῃσιν ἑπέσθαι (*o*, 396).

. . . ὁ δὲ Ἀρίσταρχος· ταῖς τῶν ἀνακτόρων ὑσί. p. 742 *συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν καὶ μάλα λυγρῶν* (*N*, 237) *. . . ὁ γὰρ Ἀρίσταρχος τὴν ὅλην διάνοιαν ἐξηγούμενός φησι· σφόδρα καὶ κακῶν ἀνθρώπων εἰς ταὐτὸ συνελθόντων γίνεταί τις ἀρετή.* p. 652 *περιῤῥηδὴς δὲ τραπέζῃ κάππεσε δινηθείς* hoc ita expressit Aristarchus: *στροβηθεὶς περιφερὴς ἔπεσε τῇ τραπέζῃ ὡς περικλασθῆναι περὶ αὐτήν.* p. 808 *ὑπεμνήμυκεν* (*X*, 491) *ὁ Ἀρί-*

σταρχος ἀποδίδωσιν ὑποκατανένυκται (l. — νένευκε). — ib. ὑπεροπλίσσαιτο (ρ, 268) νικήσειε τοῖς ὅπλοις*). p. 474 κερδαλεόφρων φρόνημα κερδοῦς ἔχων (ne quis lucri studiosum intelligat, v. sch. Z, 153). p. 288 δυσηλεγής (? τανηλεγής) θάνατος, πόλεμος — μακροκοίμητος, κακοκοίμητος**), νεμεσητός μεμψίμοιρος (V ad Λ, 649), ἐπίηλε (χ, 49) ἐπειςέπεμψε, p. 344, et quaedam alia in iis, quae iam supra attulimus. Apparet studuisse in his verborum sensum vocabulis notioribus et propriis quam accuratissime reddere, ita ut in compositis etiam praepositionum vis patefieret, in quo perspicuitatis causa non fugit pluribus verbis uti. Si commode fieri posset tenuit in paraphrasi Homerici vocabuli radicem, ut ἀνακτορίῃσιν ὕεσσι non δεσποτικαῖς ne ἀνάκτων quidem reddidit sed ταῖς τῶν ἀνακτόρων. Item κερδαλεόφρων. Et ἀνέχῃ. Hoc tamen non anxie secutus est. Sed propria vocabula quaesivit, ut αὐτὸς γὰρ (Antinous) ἐπίηλεν τάδε ἔργα (χ, 49) ἐπειςέπεμψε. Nam ἐπιπέμπειν et ἐπειςπέμπειν proprie dicitur in malis. Et difficiliora etiam felici conatu transtulit, ut νεμεσητός μεμψίμοιρος; et μακροκοίμητος, κακοκοίμητος quam pulcra et significantia vocabula sunt.

---

§. 5. Hinc facile intelligitur nullum fere fuisse vocabulum quin paraphrasi expresserit Aristarchus: et ex hoc genere sunt sine dubio apud Apollonium et Hesychium Aristarchea complura. Sed vehementer dolendum quod istarum observationum de vulgaribus

---

*) Verba τοῖς ὅπλοις exciderunt.

**) Hic locus Apollonii corruptissimus. Pro ἄλλως leg. opinor ἐν Ἰλιάδι (Υ, 154). Et καταστρέφειν εἰς explico μεταλαμβάνειν in Schol. Η, 163. De reliquis hariolari possum.

vocabulis vel vocabb. significationibus cognitis vel nondum cognitis et omnino interpretationum diligentius institutarum, quas per totum Homerum diplarum ope erat persecutus, pars tantummodo superest, quas ei sine haesitatione adscribamus; quae fortasse ex eius copiis nec dimidia nec tertia pars est. Quod facile concedent reputantes et ad Odysseam Aristonicei libri quaedam tantum exigua vestigia relicta esse et minime integra esse ad Iliadem, sic ut de quibusdam (ut *δαίς φράζειν, ἄθλος*) nisi aliunde constaret, per has reliquias factum esset ut omnis notitia periret. Et sunt haud pauca servata ex eodem Aristarcheo genere, quorum quin quaedam ab ipso Aristarcho sint mihi certissimum. Quem de adiectivorum *σχέτλιος, ἀγήνωρ, ὑπερφίαλος* media quam dicunt significatione monuisse traditum, vix dubium quin ad eundem usum Homericum vocabuli *δαίμονες* animos discentium adverterit, quem observatum invenimus e. g. schol. *B*, 190 et ap. Eust. ib. (p. 200). Item *Τίκτειν* apud poetam etiam de patre dici vix iam credimus ab eo praetermissum esse, etiamsi pro certo dici requit, quae in schol. A ad *X*, 53 legimus: *τοὶ τεκόμεσθα*) *ὁμοίως τῷ „Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο“* (*T*, 215) *ἐπὶ ἀρσενικοῦ* Aristonici verba esse: quamquam videntur esse. Thom. M. *τίκτειν κυρίως ἐπὶ γυναικῶν, τὸ δὲ γεννᾷν ἐπὶ ἀνδρῶν. — Ὅμηρος δὲ καὶ ἐπὶ ἀνδρὸς τῷ τίκτειν ἐνίοτε χρῆται· ὡς ἔχει τὸ ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς καὶ τὸ τίκτει μ' ἀνὴρ πολλοῖσιν ἀνάσσων.* — Item Alexandrinos suos eum animadvertisse putem ad Homericam signific. voc. *θυρεός*, cum illo opinor, quod aliquoties supra legimus: *οὐχ ὡς ἡμεῖς*: Phrynichus p. 366 *θυρεός*) *τοῦθ' Ὅμηρος ἐπὶ λίθου τίθησιν ἀντὶ θύρας τὴν χρείαν παρέχοντος. οἱ δὲ πολλοὶ ἀντὶ τῆς ἀσπίδος τιθέασι.* cf. Eust. *ι*, 240. p. 1627. Et multo minus dubito quin illud ei debeatur, quod plane subtilitatem Aristarcheam redolet, quod de

voc. θύρη (hoc fuisse cur attenderet Ar. supra vidimus) Eustathius monuit ι, 243 ubi de Cyclope dicitur τόσσην. ἠλίβατον πέτρην ἐπέθηκε θύρῃσιν. Hic igitur Eust. ὅτι τὴν τοῦ σπηλαίου εἴσοδον ἤτοι τὸ περὶ αὐτὴν διάστημα θύραν ὁ ποιητὴς ἐνταῦθα λέγει, καθά που καὶ ἐν Ἰλιάδι πύλας τὸν τόπον περὶ ὃν αἱ πύλαι. Idem monitum ad ν, 370, ubi de Minerva, Ulixi thesauris in Nympharum antro reconditis, dicitur: καὶ τὰ μὲν εὖ κατέθηκε λίθον δ' ἐπέθηκε θύρῃσιν. Ibi Eust. (p. 1744) λέγει δὲ θύρας ὡς καὶ προεδηλώθη τὴν τοῦ σπηλαίου ὀπήν. — Apud Apollonium lex. H. p. 600 haec legimus ὅμως δ' οὐ λήθετο χάρμης (M, 393) εἰώθαμεν — Sed haec iam corrupta, quae sic recte explebimus οὐχ ὡς ἡμεῖς εἰώθαμεν ἀποφαίνεσθαι λέγοντες· κακοπάθειαν μὲν ἔχει ἡ καρτερία, ὅμως δ' οὐκ ἀποσχετέον. ταύτην φημὶ τὴν δύναμιν μὴ γινώσκειν τὸν ποιητήν, ἀλλ' ἀεὶ (ins. διὰ) τοῦ ἔμπης αὐτὴν ἐκφέρει. Reliqua manca et corrupta. Cf. Schol. λ, 565 ἔνθα χ' ὁμῶς) περισπαστέον· ἐπίῤῥημα γάρ· τῷ συνδέσμῳ οὐ χρῆται, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ τῷ ἔμπης. διὸ καὶ τὸ ὅμως δ' οὐ λήθετο χάρμης οἱ πλείους περισπῶσι. Hoc Aristarchum praeteriisse eo minus credam cum vocabulum ἔμπης, ut supra vidimus, notasset. Res verissima; neque enim ulla ratione concedi potest, ut cum Homeri sermo pro „attamen", quod sexcenties dicendum erat et dictum est, ferret ἔμπης, uno vel duobus in tam amplis carminibus locis ὅμως positum sit. Sed quomodo hos locos, qui eius rei speciem praebent, expediverit nescimus. λ, 565 nihil obstat quo minus intra seriem spuriorum fuerit. Etenim circa hunc versum longam versuum seriem pro spuria habitam scimus; in quo atheteseos initium fuerit ex codd. perspici nequit (v. Buttm.): quare nil impedit quo minus iam h. v. (565) fuisse putemus, non demum v. 567, ut Buttm. statuit. Sed sive hoc vidit Aristarchus sive violentius

explicans tenuit ὁμῶς, ut scholiasta, certe quin vere spurii sint 565—7 nemo dubitare debet. Duplex venit in textum huius loci recensio, ut factum et ab Ar. intellectum Od. δ, 280—290. Hoc loco altera recensio fuit 541—564, altera 541—546, quibus statim annexi 565—567 (ἔνθα χ' ὅμως —). Sic duos reliquos habemus locos, ν, 405 ὅς τοι ὑῶν ἐπίουρος, ὅμως δέ τοι ἤπια οἶδεν. et M, 393.

Σαρπήδοντι δ' ἄχος γένετο, Γλαύκου ἀπιόντος,
αὐτίκ' ἐπεί τ' ἐνόησεν· ὅμως δ' οὐ λήθετο χάρμης *),

quos veteres in ὁμῶς perstantes violentius explicant, equidem ab Homero non hoc modo profectos censeo.

Hac via observandi, quam feliciter summus grammaticus praeivit, et hodie progrediamur. Thierschius in Act. phil. Mon. I, 3 p. 310 et in diss. de carm. Hes. in Memor. Acad. Mon. 1811 p. 13 observavit a veteri lingua epicorum usum particulae ὥστε pro „ita ut" alienum esse, modo ne locos Homericos aliter suadentes praeteriisset. I, 42 εἰ δέ τοι αὐτῷ θυμὸς ἐέλδεται ὥστε νέεσθαι· ρ, 21 οὐ γὰρ ἐπὶ σταθμοῖσι μένειν ἔτι τηλίκος εἰμί, ὥστ' ἐπιτειλαμένῳ σημάντορι πάντα πιθέσθαι. Priore loco quam sponte se praebeat poetam dedisse ἀπονέεσθαι unusquisque videt. Alter abesse potest **), et nullus fuit aut alius. Tertius versus in censum venit γ, 246 τρὶς γάρ μίν φασιν ἀνάξασθαι γενεὰ ἀνδρῶν·

ὥστε μοι ἀθάνατος ἰνδάλλεται εἰσοράασθαι.

Sed hunc versum recte pro exclamatione habere licet, quamquam tres versus, quibus hic continetur, aliis de causis pro spuriis habiti. ὥστε, ut hic, ab initio versus ἀσυνδέτως positum invenies α, 227. ζ, 122. cf. δ, 45. η,

*) Wolfius hoc uno loco ὅμως. —? ὁ δ' οὐδ' ὡς λ.

**) Cf. ἐπεὶ οὐκέτι τηλίκος ἐξίν. τ, 88, α, 297.

84. De Hesiodo in tam paucis reliquiis nihil certi in eiusmodi rebus statuere licet, ut haec causa mihi non sufficere videatur ad reiiciendum Op. 44 *ῥηιδίως γάρ κεν καὶ ἐπ' ἄματι ἐργάσσαιο ὥστε σε κ' εἰς ἐνιαυτὸν ἔχειν καὶ ἀεργὸν ἐόντα*, quod Thiersch. fecit. Hymn. Apoll. 530 *οὔτε τρυγηφόρος ἧδε γ' ἐπήρατος, οὔτ' εὐλείμων*
ὥστ' ἀπό τ' εὖ ζώειν καὶ ἅμ' ἀνθρώποισιν ὀπηδεῖν *). Qua occasione utar ad alius particulae usum Homericum notandum, in quo Hesiodus iam ab eo recessit *ἐξαῦτις* apud Homerum semper significat „denuo" et ponitur, ubi quis colloquens lacrymis, lamentatione sive alia re impeditus orationem interrumpit, tum vero restituto colloquio dicere pergit (*A*, 223. *ε*, 234. *π*, 193. *τ*, 214. *φ*, 206. *ω*, 350) vel si quis in actione sive ea coena fuit (*δ*, 204) sive pugna (*E*, 134. *N*, 535**) 654) sive alia quaecunque (*ι*, 537. *ε*, 419. *μ*, 122.) intermissa eandem repetit. Sed Hesiodus pro *αὖ* et *αὖτις*. Theog. 654 *ὣς φάτο, τὸν δ' ἐξαῦτις ἀμείβετο Κόττος ἀμύμων*. 659 *ἄψορρον ἐξαῦτις — ἠλύθαμεν* „rediimus". 915 *Μνημοσύνης δ' ἐξαῦτις ἐράσσατο καλλικόμοιο* „porro amore captus est Mnemosynae". Item posteriores, e. g. Rhianus ap. sch. Apollon. III, 1090 (p. 37 Saal) *Πυῤῥαίαν ποτε τήν γε παλαιότεροι καλέεσκον Πύῤῥης Δευκαλίωνος ἀπ' ἀρχαίης ἀλόχοιο· Αἱμονίην δ' ἐξαῦτις ἀφ' Αἵμονος*. Opp. Hal. *E*, 592. Quint. *Θ*, 510. Addam hoc loco, *τάχα* etiam in Hesiodeis iam Homericae consuetudinis fines egressum esse. Opp. 399 *δὶς μὲν γὰρ καὶ τρὶς τάχα* (fortasse) *τεύξεαι*. — Diu observaveram particulam *ὥς* apud Homerum nunquam

*) Apud Appollon. I, 346 pro *ὥσε* leg. *ὥς δέ*, ut 886. 910. 1101. Sed usus est II, 1220 *οὔτε γὰρ ὧδ' ἀλκῆς ἐπιδευομεθ' ὥσε χερείους ἔμμεναι Αἰήταο σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι.*

**) N, 535 cogitandum est Merionen paulum recessise ut galeam amicis traderet, tum denuo procurrisse. O, 287 „denuo vivit."

significare id quod apud Atticos saepissime significat: „nam“. Conturbavit me paululum Nitzschii annotatio ad Od. β, v. 137. Quare relegens Homerum denuo diligenter attendebam: sed vera observatio erat. Qui loci Nitzschio dubitationem iniecerunt facile in ordinem coguntur, modo teneas ὡς οὐ apud poetam esse „tantum abest ut“, „adeo non“. δ, 93. λ, 427. ι, 34, ω, 93. χ, 319. Et fortasse β, 233 (ε, 11). Attamen est etiam ubi ὡς οὐκ recte dici possit.

Lege modo ψ, 135 „vestes ornatas induite,

αὐτὰρ θεῖος ἀοιδὸς ἔχων φόρμιγγα λίγειαν
ἡμῖν ἡγείσθω φιλοπαίγμονος ὀρχηθμοῖο,
ὥς κέν τις φαίη γάμον ἔμμεναι ἐκτὸς ἀκούων,

„ea ratione qua quis dixerit“. Quod cum negatur fit ὡς οὐκ ἄν. Sic explicandus versus ϑ, 239 ὡς ἂν σὴν ἀρετὴν βροτὸς οὔτις ὄνοιτο. „Ipse profiteris, hospes, velle te virtutis tuae specimen edere, ea ratione qua (i. e. ita ut) nemo facile prudens te reprehenderit“*.) Et commode huc trahuntur Φ, 291. β, 137**). — Ὅτε pro adverbio Homero igno-

---

*) Hinc facilis transitus est ad ὥς ἄν οὐ quod legitur (et recte opinor) I, 444, quod ab illo ὡς οὐ, quod significat „adeo non“ diversum est.

**) ὡς δή δ, 373 est ut ὅπως δή δ, 109. — δ, 373 ὡς est ὅτι οὕτως, ut Δ, 157, et sic potest intelligi β, 233 (ε, 11), ubi nunc est ὥς. Scholia utroque loco ὡς explicant sed falso explicant. Hoc nunquam fieri poterit ut omnibus locis affirmari possit sitne ὡς an ὥς scribendum. Quis pro certo dixerit O, 698

αὖτις δὲ δριμεῖα μάχη παρὰ νηυσὶν ἐτύχθη.
φαίης κ' ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν
ἔντεσθ' ἐν πολέμῳ· ὡς ἐσσυμένως ἐμάχοντο.

Sic Wolf. Quidni etiam ἐν πολέμῳ, ὡς —? Item X, 348

αἶ γάρ πως αὐτόν με μένος καὶ θυμὸς ἀνείη
ὥμὶ ἀποταμνόμενον κρέα ἔδμεναι, οἷά μ' ἔοργας.
ὡς οὐκ ἔσθ' ὅς σῆς γε κύνας κεφαλῆς ἀπαλάλκοι.

tum*): quare Λ, 779 ξεινιά τ' εὖ παρέθηκεν ἅτε ξείνοις θέμις ἐστίnon potest esse nisi accusativus pronominis; de quo dubitavit Buttmannus lex. I p. 241. Nec X, 127, ad quem locum ille provocat, οὐ μέν πως νῦν ἐστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης τῷ ὀαριζέμεναι ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε, παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοισιν, aliter explicari potest quam „cum illo colloqui qualia colloquuntur". Recentiores epici ἅτε pro adverbio frequentant, e. g. cum similia ponunt. —

Sed rei per se infinitae ponendus est modus. Quare ex iis, de quibus supra Aristarchi observationes recensuimus, tria tangam: tum hanc dissertationem concludam. Haec sunto φοβεῖσθαι, σῶμα, δαίς. In φοβεῖσθαι et σῶμα tantum necesse quaedam epicorum ponere. φοβεῖσθαι μή Quint. Sm. Γ, 484. Item B, 6

Sic ed. Wolf, sic praefert Nicanor „βέλτιον πρὸ τούτου στίζειν καὶ τὸ ὡς εἰς τὸ οὕτω μεταλαμβάνειν." Sed Aristarchus, si Scholio Parisiensi fides, maluit ὡς, quod item pulcrum (so wahr —). ϑ, 176 praefero ὡς καὶ σοὶ —: nam ὡς, maxime addito καὶ, in exemplis, quae coram oculis sunt, monstrandis frequens. Cf. Fritzsche qu. Luc. p. 199. α, 35. ϑ, 330. Z, 262. Ξ, 111. Sed Ξ, 120 ὣς καί, quod repetit id quod iam antea dictum est (115). Ut hunc extremum locum item accipio ζ, 168 cl. 160 (ὣς δ' αὕτως καὶ v. 166 non potest pertinere ad sequens ὡς sed ad antecedentia.) — Aliis locis ὡς certum, sed explicatio incerta, ut in illo ρ, 218 νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἠγηλάζει· ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Sic Wolfius, melius videtur ἠγηλάζει. ὁμοῖον! propter commotam orationem. Quod idem cadere videtur in ρ, 449. Contra ω, 194 ubi oratio ad explicationem convertitur melius fortasse post ἄχοιτιν colo vel commate distinguere, quasi dixisset οἷαι, cf. Nitzsch. T. I. p. 169. — Apud Apollonium Γ, 81 Wellauerus falso ὡς accepit pro „enim". Aut exclamatio est aut scribendum ὡς. Eadem dubitatio esse potest in loco simillimo Oppiani Hal. Δ, 211. Pro „enim" nec hi epici vocabulo usi sunt.

*) Hoc fugisse Arist. certum ex Apollonio adv. 558.

ἐπεὶ φόβος ἕλλαβε πάντας, μὴ δήπου μέγα τεῖχος ὑπερθόρῃ ὄβριμος ἀνήρ. Cum genitivo eius quod timemus φόβος. Opp. Hal. *A*, 203 ὣς οἵγ' ὠκυπόροισιν ἀεὶ νήεσσιν ἕπονται ὄφρ' οὔτις γαίης ἐλάει φόβος. Item φόβος timor *A*, 741. 746, *Γ*, 160 et saepius. — Σῶμα. Hes. Op. 538 τὴν περιέσσασθαι, ἵνα τοι τρίχες ἀτρεμέωσι μηδ' ὀρθαὶ φρίσσωσιν ἀειρόμεναι κατὰ σῶμα. Hoc Homerus dixisset κατ' αὐτόν. Opp. Hal. *Γ*, 601 σκολιοῖσι δ' ἐπαΐσσουσιν ὀδοῦσι σώματι μηδόμενοι πόρον ἄρκιον. (Hom. σφίσιν αὐτοῖς). Cyn. *Γ*, 505 πτῶκας ἀείδωμεν, θήρης ἐρίδωρον ὀπώρην. Σῶμα πέλει τυτθὸν, λάσιον (Hom. δέμας τυτθός). — In usu vocabuli δαίς ut in aliis multis apparet quaedam sermonis Homerici castitas, verbo, quod quasi natura sua quoddam humanae mansuetudinis signum impressum habebat, (cf. δαὶς ἴϊση), quod ad Deorum venerationem spectabat (δαὶς θεῶν) suam vim et quendam dignitatis locum conservantis. Posteriores nec sentiebant haec nec purgato Homero utebantur. Euripidem conieceris in Zenodoteam lectionem incidisse οἰωνοῖσί τε δαῖτα. Hecub. 1020 (Bothe) ποῦ πᾶ φέρομαι τέκν' ἔρημα λιπὼν Βάκχαις Ἄιδου διαμοιρᾶσαι σφακτὰν κυσίν τε φοινίαν δαῖτ'. Idem Ion. 446 βρέφος Φοίβῳ πτανοῖς ἐξώρισεν θοίναν θηρσί τε φοινίαν δαῖτα. Soph. Phil. 957 ἀλλ' αὐτὸς θανὼν παρέξω δαῖθ' ὑφ' ὧν ἐφερβόμην. Theocr. XIII, 63 ὠμοφάγος λὶς — ἔσπευσεν ἑτοιμοτάταν ἐπὶ δαῖτα νεβρῶ. Quint. Sm. *E*, 209 ὄφρα σε Τρῶες ἀμφιτόμοις ξιφέεσσι διαμελεϊστὶ κέδασσαν δαῖτα κυσὶ σφετέροισι. Sed omnium frequentissime ad epulas vocantur bestiae ab Oppiano. *B*, 622 ζωὸν δὲ διαρταμέοντες ὀδοῦσι (θῶες sc.) ῥινὸν ἀποσχίζουσι, πάρος θανάτοιο κυρῆσαι, δαῖτα κελαινοτάτην τε καὶ ἀλγίστην πονέοντες. Lautae epulae, at illotae. *E*, 55 οἱ δὲ αὐτοὶ (pisces marini) ἀλλήλους ὀλέκουσι χερείονα φέρτερος ἀλκῇ πέφνων, ἀλλήλους δὲ βορὴ καὶ δαῖτες ἔασι. Creberrime hic poeta

δαίς, δαίνυσθαι, δαιτυμών (*A*, 63. 489. *Γ*, 232*) ad pisces aliasque bestîas transfert, quod in hoc carmine cum multa ad similitudinem vitae hominum depinxerit nonnunquam iucundae parodiae speciem habet, ut cum cancer εἰλαπινάζει δαῖτα φίλην *A*, 177 (cf. *Γ*, 219), quamquam dubitari potest an in eligendo vocabulo hoc carminis auctor cogitaverit**). Δαιτρεύειν his est laniare (v. Schneiderum) Hal. *B*, 294. 606. (h. l. med). Cyneg. *B*, 247. 263. Item Nonno. V, 363 ἀμφιπαγεῖς ὀνύχεσσιν ἀφειδέσι λυσσάδες ἄρκτοι νεβροφανῆ χαροποῖσιν ἐδαιτρεύσαντο γενείοις.

---

*) Nonnus aquilam Promethei dicit ἧπατος ἠβώοντα ἀφειδέα δαιτυμονῆα I, 577.

**) In transferendis vocabulis ab hominibus ad bestias mirus aliquoties auctor Cynegeticorum. De equis loquitur *A*, 245 πειρᾶτο σχέτλιος ἀνὴρ μητέρα παιδὸς ἑοῖο παρ' ἀγκοίνῃσι βαλέσθαι. Item 255 καὶ τετέλεστο ξεῖνος, ἀπόπτυστος θάλαμος, στυγερώτατος ἵπποις. *B*, 201 Cervus φεύγουσαν μάρπτει δὲ καὶ ἀγκὰς ἔχει παράκοιτιν. Hal. *A*, 692 σκύμνους ἀγκὰς ἔχουσα (de phoca).

Dissertatio III.

De explicatione poetae quatenus pendet a scientia antiquitatis Homericae.

Tot vocabulorum usu Homerico accuratissime cognito quasi instrumentum sibi paraverat grammaticus excellentissimus et ad crisin exercendam et ad antiquitatem Homericam pernoscendam, quae scientia cum illa arctissime coniuncta et connexa est. Praeterea cum eandem quam iam cognovimus afferret observandi diligentiam et subtilitatem iisdemque rationibus inniteretur, ut et fabulas et terrae coelique descriptionem et artem poetae non nisi ex ipso unoque Homero expediret, hanc quoque rem cessisse optime vel incognita caussa concedemus. Hinc allegoricae interpretationi obstitit (v. Wolf. p. CLXV.), fabularum enarrationem ab omni temporum confusione vindicavit, nec in regionum nec in coeli cognitione plus tribuit poetae quam carmina praestant, denique quidquid de cultu victuque illorum hominum scire necesse est, maxime ea unde plurima pendent, quae iterum iterumque recurrunt, ex ipsis poematis summa cum assiduitate eruit. Primum hoc duce coelum lustremus et Divos, dein ad homines atque in hunc orbem descendamus.

C. I.

De aëre, aethere, Olympo, et quaedam alia de facie mundi.

§. 1. Quae his temporibus coeli terraeque Homericae investigatores observaverunt, ea attendit Aristarchus et multa eadem plane ratione expediverat. Primum de discrimine, quod est inter *οὐρανός*, *Ὄλυμπος*, *αἰθήρ*, *ἀήρ* eadem docuisse invenitur cum Vossio. *Ἀήρ* terrae proximus usque ad nubes, quae ultra has regio est *αἰθήρ* et *οὐρανός*. *Οὐρανός* enim dupliciter significat et solidum coeli firmamentum (*τὸ στερέμνιον*) et totam istam superiorem regionem i. q. *αἰθήρ*. Hinc quibus coelum quasi finitur et clauditur nubes coeli portae dicuntur (*E*, 749). Sed ab eo, qui poetae dicitur *οὐρανός*, diversus Olympus, qui nec ipsum coelum est nec (ut tum quidam putarunt) quidam coeli locus, sed mons Macedoniae: nec unquam haec commutantur. Cacumina vero Olympi cogitantur nubes excedere: inde est quod Olympus dici possit in Coelo esse. Ecce testimonia *Ξ*, 288 *εἰς ἐλάτην ἀναβὰς* (Somnus) *περιμήκετον, ἣ τότ' ἐν Ἴδῃ μακροτάτη πεφυυῖα δι' ἠέρος αἰθέρ' ἶκανεν*) *ἢ διπλῆ ὅτι καθ' Ὅμηρον ἀήρ ὃ ἀπὸ γῆς μέχρι νεφῶν τόπος· ὁ δὲ ὑπὲρ τὰ νέφη τόπος αἰθήρ καὶ ὁμωνύμως τῷ στερεμνίῳ οὐρανός. διὸ τὰ νέφη λέγει πύλας οὐρανοῦ. B*, 458 *αἴγλη παμφανόωσα δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἶκεν*) *ὅτι καθ' Ὅμηρον πρῶτος ἀπὸ γῆς ἐστιν ὁ ἀήρ, εἶτα μετὰ τὰ νέφη αἰθὴρ ὃν καὶ ὁμωνύμως τῷ στερεμνίῳ οὐρανὸν καλεῖ. — E*, 749 *αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον Ὧραι, τῆς ἐπιτέτραπται μέγας οὐρανὸς Οὔλυμπός τε, ἠμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν νέφος ἠδ' ἐπιθεῖναι*) *ἢ διπλῆ ὅτι πύλαι οὐρανοῦ τὰ νέφη· ὁ γὰρ ὑπὲρ ταῦτα τόπος ὁμωνύμως τῷ στερεμνίῳ οὐρα-*

νὸς καλεῖται. Θ, 393 in iisdem versibus eadem observatio: ἡ διπλῆ ὅτι πύλας οὐρανοῦ τὰ νέφη ὑποτίθεται· τὸν γὰρ ὑπὲρ τὰ νέφη τόπον ὁμωνύμως τῷ στρεμνίῳ οὐρανὸν καλεῖ. πρὸς τὰ περὶ Ὀλύμπου. Iuno postquam cum Minerva curru invehens coelum atque extrema Olympi culmina in coelum porrecta reliquerat, dicitur Iovem reperisse sedentem „ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος Οὐλύμποιο". Hoc (E, 754), quod ab illo discrepare videtur, vide quomodo acceperit: ἡ διπλῆ ὅτι ὄρος ὁ Ὄλυμπος (sc. quod dicitur culmina habere) καὶ ὅτι ὑπερθετικὸν ἀντὶ ἁπλοῦ ἀκροτάτῃ ἀντὶ τοῦ ἄκρᾳ· οὐ ζητητέον οὖν πῶς τὸν ὑπὲρ (l. ὑπὸ) τὰ νέφη τόπον ἀκροτάτην εἴρηκε τοῦ τήν (l. κορυφήν)· λέγει γὰρ ἄκραν οἱανδήποτε. Recte: ἀκροτάτῃ κορυφῇ est quasi vernacule dicas: auf höchster Spitze. Hinc omnia montis πολυπτύχου eminentia culmina sic dicuntur, sive supereminent nubes (ut Θ, 3 ubi idem observ. ἡ δ. ὅτι ἀντὶ τοῦ ἄκρᾳ) sive non supereminent. — Olympus mons est: hoc primum ostendunt epitheta et quod eius culmina commemorantur: O, 21. A, 402 ὅτι μακρὸν τὸν Ὄλυμπον ὡς ὄρος· τὸν δὲ οὐρανὸν εὐρύν *). Item Θ, 199 μακρὸν Ὄλυμπον) ἡ διπλῆ ὅτι μακρὸν Ὄλυμπον ὡς ὄρος. Σ, 186 ἡ διπλῆ ὅτι ὡς ὄρος τὸν Ὄλυμπον ἀγάννιφον λέγει. N, 754 ὄρει νιφόεντι ἐοικάς) ἡ διπλῆ ὅτι νιφόεντα τὰ ὄρη. καὶ Ὄλυμπος τοιγαροῦν ὄρος. νιφόεις γὰρ λέγεται (Σ, 615). ζ, 44 hoc habent scholia: οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται) ἀχιόνιστον μὲν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἀνωτέρω μερῶν λέγει· ἀγάννιφον δὲ

---

*) Aliquot locis Zenodotus habebat οὐρανὸν αἰπύν — pro εὐρύν. Γ, 364 οὐρανὸν εὐρύν) ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει αἰπύν. αἰπὺ δὲ ὄρος ἂν λέγοιτο, ὁ δὲ οὐρανὸς εὐρύς. παρήκει γὰρ τῇ γῇ. Item O, 192. ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος αἰπύν· τοῦτο δὲ ὄρεος ἐπίθετον. — Ὄρος αἰπύ, αἰπὺς Ὄλυμπος saepius apud Homerum. Hi loci sine dubio notati fuerunt, sic ut omnes loci, unde

ἀπὸ τῶν κατωτέρω μετὰ τὰ νέφη τόπων. Sic explicuisse Aristarchum non potest dubium esse; nec quid Voelckerum in ea explicatione offendat (p. 6) intelligo. Finxit Homerus Olympum ultra nubes cacuminibus eminentem; quae infra nubes sunt cacumina hominum oculis exposita et nive tecta, quae ultra nubes ab hominum oculis remota, ibi deorum domicilia, ibi aeterna claritas. *Y*, 5 ἡ διπλῆ ὅτι Ὄλυμπος ὄρος· διὸ πολύπτυχος. — *A*, 44 Οὐλύμποιο καρήνων) ὅτι ὄρος ὁ Ὄλυμπος· τὰ γὰρ κάρηνα ἐπὶ ὄρους. Item *Δ*, 74 Ουλύμποιο καρήνων) ὅτι ὡς περὶ ὄρους τοῦ Ὀλύμπου. *Ξ*, 154 Ἥρη δ' εἰσεῖδε — στᾶσ' ἐξ Οὐλύμποιο ἀπὸ ῥίου) ὅτι ὄρος ὁ Ὄλυμπος καὶ ῥία ἔχει καὶ ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐπιθεωροῦσι (ut Iuppiter ab Ida). *Ξ*, 225 λίπεν ῥίον Οὐλύμποιο) ἡ διπλῆ ὅτι ὄρος ὁ Ὄλυμπος. τὸ γὰρ ῥίον ἰδίως ἐπ' ὄρους τάσσεται. *T*, 114 ῥίον Οὐλύμποιο) πρὸς τὰ περὶ Ὀλύμπου. In illo versu γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος (*O*, 193) ne quis intelligat Olympum extra terram poni, haec annotat, quae paene argutiae videbuntur: ἡ διπλῆ ὅτι συναφὴς τῇ γῇ ὁ Ὄλυμπος ὡς ἂν ὄρος· τὸ δὲ ὅμοιον πεποίηκε καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ „ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον, ἐν δ' ὄρος αὐτῇ" (ι, 21). κεχώρικε γὰρ τὸ ὄρος τῆς Ἰθάκης, οὐχ ὡς μὴ ὂν ἐπ' αὐτῆς, καθάπερ καὶ τὸν Ὄλυμπον, ἐπίγειον ὄντα, τῆς γῆς· εἰ γὰρ ὁ αὐτὸς τοῦ οὐρανοῦ ἦ μέρος ἐπουράνιον, οὐκ ἂν κοινός, ἀλλ' ἴδιος τοῦ Διός (v. 192). Haec aptius: *Y*, 58 Ποσειδάων ἐτίναξεν γαῖαν ἀπειρεσίην ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα) ἡ διπλῆ ὅτι διέστειλε τῆς γῆς τὰ ὄρη, ὡς ἐκεῖ „γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος". Item

---

de usu Homerico voc. αἰπύς constaret, notati; cuius rei vestigium superest *N*, 327 ἡ διπλῆ ὅτι αἰπύ μεταφορικῶς ἀντὶ τοῦ δυσπρόσβατον, δυσχερές. Aliis locis permultis (quos enumerat Voelcker. Geogr. H. p. 5) οὐρανὸς εὐρύς. Recte Ar. οὐρανὸν εὐρύν praetulit, quamquam non praefracte negat dici posse aliquo modo οὐρανὸν αἰπύν.

hoc ζ, 42 Οὔλυμπόνδ' ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος —) εἰ μὲν πρὸς οὐρανὸν τὸ ὅθι φασί νῦν οὐ καλῶς ἔχει· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τούτου διστάζει (puto διστάσειεν ἄν) ὁ ποιητὴς λέγων ὅθι φασί, εἰ δὲ πρὸς τὸ καλούμενον οὕτως ὄρος, καλόν. Scholia ad ζ, 42. 44. 45. plura habent quae ex Aristarcheo fonte esse nunc facile quivis agnoscet. Omnino in re gravissima, quae acres videtur adversarios habuisse, magna parva attendit. Scite monitum, quamquam solum per se non probaret, ad ε, 55 ubi Mercurii ad Calypsonem iter depingitur: πρὸς τὰ περὶ Ὀλύμπου σεσημείωται· εἰ γὰρ μὴ ἀπὸ Μακεδονίας ὁ θεὸς ἐξορμᾷ, ἀλλ' ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ, οὐκ ἂν πολλὴν ἐπῆλθεν, ἕως εἰς τὴν νῆσον παραγένηται, ἀλλ' εὐθὺς κατὰ κάθετον γενόμενος (ut Minerva *T*, 350). Caeterum Macedoniae montem indicari his locis colligitur. *A*, 503 (κάππεσον ἐν Λήμνῳ) πρὸς τὰ περὶ Ὀλύμπου· παράκειται γὰρ ἡ Λῆμνος τῇ Θράκῃ. Ξ, 226 Ἥρη δ' ἀΐξασα λίπεν ῥίον Οὐλύμποιο, Πιερίην δ' ἐπιβᾶσα καὶ Ἠμαθίην ἐρατεινὴν σεύατ' ἐφ' ἱπποπόλων Θρᾳκῶν ὄρεα νιφόεντα) ἡ διπλῆ ὅτι Μακεδονικὸς Ὄλυμπος θεῶν οἰκητήριον· ἡ γὰρ Πιερία τούτου ἀκρώρεια, καὶ Ἠμαθία τὸ πρότερον ἡ Μακεδονία ἐκαλεῖτο· παράκειται δὲ καὶ ἡ Θράκη. καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ (ε, 50) ἐπὶ τοῦ Ἑρμοῦ „Πιερίην δ' ἐπιβὰς ἐξ αἰθέρος ἔμπεσε πόντῳ". — Quo loco schol. Pal., quod patet ex his fontibus manasse: ἀναγκάζει τὸ ἔπος ὅτι ὄρος Ὄλυμπος θεῶν οἰκητήριον κατὰ τὸν ποιητήν. Praecipue nota dignus ille locus, ubi Iuno in Olympo thalamum suum ingressa se exornat unguentoque beneolente corpus unguit:

τοῦ (ἐλαίου) καὶ κινυμένοιο Διὸς κατὰ χαλκοβατὲς δῶ
ἔμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἵκετ' ἀϋτμή,

ubi clarissime Olympus a coelo distinguitur: ἡ διπλῆ πρὸς τὰ περὶ Ὀλύμπου. ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ αὐτὸς τῷ οὐρανῷ οὐδὲ τόπος τοῦ οὐρανοῦ· ἀπ' αὐτοῦ γάρ φησι τὴν ὀσμὴν τοῦ μύρου ὁμοίως καὶ εἰς οὐρανὸν ἀφικνεῖσθαι

καὶ εἰς γῆν. τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν ἀνωτάτω τοῦ ὄρους κορυφῶν συμφωνήσει ἴσον διάστημα ἐπὶ γῆν καὶ οὐρανὸν λαμβάνειν (AB). Hoc dicit: non absonum erit ex hoc loco colligere a summis Olympi cacuminibus ad convexa coeli (quae hic intelliguntur) atque ad terram par spatium sibi finxisse Homerum. Sed hoc illinc certissimum Olympum montem a coelo diversum esse. Cum his alia omnia conspirant. Θ, 46 ἡ διπλῆ ὅτι οὐδέποτε εἶπε μεσσηγὺς γαίης τε καὶ Ὀλύμπου νιφόεντος· οὐδὲ τὸν Ὄλυμπον ἀστερόεντα· διαφέρει γὰρ κατ' αὐτὸν ὁ Ὄλυμπος τοῦ οὐρανοῦ. Θ, 68 ἦμος δ' ἠέλιος μέγαν οὐρανὸν ἀμφιβεβήκει) ἡ διπλῆ ὅτι οὐδέποτε ἐν Ὀλύμπῳ τὸν ἥλιον ἀλλ' ἐν οὐρανῷ· οὐκ ἄρα ὁ αὐτὸς τῷ οὐρανῷ. — Denique si quis simul dicitur in coelum venisse et in Olympum, hoc inde explicandum quod cum Olympi cacumina ultra nubes extendantur in illas regiones, quas et αἰθέρα et οὐρανόν dicit, illud rectissime dicitur. Λ, 497 ἠερίη δ' ἀνέβη μέγαν οὐρανὸν Οὔλυμπόν τε) ὅτι οὕτως εἴρηκεν οὐχ ὡς τοῦ Ὀλύμπου ἐπ' οὐρανοῦ ὄντος, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αἱ κορυφαὶ τοῦ ὄρους ὑπὲρ τὰ νέφη εἰσίν· ὁ δὲ ὑπὲρ τὰ νέφη τόπος οὐρανὸς καλεῖται ὁμωνύμως τῷ στερεμνίῳ ἀλλὰ (haec vox corrupta, fortasse: καὶ ἀλλαχοῦ) καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν Ὀλύμπῳ γεγονέναι αὐτὴν λέγει. Item Ω, 97 πρὸς τὰ πέρατα (l. περὶ) τοῦ Ὀλύμπου. Οὐρανὸν γὰρ νῦν εἰπὼν ὑποβάς (104) φησιν „ἦλυθες Οὔλυμπόνδε". 104 ὅτι ἄνω εἶπεν εἰς οὐρανὸν ἠϊχθήτην, νῦν δὲ εἰς Ὄλυμπον παραγεγονέναι. αἱ γὰρ κορυφαὶ τοῦ Ὀλύμπου ἐπουράνιοι. 121 ἡ διπλῆ ὅτι πάλιν ἐξ Ὀλύμπου λέγει κατιέναι· ἄνω δέ (97) „οὐρανὸν ἠϊχθήτην". Bene factum quod etiam in duobus difficillimis locis quid egerit certe aliquo modo ex reliquiis intelligere licet. Θ, 25 in aurea catena Iovis: ἡ διπλῆ ὅτι εἰ μὴ ἐκδεξώμεθα Ὄλυμπον τὸ ἐπὶ Μακεδονίας ὄρος οὐ συμφωνήσει τῇ διαθέσει ταύτῃ. ἐπὶ γὰρ τοῦ οὐρανοῦ στάς φησι τὸν Ὄλυμπον

ἀνέλκειν τῆς σειρᾶς ἐκ τοῦ ῥίου ἐκδεθείσης, καὶ ὅτι ἡ ἐξ περισσή. Huic coniugas observationem, quae sine dubio Aristonici est: ἔπειτα) ὅταν θελήσω ἐρύσαι φησί, et intelliges hanc Aristarchi sententiam fuisse: si ego Olympum egressus alicubi in coelo (totam superiorem regionem dicit τὸν ὑπὲρ τὰ νέφη τόπον) stans catenam coelitus suspensam manu tenerem, vos omnes in catena suspensi me non possetis terram versus trahere: ego contra si vellem trahere, catenam, cui vos adhaereretis, cacumini Olympi illigatam contraherem itaque et vos catenae adhaerentes et cum Olympo in solo fixo terras simul et maria suspensa tenerem. Video scholia BL et V certa vestigia Aristarchearum observationum habere: in BL est: περὶ ῥίον Οὐλύμποιο ἵνα αὐτὸ δεσμεύσας καὶ τὰ λοιπά ἐπάρῃ, συνεῤῥιζωμένης αὐτῷ μὲν τῆς γῆς, τῇ δὲ γῇ τῆς θαλάττης. V (et haec ipsa putaverim Aristonici verba esse) δείκνυσιν ὅτι βέβηκεν ὁ Ὄλυμπος καὶ οὐκ ἔστι μετέωρος*).

Superest locus omnium in hac re difficillimus:

Il, 364 ὡς δ' ὅτ' ἀπ' Οὐλύμπου νέφος ἔρχεται οὐρανὸν εἴσω
αἰθέρος ἐκ δίης, ὅτε τε Ζεὺς λαίλαπα τείνῃ. —

ἡ διπλῆ ὅτι σαφῶς οὐκ ἔστιν Ὄλυμπος καὶ οὐρανός ὁ αὐτός. ὡς γὰρ ἀφ' ἑτέρου ἐφ' ἕτερόν φησι τὸ νέφος ἔρχεσθαι· οὐδὲ μὴν τόπος ἐπουράνιος· ὁ γὰρ Ὅμηρος ἀπὸ τῶν γινωσκομένων πᾶσι ποιεῖται τὰς ὁμοιώσεις (h. e. non potest exemplum sumptum esse ab iis quae in summis coeli tractibus fiunt, quae sensum aciemque hominum fugiunt: recte) καταλείπεται τοίνυν τὸ ὄρος σημαίνεσθαι. καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν ὀρῶν λέγει τὰ συνεστῶτα

*) Huius loci explicatio Aristarchea certissima est, et de Atlantis columnis (v. Voelcker p. 101. Brzoska geogr. myth. I p. 72) aut explicatio quaerenda quae cum hoc non dissonet aut statuendum quod Vossius statuit (Krit. Bl. II. p. 203).

νέφη μεταχωρεῖν· „ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο κινήσῃ πυκινὸν νέφος" (297) τοιγαροῦν καὶ ὅταν λέγῃ „ὡς δ' ὅτ' ἀπ' Οὐλύμποιο νέφος ἔρχεται" ἀπὸ ὄρους σημαίνει.

Ergo ex hoc versu tantum expedivit quantum (si quidem Homeri vel intelligentis poetae esse statuimus) expediri poterat, hic etiam Olympum a coelo diversum esse et Olympum montem. Sed reliqua non expedivit, ut sibi satisfaceret. Ad 365 haec legimus: πῶς αἰθέρος; τὰ γὰρ πάθη ταῦτα περὶ τὸν ἀέρα συμβέβηκεν. τάχα οὖν συγχεῖται ὁ ἀὴρ πρὸς τὸν αἰθέρα, ὡς καὶ ἐν τῇ Λ (54) αἵματι μυδαλέας ἐξ αἰθέρος καὶ Ζεὺς δ' ἐλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέεσσιν (O, 192)· οὐ γὰρ αἱ νεφέλαι ἐν τῷ αἰθέρι. (AD) Nisi omnia me fallunt, haec exempla non sunt ab Aristarcho (qui subtilior erat quam ut illis usum vocabulorum ab ipso observatum necessario perturbari crederet) sed debentur discipulis. Ipse tantum dixerat: τάχα οὖν συγχεῖται ὁ ἀὴρ πρὸς τὸν αἰθέρα, quae vox est desperantis. Mansit locus in „insolubilibus". Nicanor sic: τοῦτο ἑκατέροις δύναται προσδίδοσθαι (sc. αἰθέρος ἐκ δίης)· τὸ μέντοι ζήτημα ὁμοίως μένει. ἀέρος γὰρ πάθη ταῦτα· τάχα οὖν κεῖται ὁ αἰθὴρ ἀντὶ τοῦ ἀέρος. Caeterum nec hodie solvit quisquam hanc quaestionem nec solvet olim. Si quidem statuendum est ullum antiqui vatis in his inesse vestigium, suspicer in altero versu fuisse αἰγίδος ἐκ δίης (v. Δ, 167*).

Nunc (praeterquam quod non dicunt omnino qui locum hic habeat οὐρανός) explicant αἰθέρος ἐκ δίης „ex coelo sereno". Quod falsum est.

Vide convexa coeli nubibus cooperta, hic locus

---

*) Pro οὐρανὸν εἴσω epithelon Olympi.

qui infra nubes est proprie dicitur ἀήρ; qui ultra nubes οὐρανός: sensim fac nubila disturbari et caerula apparere; iam

aspice hoc sublime candens,

hic est αἰθήρ: qui nubibus disiectis erumpit, quod Homerus dicit ὑπερρήγη ἄσπετος αἰθήρ Θ, 554. Π, 300. Qui si nullis nubibus tectus est, homines sunt ὑπ' αἰθέρι, P, 366.

οἱ δ' ἄλλοι Τρῶες καὶ ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοὶ
εὔκηλοι πολέμιζον ὑπ' αἰθέρι· πέπτατο δ' αὐγὴ
Ἠελίου ὀξεῖα, νέφος δ' οὐ φαίνετο πάσης
γαίης οὐδ' ὀρέων.

Quae hinc efficitur claritas ea est αἴθρη. Hinc Aiax Iovem implorans precatur (P, 646) ποίησον αἴθρην. Non poterat ποίησον αἰθέρα, hunc enim non facit Iuppiter, sed ab initio in coelo extensus est atque extensus erit in aeternum; et sic possunt quidem, ut ad nostrum locum respiciamus, nubila colligi ἐξ αἴθρης, non ἐξ αἰθέρος*). Recte etiam illud dicitur Θ, 556. Π, 556 ὡς δ' ὅτ' ἐν οὐρανῷ ἄστρα φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην φαίνετ' ἀριπρεπέα, ὅτε τ' ἔπλετο νήνεμος αἰθήρ; at contra ἠνεμόεσσα αἰθήρ non poterat dici ab Homero ut significarentur moleste flantes et nimbis mixti venti. Sed illud recte dicitur (ο, 293)

τοῖσιν δ' ἵκμενον οὖρον ἵει γλαυκῶπις Ἀθήνη,
λάβρον ἐπαιγίζοντα δι' αἰθέρος, ὄφρα τάχιστα
νηῦς ἀνύσειε θέουσα θαλάσσης ἅλμυρον ὕδωρ.

Ubi hoc de industria positum ut intelligamus acriter

---

*) αἰθήρ pro splendore auctor Cynegeticorum A, 220 (de armis splendentibus) ἀντία δ' αἴγλη χαλκοῦ ἀποθρώσκει φαεθοντιάς, αἶψα δ' ὀπίσσω κλινομένη ἀκτῖνος ἀπαστράπτει πολὺς αἰθήρ. Od. ξ, 44 ἀλλὰ μάλ' αἴθρη πέπταται ἀννέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη. Hic Rhianus legebat αἰθήρ; quod ferri potest si μάλα explices „sane."

sed iucunde flantem ventum fuisse coelo sereno navem celeriter impellentem. Poterat etiam ἀπ' οὐρανοῦ; sed ubi interest clarum coelum cogitari potius eligit αἰθήρ.

Caeterum levis correctio adhibenda Aristarcho: non omni ex parte idem est αἰθήρ et οὐρανός. Οὐρανός omnis regio, quae nubes excedit, qua dii sunt; sed eius infima pars, quae hominibus adversa est, proprie etiam dicitur αἰθήρ, quod huius regionis splendor tempestate serena quasi hominum oculis expositus est. Hinc quamquem recte Dii dicuntur et ἐν αἰθέρι esse et ἐν οὐρανῷ, tamen utrumque etiam distingui potest (cf. Voelcker p. 18), ut in illis αἴγλη, ὀρνιαγδὸς δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἷκε (*B*, 458. *P*, 426), et quando Minerva ἅρπη εἰκυῖα τανυπτέρυγι λιγυφώνῳ οὐρανοῦ ἐκ καιέπαλτο δι' αἰθέρος.

Hoc ideo secus intellexit Aristarchus quod οὐρανόν praeter eam de qua nunc egimus significationem putavit etiam τὸ στερέμνιον significare (ut Vossius). Illud firmamentum intellexit sine dubio quando dicitur δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἷκεν et intellexit in eo loco ubi de Iunonis unguento dicitur

ἕμπης ἐς γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἷκετ', ἀϋτμή

unde (ut vidimus) non inepte colligi putavit illud firmamentum ab Olympi cacuminibus tantum fere abesse quantum terram. Nec possunt non tale fingere firmamentum, quo tota superne clauduntur, qui οὐρανὸν παγχάλκεον, σιδήρεον proprio sensu accipiunt. Quod ipsum Aristarchum fecisse puto inde, quod in illis notissimis versibus (λ, 313).

οἵ ῥα καὶ ἀθανάτοισιν ἀπειλήτην ἐν Ὀλύμπῳ
φύλοπιδα στήσειν πολυάϊκος πολέμοιο·
Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν· αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον ἵν' οὐρανὸς ἄμβατος εἴη

duos ultimos pro spuriis habuit et quidem eam ab cau-

sam quod res non fieri posset: *ἀθετοῦνται ὡς ἀδύνατοι.* Quid vero impossibile nisi ad coelum ascendere aeneum? Etenim illa mirabilia sane Vossii foramina illi in mentem non venerant. Nos eum locum sic explicamus. Olympum ascendunt*) Aloidae; tum Dii illos fugientes in altiora coeli aufugiunt; quae coeli altiora ut et ipsi ascendere possint, cum aera sine machinis ascendere non possint, montes superstruere moliuntur. In his igitur rebus, quae ad Olympum et Uranum pertinent, hoc distichon nihil peccat.

---

§. 2. De reliqua facie mundi Homerici quid Aristarchus observatum habuerit ex paucis fragmentis cognovimus:

1) Quin recte Haden et Tartarum distinxerit inde patet, quod Θ, 16 (*τόσσον ἐνερθ' Ἀΐδεω ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης*) notaverat: *ἡ διπλῆ πρὸς τὴν καθ' Ὅμηρον τοῦ κόσμου τάξιν.* Cf. O, 225 *ἐνερτέρους δὲ καλεῖ καὶ οὐρανίωνας καὶ ὑποταρταρίους καὶ Τιτᾶνας τοὺς περὶ Κρόνον θεούς.* Ξ, 279 *ὅτι τοὺς περὶ Κρόνον θεοὺς ὑποταρταρίους προσαγορεύει.* Huic loco hoc adiungamus. Ψ, 73 *ὅτι ἐκτὸς ποταμοῦ ὑποτίθεται τὰς τῶν ἀτάφων ψυχάς.* Notatum propter extremam Od., ubi statim nondum sepulti ad inferos perveniunt (sch. ω, 1).

2) Oceanus fluvius est. Υ, 7 (*οὔτε τις οὖν Ποταμῶν ἀπέην πλὴν Ὠκεανοῖο*) *ἡ διπλῆ ὅτι ποταμὸν καὶ* (l. *οὐ*) *θάλασσαν τὸν Ὠκεανὸν παραδίδωσι.* Ab eo reliqua flumina originem habent. Φ, 195 *τῷ οὐδὲ κρείων Ἀχελώϊος ἰσοφαρίζει οὐδὲ βαθυῤῥείταο μέγα σθέ-*

---

*) Magni aestimamus Voelckeri operam; si tamen verum dicendum est, quod de hoc loco excogitavit, hoc nimium ridiculum est. cf. Nitzch. Od. II. p. 94. Aeneum et ferreum coelum non proprie dici (p. 5) assentimur ei.

νος Ὠκεανοῖο, ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ πᾶσαί τε θάλασσαι) ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος αὐτὸν οὐκ ἔγραφε· γίνεται δὲ ὁ Ἀχελῷος πηγὴ τῶν ἄλλων πάντων. ἔστι δὲ καθ' Ὅμηρον ὁ Ὠκεανὸς ὁ ἐπιδιδοὺς πᾶσι τὰ ῥεύματα. διὸ καὶ κατὰ τιμήν φησιν „οὔτε τις οὖν ποταμῶν ἀπέην πλὴν Ὠκεανοῖο". Hunc versum nisi Aristarchus ab interitu eripuisset, quantas turbas excitatae essent hodie his de rebus quaerentibus.

3) *M*, 239 τῶν οὔτε μετατρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω, εἴτ' ἐπὶ δεξί' ἴωσι πρὸς Ἠῶ τ' Ἠέλιόν τε, εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ τοίγε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα) ἡ διπλῆ ὅτι δύο διαστάσεις οἶδεν Ὅμηρος κοσμικὰς ἀνατολὴν καὶ δύσιν· καὶ δεξιὰ μὲν τὰ πρὸς ἀνατολάς, ἀριστερὰ δὲ τὰ πρὸς δυσμὰς λέγει. Videmus igitur quomodo acceperit *κ*, 190, contra quam Crates (v. schol. *β*, 1).

4) De sole occidente Homerus nunc dicit Oceano submergi nunc subire terram, et hoc quidem in heroum persona, illud cum ipse loquitur. *H*, 422 ἡ διπλῆ ὅτι αὐτὸς μὲν ἐξ Ὠκεανοῦ ἀνατέλλειν καὶ εἰς Ὠκεανόν φησι καταδύεσθαι τὸν ἥλιον. ὁπόταν δὲ πρόσωπον ἡρωϊκὸν εἰσάγῃ ὑπὲρ γῆν καὶ ὑπὸ γῆς· τὸ αὐτὸ δὲ ποιεῖ καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ. *Θ*, 485 ἡ διπλῆ ὅτι αὐτὸς μὲν εἰς Ὠκεανὸν δύνοντα καὶ ἐξ Ὠκεανοῦ ἀνέχοντα λέγει τὸν ἥλιον, ἐξ ἡρωϊκοῦ δὲ προσώπου οὐκέτι. *Λ*, 735 (εὖτε γὰρ Ἠέλιος φαέθων ὑπερέσχεθε γαίης) ἡ διπλῆ ὅτι ἐξ ἡρωικοῦ προσώπου ὑπὲρ γῆς τὴν ἀνατολὴν λέγει, αὐτὸς δὲ ἐκ τοῦ ἰδίου προσώπου ἐξ Ὠκεανοῦ.

C. II.

Mythologica.

Achilles.

Non apud Chironem educatus, v. Thetis. Nec commoratum esse inter mulieres Scyrias Homero cogni-

tum. I, 668. (Quae de hoc loco in contrariam sententiam scripsit Heynius „das vermeinte Grabmal des Homer“ pag. 41, ea apparet per iocum scripta esse). Secundum Pherecydem Polydora Achillis soror est; sed hoc voluerit Homerus *Π*, 175 certe affirmari nequit; incertum enim Peleus hic commemoratus idem cum Achillis patre sit, an alius ab illo, sicut multi sunt apud Homerum eodem nomine diversi. Sch. *Π*, 175. Arma eius a Vulcano facta secundum Homerum invulnerabilia *Φ*, 165. 594. Versus *Y*, 266 cum sequentibus spurii, sch. h. l. cl. ad 265. Recentiores fingunt Achillis necati corpus ab Aiace ex proelio ablatum esse Ulixe tegente. Quod illi finxerunt ad similitudinem Iliadis *P*, 719. Homerus si de Achillis caede cecinisset vix ita instituisset (l. l. *ἡ διπλῆ ὅτι ἐντεῦθεν τοῖς νεωτέροις ὁ βασταζόμενος Ἀχιλλεὺς ὑπ᾽ Αἴαντος, ὑπερασπίζων δὲ Ὀδυσσεὺς παρῆκται· εἰ δὲ Ὅμηρος ἔγραφε τὸν Ἀχιλλέως θάνατον, οὐκ ἂν ἐποίησε τὸν νεκρὸν ὑπ᾽ Αἴαντος βασταζόμενον, ὡς οἱ νεώτεροι*). Od. *ϑ*, 75 obscure innuitur fabula de contentione Ulixen inter et Achillem inter epulas exorta. Ad Homeri sensum eliciendum putavit aliquid profici posse ex Il. I, 347, ubi haec notata habemus: *ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ἐν Ὀδυσσείᾳ ζητούμενον νεῖκος Ὀδυσσῆος καὶ Πηλείδεω Ἀχιλῆος, ὅτι ἐμφαίνει καὶ νῦν ἀναιρῶν τὴν ἐπιχείρησιν τῶν περὶ Ὀδυσσέως λεγόντων βουλῇ καὶ λόγῳ αἱρεθήσεσθαι τὴν πόλιν· νῦν γὰρ οἷον ἐπισαρκάζων λέγει* (v. Nitzsch. l. l.). — Quod legitur *T*, 45 *ἡ διπλῆ ὅτι τῆς ὑπὸ Ἴλιον στρατιᾶς ἡγεῖτο ὁ Ἀχιλλεὺς καὶ πρὸ τοῦ μηνῖσαι, διὸ νῦν πάλιν ἀποκαθίσταται ἡ ἡγεμονία* nec satis intelligo nec quorsus pertineat scio: sed videtur pertinere ad *A*, 54, ubi physicorum somnia explodenda erant. cf. sch. BL ad *A*, 54, ubi *τῆς ὑπὸ Ἴλιον* vel *τῆς ὑπὸ Τροίαν στρατιᾶς* legendum pro *τῆς ὑπαίθρου στρ.* — (Quod legitur X, 188 non puto Aristarchi esse).

Actoris filii.

Λ, 750 *καὶ νύ κεν Ἀκτορίωνε Μολίωνε παῖδ' ἀλάπαξα* cet., *ἡ διπλῆ ὅτι ἐντεῦθεν Ἡσίοδος Ἄκτορος κατ' ἐπίκλησιν καὶ Μολιόνης αὐτοὺς γεγενεαλόγηκεν, γόνῳ δὲ Ποσειδῶνος. οὐδέποτε δὲ Ὅμηρος ἀπὸ μητρὸς σχηματίζει.* 709. *ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ μητρὸς Ὅμηρος οὐ σχηματίζει. μήποτ' οὖν ἀπὸ ταύτης πατρὸς Μόλου οὕτως αὐτοὺς εἶπεν.* — *Ψ*, 640 *Ἀρίσταρχος δὲ διδύμους ἀκούει οὐχ ὡς ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ νοοῦμεν, οἷοι ἦσαν καὶ οἱ Διόσκουροι, ἀλλὰ τοὺς διφυεῖς, δύο ἔχοντας σώματα, Ἡσιόδῳ μάρτυρι χρώμενος, καὶ τοὺς συμπεφυκότας ἀλλήλοις· οὕτως γὰρ καὶ τὸ λεγόμενον ἐπ' αὐτῶν σαφηνίζεσθαι ἄριστα· ἀναστάντος γὲ δὴ τοῦ Νέστορος*) —

Aeneas.

Υ, 298 *ἡ διπλῆ ὅτι Αἰνείας οὐ συνεγράφη τῷ τῶν Πριαμιδῶν πολέμῳ, διὸ καὶ ὁ Πρίαμος ὑπώπτευεν αὐτόν, οὐχ ὡς ἔνιοί φασιν ὅτι ἐπετίθετο τῇ βασιλείᾳ.*

Agamemno.

Eius regnum Mycenis est, non Argis, ut apud recentiores. *Λ*, 46. Iphigeniae caedem ignorat. *I*, 145.

Aiax Locrus.

Oilei filius, non Ilei, ut apud nonnullos recentiores.

---

*) Hoc eodem modo accipit Creuzerus ep. ad Hermann. p. 109 haec addens: „dass sogar der nüchterne Aristarchus in dem Homerischen *δίδυμοι* statt des sonstigen *διδυμάονε* einen Doppelleib von zwei Koepfen, vier Armen u. s. w. erkannt ——— wollte nichts verschlagen.“ Recte vir perspicax Aristarchum dixit — sobrium.

M, 365. *N*, 203. 694. *Ξ*, 442. *O*, 333 (cf. sch. Vet Eust. h. l.). Hoc etiam manasse videtur ex male intellecto Homero. *B*, 527 *ἡ διπλῆ ὅτι τινὲς τῶν νεωτέρων ἀνέγνωσαν χωρὶς τοῦ ο ὡς ἄρθρου ὄντος. ὁ δὲ Ὅμηρος σὺν τῷ ο λέγει τὸν Ὀϊλέα**). Quod, cum Hesiodus et Stesichorus utraque nominis forma usi essent, ut Eustathius ex antiquis testatur *B*, 527 p. 277, admodum verisimile est. *Ὀϊλεύς* et apud Homerum nonnullis exemplis certissimum et vulgaris forma fuit (Atticis *Οἰλεύς* ut *οἰστός*); forma *Ἰλεύς* ex Homero finxerunt, ubi sibi *ὁ Ἰλῆος ταχὺς υἱός* et similia audire videbantur. Hanc sententiam Aristarchi vellem notam habuisset Hermannus, cum scriberet de em. rat. gr. p. 41. 42, ut viri subtilissimi iudicium haberemus.

Aiax Telamonius

apud Homerum non fingitur invulnerabilis *Ξ*, 406. *Ψ*, 822 (Cf. Eust. 995).

Andromache.

Z, 457 Hector ad Andromachen: *καί κεν ἐν Ἄργει ἐοῦσα πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνοις καί κεν ὕδωρ φορέοις Μεσσηΐδος ἢ Ὑπερείης πόλλ' ἀεκαζομένη) ἡ διπλῆ ὅτι κατὰ τὸ προστυχὸν οὕτως εἰπόντος Ὁμήρου οἱ νεώτεροι ὑδροφοροῦσαν εἰσάγουσιν αὐτήν.* Cui simillima observatio haec, unde Astyanax apud recentiores moenibus praeceps datus fingatur. *Ω*, 735 Andromache de

---

*) Tzetz. ex. Il. p. 4. inter interpretes Homeri, inquit, fuit etiam *Ποσειδώνιος ὁ Ἀπολλωνιάτης ὁ τῷ Ἡσιόδῳ μέμψιν ἐπάγων ὡς παραφθείραντί τινας τῶν Ὁμήρου λέξεων, τὸν Ὀϊλέα Ἰλέα εἰπόντι καὶ τὸν νήδυμον ἥδυμον καὶ ἄλλα ἄττα τοιαῦτα.* Cf. eundem p. 126. (Ipse Tzetzes forma *Ἰλεύς* usus est: v. Wern. ad Tryph. v. 163)

filii sorte eiulans: ἤ τις Ἀχαιῶν ῥίψει, χειρὸς ἑλὼν, ἀπὸ πύργου, λυγρὸν ὄλεθρον· ἢ ὑπλῆ ὅτι ἐντεῦθεν κινηθέντες οἱ μεθ' Ὅμηρον ποιηταὶ ῥιπτόμενον κατὰ τοῦ τείχους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων εἰσάγουσι τὸν Ἀστυάνακτα.

Antea,

uxor Proeti; apud recentiores Stheneboea. *Z*, 160. Pater eius, cuius nomen apud poetam non est, apud recentiores Iobates. *Z*, 170.

Aphrodite

secundum Homerum Iove nata. *Y*, 170.

Apollon

a Paeeone, qui deorum medicus est, diversus *E*, 898. Quidam falso Paeeona pro Apolline acceperunt *A*, 473 (v. sch. h. l.). — Caussa cur cum Neptuno apud Laomedontem servitium subierit, a poeta non tradita. *Y*, 444. Smintheus dictus non a muribus (Ἀρίσταρχος ἀπρεπὲς ἡγεῖται ἀπὸ χαμαιπετοῦς ζώου τὸν θεὸν ἐπιθέτῳ κεκοσμῆσθαι ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ), sed ab urbe Troica. Apollon. lex. H. 726.

Ares

Iunonis filius est, non ut quidam putant Enyus. *E*, 892. Enyo dea bellica est (*E*, 333). Inde Martis epitheton Enyalius, quo nec Enyus filius significatur, nec apud Homerum, sicuti in Atticorum fabulis, Enyalius deus a Marte diversus. *P*, 211 (ubi leg. οὐδὲ ὡς οἱ Ἀττικοὶ διαφέροντα). Martis filii sunt Δεῖμος et Φόβος, non eius equi, ut Antimachus fecit falso intellecto

versu Homerico *O*, 119. vid. ad h. l. et *Δ*, 439. *N*, 299. — *E*, 942 notabile, quod eum homines spoliantem inducit.

Athene.

E, 874 ἡ διπλῆ ὅτι ἐμφαίνει ὡς ἐκ μόνου τοῦ Διὸς γενομένης τῆς Ἀθηνᾶς. I. e. Hic locus speciem praebet, quasi Homerus ex solo Iove natam Minervam cognoverit. — Si ex his paucis verbis colligendum est, videtur Aristarchus nihil de hac re certi statuisse, sed ad contrariam potius partem inclinasse. Quod si scholion (BL) ad *E*, 880 Aristarcheum est, praefracte negavit. Hoc scholion est: τοῦτο δέδωκεν ἀφορμὴν Ἡσιόδῳ τὸ αὐτὸς ἀντὶ τοῦ μόνος λαβεῖν, ὅπερ ὁ ποιητὴς οὐκ οἶδεν, ἀλλὰ λέγει ἀνιεῖς αὐτήν, ἐπεὶ σὺ ἄϊδηλον αὐτὴν ἐγέννησας ἤτοι ἐπιβλαβῆ. Hoc Aristarcheum esse inclinat animus, sed statuendum ab epitomatore falso relatum, quod dicit αὐτός pro μόνος Homero non notum esse: id Aristarcheum non est; contrarium is observaverat (v. *Θ*, 93). Certissima in Homericis carminibus vestigia esse, fabulam de Minerva solo Iove nata poetae notam fuisse, nemo iure dixerit, nec propter ea, quae ipse attulit, dicere debebat Heffterus Goetterd. auf Rhod. II, p. 30. — Ἀλαλκομενὶς Ἀθήνη duxit Ar. ab ἀλαλκεῖν, quod refutatum invenies ab Steph. Byz. s. Ἀλαλκομένιον.

Atreus et Thyestes.

Eorum de discordia ignota Homero fabula. *B*, 107.

Bellerophon.

Fabulam de Pegaso non novit. *Z*, 183. 191.

Briareos,

ἑκατόγχειρος est qui centum manus habet (non ut quidam volunt, cuius longitudo centum cubitorum est). Apollon. lex. p. 370, ubi ante *οὐ διὰ* inserendum *οἱ δέ*. — Est deus marinus, *B*, 404.

Charites.

Ξ, 267 *ἐγὼ δέ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων δώσω ὀπυιέμεναι*) *ὅτι δύο γενέσεις Χαρίτων ὑποτίθεται, πρεσβυτέρας καὶ νεωτέρας· διὸ συγκριτικῶς λέγει ὁπλοτεράων.* V. observationem de usu voc. *ὁπλότερος Δ*, 324. Duplex Musarum stirps, Pausan. IX, 29, 2.

Clytaemnestra.

Una cum Aegistho interiit; sed an, sicut Aegisthus, et ipsa ab Oreste interfecta sit sec. Homerum, incertum est. Schol. *γ*, 303.

Cyclopes.

Non improbi finguntur praeter unum Cyclopem. v. Apollon. l. H. s. *ἀθεμίστων* (p. 60). Eustath. p. 1617, 20. (Cf. Damm. s. *Κύκλωψ* et supra p. 152 *θέμιστες*).

Dionysus

apud Homerum non videtur Deus esse. *Z*, 132 *σημειοῦνταί τινες ὅτι ὡς περὶ θεοῦ τοῦ Διονύσου διαλέγεται* (quod idem est ac si dixisset *ὅτι ἐμφαίνει ὡς περὶ θεοῦ τοῦ Διονύσου*, v. Athene) h. e. cum propter Dionysum violatum tanta poena a Dis maioribus Lycurgus afficiatur, (fortasse etiam propter *θύσθλα* commemorata

et propter *μαινομένου*, cuius explicatio incerta*), ex hoc loco videri possit colligi posse, Deum esse Dionysum. Qnodsi deus esset, vix dubitandum quin una vini inventor esset. Sed cum ubique Homerus vini frequentem mentionem iniiciat, tamen Dionyso nusquam inventionem tribuit. Nec Maronem, illum vini dulcissimi donatorem, genere Dionyso propinquum fuisse facit, sicut fecit Hesiodus. Schol. *ι*, 198, (quod scribemus, ut correctum est a Lobeckio Agl. p. 287) *ταῦτα σημειοῦνται πρὸς τὸ μὴ παραδιδόναι Ὅμηρον Διόνυσον οἴνου εὑρετὴν δι' ὅλης τῆς ποιήσεως οἴνου μνημονεύοντα. ἡ δὲ ἀπότασις πρὸς Ἡσίοδον λέγοντα τὸν Μάρωνα Οἰνωπίωνος τοῦ Διονύσου.* — Il. *Ξ*, 325, sicut totus hic locus, ab Aristarcho et antea ab Aristophane reiectus ut spurius. — In Aristarchi sententia ex tam parvis reliquiis enucleandis discessimus paululum a Lobeckio Agl. pg. 286, 287. Attamen veremur, ne quid ei tribuerimus praeter sententiam: nam scholiorum testimonia *H*, 132. *ι*, 198 nec integra fortasse et an Aristonici sint non caret dubio.

Eileithuiae

v. Musae. — *T*, 119 observatum, quod *εἰλειθυίας* pro ipsis partus doloribus dixerit.

Enyo. Enyalius

v. Ares.

---

*) ἡ διπλῆ ὅτι μαινομένοιο ἤτοι μανιοποιοῦ, βακχείας παρασκευαστικοῦ, ἢ αὐτοῦ μαινομένου ἐνθουσιαστοῦ ἢ βακχευτοῦ.

Erinnyes.

I, 569 ἡ διπλῆ ὅτι ἐπικαλεῖται μὲν τὸν Ἅιδην καὶ τὴν Περσεφόνειαν, ὑπακούουσι δὲ αἱ Ἐρινύες ὡς ὑπηρετίδες. 571. ἡ διπλῆ ὅτι αἱ Ἐρινύες ὥσπερ ὑπηρετίδες ὑπακούουσι καὶ οὐ μάχεται τὸ „κικλήσκουσ' Ἀΐδην καὶ ἐπαινὴν Περσεφόνειαν".

Eriphylam

per filium interiisse, Homero ignotum. Schol. *γ*, 303.

Eurytus,

rex Oechaliae. Haec Oechalia non, ut apud recentiores, Euboeae est, sed Thessaliae. *B*, 596. 730.

Ganymedes

non a Iove rapitur amore (sic recentiores), sed a Dis propter pulchritudinem, ut Iovi vinum ministret. *Y*, 234. v. Cic. Tusc. I, 26. Voss. Antisymb. II p. 440. Schol. V ad *II*, 97.

Hebe

v. Hercules.

Hecuba

Dymantis filia; secundum Euripidem Cissei. *II*, 718.

Helena.

A Theseo raptam fuisse antequam Menelao nuberet ignotum Homero. *H*, 392. *N*, 626.

Hephaestus

Iovis et Iunonis filius, non, ut apud Hesiodum, ex sola Iunone natus. *Ξ*, 338. Eius officina in Olympo est. *Σ*, 369 (V). Arma ab eo confecta telis haud pervia. Quod auget suspicionem versuum *Y*, 268. 9. V. h. l. et *Φ*, 168.

Hercules.

Non immortalis *Σ*, 117. — Non accepit Heben uxorem. Hebe enim sec. Homerum virgo innupta. Patet iam inde quod diis vinum ministrat, item Martem lavat, quod utrumque ex more heroum virginum est. *Δ*, 2; *E*, 905. *γ*, 464 — Locus Necuiae (602) spurius (ll. ll. *λ*, 601). v. Neleus.

Hermes.

Homero non *ψυχοπομπός*. Hinc spurius versus extr. Od. 1. Animae ipsae nemine comitante terram subeunt. *X*, 362. *ἀκάκητα Π*, 185.

Músae.

Nunc unam nominat nunc plures, sicut in Ilithuiis facit. Certum et definitum eorum numerum non novit nec nominat. Versus extremae Odysseae *μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι* spurius. *Λ*, 270. *ω*, 1.

Neleus.

Secundum recentiores ab Hercule, cum Pylum expugnaret, caesus. Homerus postea eum viventem facit. *Λ*, 683. (Hoc neglexit notare Vogel de Hercule p. 3.)

Niobe,

sec. Homerum non mutata in saxum. Versus Ω, 614—617 spurii. Sch. Ω, 613. Liberi eius duodecim; recentiores nunc viginti quattuor, nunc viginti faciunt Ω, 604.

Odysseus.

K, 265 *πῖλος ἀρήρει· ἡ διπλῆ ὅτι τὸ κοινὸν καὶ συμβεβηκὸς ταῖς περικεφαλαίαις εἰπόντος τοῦ ποιητοῦ ζωγράφοι καὶ πλάσται πιλίον ἐπέθεσαν τῷ Ὀδυσσεῖ.* Cf. Schol. V. h. l. et Eustath. (804. 10). Ille: *Ἀπολλόδωρος ὁ σκιαγράφος ἐντεῦθεν πρῶτος ἔγραψε πῖλον Ὀδυσσεῖ. ἀλλ' οὐκ ἦν αὐτοῦ ἡ περικεφαλαία. κοινόν τε πᾶσι τὸ ἔχειν.* Eust. *ἰστέον δὲ καὶ ὅτι πάσῃ μὲν περικεφαλαίᾳ κατὰ τοὺς παλαιοὺς συμβέβηκε πῖλον ἔχειν ἐντός, οἱ δὲ νεώτεροι ὡς ἴδιόν τι ἀκούσαντες ἐνταῦθα τὸ τοῦ πίλου ἔπεισαν τοὺς ζωγράφους πιλίον περιτιθέναι τῷ Ὀδυσσεῖ. καὶ τοῦτο πρῶτος, φασίν, ἐποίησεν Ἀπολλόδωρος ὁ σκιαγράφος.* Quae testimonia de Apollodoro fugerunt Silligium.

Oedipus.

Thebis moritur Ψ, 679. v. supra s. *δουπῆσαι.*

Paris.

Dearum certamen et Paridis iudicium Homero ignotum. Versus Ω, 23—30 spurii. Ad h. l. (ubi *ἑπτὰ* pro *ἕξ* et *εἰρῆσθαι* pro *κεχρῆσθαι*). Nec secundum Homerum educatur in agro Paris. Ω, 23.

Patroclus

natu maior quam Achilles Ψ, 94 (*ἠθείη κεφαλή. προς-*

φώνησις νέου πρὸς πρεσβύτερον· δῆλον ὅτι πρεσβύτερος Ἀχιλλέως ὁ Πάτροκλος). Res certissima ex Λ, 787. Pertinet sine dubio ad athetesin Π, 97—100. quos ratus est Aristarchus a quodam confectos esse, qui Achillem Patrocli amatorem esse putaret. (Scilicet sic invenitur apud recentiores e. g. apud Aeschylum).

Peleus.

I, 481 ἡ διπλῆ ὅτι πρεσβύτερος Πηλεὺς Φοίνικος.

Philoctetes.

In Lemno expositus; secundum recentiores in parva insula deserta, *B*, 722.

Poseidon.

v. Apollo. Praeterea hoc: *N*, 21 ἡ διπλῆ ὅτι κατὰ τὰς Αἰγὰς ἐν βυθῷ τὴν οἴκησιν τοῦ Ποσειδῶνος ὑποτίθεται, ἀόρατον ἀνθρώποις, ὥσπερ ἐπὶ Ὀλύμπου τῶν ἄλλων θεῶν μὴ ὁρωμένων. Trojanis infestus propter Laomedontem Ω, 23 (quo loco pro οὐ διὰ χειρὸς mihi emendandum videtur οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τὸ τεῖχος. v. Φ. 441).

Rhodus insula.

Fabula de pluvia Rhodiorum ficta a recentioribus *B*, 670. τριχθὰ δὲ ᾤκηθεν καταφυλαδὸν ἠδὲ φίληθεν
Ἐκ Διὸς, ὅστε θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀνάσσει
καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων
ἡ διπλῆ ὅτι Πίνδαρος (Ol. VII. sc.) κυρίως δέδεκται χρυσὸν ὗσαι τὸν Δία, Ὁμήρου μεταφορᾷ κεχρημένου διὰ τοῦ κατέχευε πρὸς ἔμφασιν τοῦ πλούτου. Hanc disci-

plinam secutus Strabo, ex Apollodoro, opinor, sumens, XIV. p. 654. ἔοικε δὲ καὶ ὁ ποιητὴς μαρτυρεῖν τὴν ἐκ παλαιοῦ παροῦσαν τοῖς Ῥοδίοις εὐδαιμονίαν εὐθὺς ἀπὸ τῆς πρώτης κτίσεως τῶν τριῶν πόλεων. Tum apponit illos tres versus. Deinde pergit: οἱ δ' εἰς μῦθον ἀνήγαγον τὸ ἔπος καὶ χρυσὸν ὑσθῆναί φασιν ἐν τῇ νήσῳ κατὰ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς γένεσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός, ὡς εἴρηκε Πίνδαρος. Idem ad Pindarum Ol. VII, 62 (ἔνθα ποτὲ βρέχε θεῶν βασιλεὺς ὁ μέγας χρυσαῖς νιφάδεσσι πόλιν) Aristarchei notaverant, unde hoc fluxit scholion: τοῦτο ἐκ τῶν Ὁμήρου ὁρμηθεὶς λέγει, ὅτι Ζεὺς χρυσὸν ἔβρεξε τοῖς Ῥοδίοις διὰ τὸ τὸν ποιητὴν εἰρηκέναι καί σφιν ϑ. cet. οὐκ εἰρηκότος Ὁμήρου ὅτι ὁ Ζεὺς ἔβρεξε χρυσόν, ἀλλὰ περιεποίησε χύδην αὐτοῖς τὸν πλοῦτον. Sed quod ibidem in altero scholio est: τοῦτο ἄντικρυς ἐκ τοῦ ἀθετουμένου Ὁμηρικοῦ στίχου εἴληφεν ὁ Πίνδαρος καί σφιν — hoc videmus non Aristarcheum esse. Qui versum pro spurio habebant non putaverim ea caussa commotos esse, quae Hefftero occurrit (Goetterd. auf Rhod. II, p. 28), qui ceterum bene eum defendit, sed maxime (id quod etiam Wolfium fortasse movit ut eum uncis includeret) repetitum subiectum, quod tamen Homero familiare est.

Ceterum et ipse opinor, si Homerus pluviam auream dicere voluisset, non quasi per involucra fabulam ostendisset.

Scylla.

Quae eius figura sit apud Homerum Aristarchi verbis expressum invenies Schol. μ, 89. In quo, ut solet, nihil ex recentioribus admiscens, sola poetae verba secutus est. Cf. ad v. 86. Nititur eo athetesis in scholiis indicata v. 24: cuius tamen causam non perspicio.

Sirenes,

apud Homerum duae sunt. *N*, 66 ἡ διπλῆ πρὸς τὸ δυϊκόν· ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὰ περὶ τῶν Σειρήνων, νηάων (?), Σειρήνοιιν, ὅτι ὁ λόγος ὡς περὶ δύο. Qua ratione ad Sirenas delati pereant (dissentit ab Aristophane) *μ*, 43.

Telephus.

Nec in Mysiam Graeci delati nec per Telephum viae gnarum Troiam ducti ut apud recentiores. Ansam fingendae fabulae dedit versus *A*, 59, quo παλιμπλαγχθέντας intelligerent „iterum errantes“. *A*, 59. 71.

Thamyris.

B, 599 ἡ διπλῆ ὅτι πηρόν οὐ (del.) τυφλὸν ἀπεδέξαντο οἱ νεώτεροι, ἀλλὰ (l. μᾶλλον δὲ) τῆς ᾠδῆς πηρόν. τί γὰρ ἦν αὐτῷ βλαβερὸν κιθαρῳδῷ ὄντι, εἰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερήθη; μᾶλλον γὰρ προσεκτικὸς ἂν ἐγένετο τῇ φωνασκίᾳ. τόν γε δή τοι Δημόδοκον ἡ Μοῦσα „ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν“ (*Θ*, 64).

Thetis

non duodecimo postquam Achillem enixa erat die Pelei domum relinquit, quae recentiorum fabula est, sed permansit; ipsaque Achillem educavit, non Chiron. Ab hoc secundum Homerum nil nisi medicinam edoctus est. *I*, 486. 489. *Π*, 222. 574. *Σ*, 57. 60. 90. 332. 438.

Troilus.

Ω, 257 ἡ διπλῆ ὅτι ἐκ τοῦ εἰρῆσθαι ἱπποχάρμην τὸν Τρώϊλον οἱ νεώτεροις ἐφ' ἵππου διωκόμενον αὐτὸν ἐποίησαν. καὶ οἱ μὲν παῖδα αὐτὸν ὑποτίθενται, Ὅμηρος δὲ

διὰ τοῦ ἐπιθέτου τέλειον ἄνδρα ἐμφαίνει· οὐ γὰρ ἄλλος ἱππόμαχος λέγεται. Cf. schol. V. ἐντεῦθεν Σοφοκλῆς ἐν Τρωΐλῳ φησὶν αὐτὸν ὀχευθῆναι (an λογχευθῆναι? Eust. λόγχῃ πεσεῖν) ὑπ' Ἀχιλλέως ἵππους γυμνάζοντα παρὰ τὸ Θυμβραῖον καὶ ἀποθανεῖν.

Uraniones et Olympii

distinguuntur; illi Deorum genus, quod cum Saturno erat. Ξ, 279 ἡ διπλῆ ὅτι τοὺς περὶ Κρόνον θεοὺς ὑποταρταρίους προσαγορεύει· πρὸς τὸ „ὁππότε μιν ξυνδῆσαι Ὀλύμπιοι" (Α, 399), ὅτι οὐ τοὺς περὶ Κρόνον λέγει Ὀλυμπίους. Ο, 225. Ἐνερτέρους δὲ καλεῖ καὶ Οὐρανίωνας καὶ ὑποταρταρίους καὶ Τιτᾶνας τοὺς περὶ Κρόνον θεούς.

Zeus

antequam Thetidis precibus commotus esset, Graecorum partibus favebat. Κ, 45. Ad Ω, 527, ubi fabula est de duobus Iovis πίθοις, haec adnotavit: ἡ διπλῆ ὅτι ἐντεῦθεν Ἡσιόδου τὸ περὶ τοῦ πίθου μύθευμα καὶ ὅτι δύο τοὺς πάντας λέγει πίθους. τινὲς δὲ τῶν νεωτέρων ἕνα μὲν τῶν ἀγαθῶν, δύο δὲ τῶν κακῶν ἐδέξαντο (h. e. narrarunt, prave intellecto versu Homerico). Ad Il. Α, 5 Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή, ἐξ οὗ δὴ — notatum hoc: Ἀρίσταρχος συνάπτει, ἵνα μὴ παροῦσά τις φαίνηται βουλὴ καθ' Ἑλλήνων, ἀλλ' ἀφ' οὗ χρόνου ἐγένετο ἡ μῆνις, ἵνα μὴ τὰ παρὰ τοῖς νεωτέροις πλάσματα δεξώμεθα. (Cf. Α, 604 κακοῦ δ' ἄρα οἱ πέλεν ἀρχή. σημειοῦνταί τινες ὅτι οὐ πόῤῥωθεν ἡ προαναφώνησις· κἀκεῖ οὖν οὐκ ἐπὶ τὰ πόῤῥω ἡ ἀπότασις· „Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή"). Quae illae recentiorum figmenta fuerint, quibus de caussis a Iove bellum Troianum constitutum fuisse ferebant, exponit Schol. AD. (Cf. Heinrichsen carm.

Cypr. 35 sqq.). In quo et haec leguntur: *καὶ τὰ μὲν παρὰ τοῖς νεωτέροις ἱστορούμενα περὶ τῆς τοῦ Διὸς βουλῆς ἐστι τάδε. ἡμεῖς δέ φαμεν κατὰ τὴν Ἀριστάρχου καὶ Ἀριστοφάνους δόξαν, τῆς Θέτιδος εἶναι βουλήν, ἣν ἐν τοῖς ἑξῆς φησι λιτανεύουσαν τὸν Δία ἐκδικῆσαι τὴν τοῦ παιδὸς ἀτιμίαν, καθάπερ ἐν τῷ προοιμίῳ.* Caeterum quod commemoravimus ex *K*, 45 iam videbitur eodem spectasse.

Aegis.

Δ, 167 *ἐπισσείῃσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα*) *ὅτι τοῦ Διὸς ὅπλον ἡ αἰγίς, πρὸς τοὺς νεωτέρους ποιητάς. καὶ ὅτι καταιγίδων καὶ ζοφώδους καταστάσεως παρασκευαστική ἐστιν. M*, 253 *ἡ διπλῆ ὅτι διὰ τῶν ἀποτελουμένων φανερόν ὅτι τὴν αἰγίδα ἔσεισεν ὁ Ζεύς* (V). *O*, 229 *λάβ' αἰγίδα· ὅτι τοῦ Διὸς ἡ αἰγὶς ὅπλον. Ἀπόλλωνι γοῦν δίδωσιν.* 310. *Ἥφαιστος Διὶ δῶκε· ἡ διπλῆ ὅτι σαφῶς Διὶ ἐσκεύασται ἡ αἰγὶς καὶ οὐκ ἔστιν Ἀθηνᾶς, καθὼς οἱ νεώτεροι ποιηταὶ λέγουσιν. P*, 594 *ἡ διπλῆ ὅτι ἴδιον ὑποτίθεται τῆς αἰγίδος τὸ ἀνέμων ποιεῖν συστροφάς. ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ δὲ καὶ καταιγίδες αἱ πνοαὶ αἱ κάτω ἀΐσσουσαι.* Ergo hoc docemur de aegide, primum ea concussa tempestatem et tenebras cooriri, dein Iovis esse nec alium deum uti nisi a Iove acceperit. Ut aliis argumentis, sic hoc posteriore conclusum, versus 20 et 21 Iliadis ultimae spurios esse. Vid. eo loco scholion*).

---

*) Ubi pro *κατείληπτο* leg. *κατείλυτο*, et *ἀποδρυφῇ* pro *ἀποστραφῇ*: sed verba *ἵνα μὴ ἀποδρυφῇ* eiicienda. Inseruit quispiam responsum suum (quod saepius factum invenimus) ad scholiastae interrogationem: *πῶς δὲ καὶ κα[είλυτο τῇ αἰγίδι ἑλκόμενος;*

Ambrosia.

Ξ, 170, ubi de Iunone dicitur: ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἱμερόεντος λύματα πάντα κάθηρεν) ἡ διπλῆ ὅτι ἐκ τούτου τοῦ τόπου πλανηθέντες τινὲς διέλαβον τὴν ἀμβροσίαν εἶναι ὑγρὰν τροφήν. Τ, 347 ἀλλ' ἴθι οἱ νέκταρ τε καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν στάξον ἐνὶ στήθεσσι) ἡ διπλῆ ὅτι κατ' ἀμφοτέρων τὸ στάξον, τῆς ἀμβροσίας καὶ τοῦ νέκταρος· ἡ γὰρ ἀμβροσία ἐστὶ ξηρὰ τροφή.

Cestus Veneris.

Ξ, 214 ἡ διπλῆ ὅτι κεστὸς ἐκ παρεπομένου ὁ ποικίλος ἀπὸ τοῦ διὰ τὰς ῥαφὰς κεκεντῆσθαι, ἐμπεποικιλμένης τῆς φιλότητος καὶ ἱμείρου καὶ ὀαριστύος. καὶ οὐκ ἔστι κύριον ὄνομα, ὡς ἔνιοι τῶν ἀρχαίων· διὸ καὶ ἐπ' ἄλλου λέγει· „ἄγχε δέ μιν πολύκεστος ἱμάς". (Γ, 371.)

C. III.

De cultu et victu heroum.

§. 1. Locos notavit unde de vestitu heroum constaret. Ξ, 17 ἡ διπλῆ ὅτι ἑανὸς ὁ αὐτὸς τῷ πέπλῳ, καὶ καθόλου πρὸς τὸν στολισμόν. Cf. Π, 9 ἡ διπλῆ ὅτι ἑανὸς καὶ πέπλος τὸ ἔνδυμα. Ω, 229 ἡ δ. ὅτι διέσταλκε τὸν πέπλον ἀπὸ τῶν χλαινῶν· καὶ τὰ φάρη ὡς διαπρέποντα τὸν πέπλον οὕτως προσηγόρευσε (?). Γ, 126 δίπλαξ sc. χλαῖνα, ἣν ἐστι διπλῆν ἀφιέσασθαι. —

Ξ, 180 ἡ δ. ὅτι κατὰ τὸ στῆθος ἐπερονῶντο, οὐχ ὡς ἡμεῖς κατὰ τὴν κατάκλειδα τοῦ ὤμου. Haec de multis paucissima supersunt.

§. 2. De armis. *Z*, 117 ὅτι περιφερεῖς καὶ ἀνδρομήκεις αἱ ἀσπίδες ἕως σφυρῶν καὶ αὐχένος καλύπτουσαι. Item *B*, 389. *Δ*, 32. *O*, 646. — *E*, 796 ἡ δ. ὅτι τελαμῶσιν ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ἐχρῶντο. cf. *Δ*, 32. 38. 545. Et *Ξ*, 405 ἡ δ. ὅτι καὶ τὰ ξίφη καὶ τὰς ἀσπίδας ἐκ τελαμώνων ἀνῆπτον· διὸ δύο. — *H*, 238 ἡ δ. ὅτι τὴν ἀσπίδα ξηρὰν λέγει βῶν διὰ τὸ ἐκ βοείων εἶναι δερμάτων. Cf. *M*, 105. 137. Ad *Π*, 636 χαλκοῦ τε ῥινοῦ τε βοῶν τ᾽ εὐποιητάων) ἡ δ. ὅτι προειπὼν ῥινοῦ τε ὡς ἑτερόν τι διάφορον συμπλέκει βοῶν τε, καὶ ἤτοι ἐξ ἐπαναλήψεως νοητέον λέγεσθαι τὸ αὐτὸ ὡς „πυκνοὶ καὶ θαμέες“ (*μ*, 92) καὶ „πόλεμον τε μάχην τε“ (251). ἢ τὸν τε σύνδεσμον περιττὸν νομιστέον, ἵν᾽ ᾖ ῥινοῦ βοῶν τουτέστι τῶν ἀσπίδων. Cf. *Δ*, 448. — Binas hastas gerunt *Λ*, 43. — *O*, 480 ὅτι οὐκ εἶχον κόρυθας οἱ τοξόται. καὶ ἐπὶ τῶν Λοκρῶν· οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκήρεας (*N*, 714). — Usus criticus primum *B*, 527, ubi inter alia multa, quae horum versuum suspicionem movent et hoc est: κακῶς δὲ καὶ λινοθώρηξ· οἱ γὰρ Ἕλληνες οὐκ ἐχρῶντο λινοῖς θώραξι· διὰ παντὸς γὰρ χαλκοχίτωνας αὐτοὺς λέγει. Quo pertinet *N*, 439 ἡ διπλῆ ὅτι σαφῶς τὸν θώρακα χιτῶνα χαλκοῦν. *N*, 372 ἡ δ. ὅτι χαλκοῖ οἱ θώρηκες· πρὸς τὸ „ὀλίγος μὲν ἔην λινοθώρηξ“.

Hoc praestantissimum. *Γ*, 328 narratur ut Paris arma induerit, κνημῖδας μὲν πρῶτα —, δεύτερον αὖ θώρηκα —

334 ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον
335 χάλκεον· αὐτὰρ ἔπειτα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε·
κρατὶ δ᾽ ἐπ᾽ ἰφθίμῳ κυνέην εὐτυκτον ἔθηκεν

ἵππουριν· δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν·
εἵλετο δ' ἄλκιμον ἔγχος, ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει.

Hic Zenodotus versus 334. 5. ut spurios reiecerat, contra post ἀρήρει posuerat hunc:

ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισι βάλετ' ἀσπίδα θυσανόεσσαν,

de quo h. l. iudicatur „ὥστε ἐναντίως τῷ Ὁμηρικῷ ὁπλισμῷ ἔχειν· πρὸ τῆς ἀσπίδος γὰρ φανήσεται ἀναλαμβάνων τὴν περικεφαλαίαν καὶ ξίφος μὴ ἔχων". Refutatio Zenod. *A*, 32 ubi Agamemnon arma induit: — πρὸ τῆς κεφαλαίας ἀναλαμβάνει τὴν ἀσπίδα ὡς ἂν δι' ἀναφορέων χρωμένων ταῖς ἀσπίσιν· ὁ δὲ Ζηνόδοτος ἐπὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου τὸν ὁπλισμὸν ἐνήλλαχεν. *O*, 480 (ubi Teucer arma sumit) ἡ διπλῆ ὅτι πρότερον τὴν ἀσπίδα εἵληφεν, εἶτα τὴν περικεφαλαίαν· ὁ δὲ Ζηνόδοτος ἐνήλλαχεν ἐπὶ τῆς Ἀλεξάνδρου μονομαχίας. *T*, 380 (ubi Achilles) ὅτι ἀναλαβὼν τὴν ἀσπίδα μετὰ ταῦτα ἐπὶ πᾶσι τὴν περικεφαλαίαν τίθησι*). Ex Zenodotea loci illius adornatione praeterea Paris sine gladio est. Sed et reliqui gladium sumunt, et praeterea de eo monitum ad *Γ*, 339 ὡς δ' αὔτως Μενέλαος Ἀρήϊος ἔντε' ἔδυνεν) ὅτι οὗτος ξίφος ἔχει· εἰ δὲ ὡσαύτως τῷ Ἀλεξάνδρῳ καθώπλισται, πάντως κἀκεῖνος εἶχε ξίφος· ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς Ζηνόδοτον. *Γ*, 361 Ἀτρείδης δὲ ἐρυσσάμενος ξίφος ἀργυρόηλον) ἡ δ. ὅτι ξίφος ἔχει, πρὸς Ζηνόδοτον.

§. 3. Annectam hic duo exempla, ubi egregie ex cognitione antiquitatis Homericae de versibus subditiis iudicatum.

I. *Θ*, 185 Hector equos alloquens:

Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε καὶ Αἴθων Λάμπε τε δῖε,
νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον —

*) Eundem ordinem in armanda Penthesilea sequitur Quint. Sm. A, 142.

Hic versus spurius: ὅτι οὐδαμοῦ Ὅμηρος τεθρίππου χρῆσιν παρεισάγει· μάχεται δὲ καὶ τὰ ἐπαγόμενα δυϊκά*), καὶ ἡ προσφώνησις εὐήθης. *E*, 195 παρὰ δέ σφιν ἑκάστῳ δίζυγες ἵπποι ἵστανται) ὅτι δυσὶν ἵπποις ἐχρῶντο. 272 τὼ δὲ δύ') ὅτι δύο ἵπποις ἐχρῶντο· ἡ δ' ἀναφορὰ πρὸς τὸ τέτρωρον „Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε". — *Θ*, 109 ἡ δ. ὅτι τετήρηται παρ' αὐτῷ καθαρῶς τὰ δυϊκὰ καὶ νῦν ὡς ἐπὶ δύο ἵππων διαλέγεται. *Z*, 37 ἵππω δυϊκῶς ὡς ἐπὶ ξυνωρίδος ἔφη. *Θ*, 290 ἢ τρίποδ' ἠὲ δύω ἵππους) ἡ δ. ὅτι δύο ἵπποις ἐχρῶντο. *Ψ*, 276 ὅτι δυικῶς περιβάλλετον· συνωρίδι γὰρ ἐχρῶντο. *Λ*, 699 καὶ γὰρ τῷ χρεῖος μέγ' ὀφέλλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν, ἐλθόντες μετ' ἄεθλα· περὶ τρίποδος γὰρ ἔμελλον θεύσεσθαι· τοὺς δ' αὖθι ἄναξ ἀνδρῶν Αὐγείας κάσχεθε, τὸν δ' ἐλατῆρ' ἀφίει ἀκαχήμενον ἵππων) ἡ διπλῆ ὅτι φαντασίαν ὁ τόπος ἔχει ὡς τετρώρῳ ἅρματι χρωμένων τῶν ἡρώων· καὶ γὰρ λέγει „τὸν δ' ἐλατῆρ' ἀφίει ἀκαχήμενον ἵππων". ἐνδέχεται δὲ δύω συνωρίδας ἐπὶ τὸν ἀγῶνα πεπορεῦσθαι, μή τι περὶ τὴν ἑτέραν γένηται, εἰρῆσθαι δὲ „τὸν ἐλατῆρ' ἀφίει" συλληπτικῶς,

---

*) Notum qua ratione dualem defendant (cf. Reimnitz. de decl. p. 9.) Hoc Aristarcho etiam in mentem venisse mihi certissimum, etenim ad manum est: sed illi praeterea in mentem venerat quaerere quam aptum esset, quam dignum Homero, hic, ubi ad unam eandemque rem equos suos, quos una ante currum conspicit, Hector adhortatur, singula equorum paria alloqui, et praeterea, quidquid dici potest, eo minus valere cum plura et gravia indicia concurrant. Quod ad dualem attinet, nec ἀψῖσι λίνου ἁλόντε nec χείμαρροι συμβάλλετον, nec κούρω κρινθέντε δύω καὶ πεντήκοντα ab illo acerrimo dualis apud Homerum vindice improbata accepimus. Et illud quod est *Π*, 371 πολλοὶ δ' ἐν τάφρῳ ἐρυσάρματες ὠκέες ἵπποι ἄξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ λίπον ἅρμα' ἀνάκτων an dubitas quin ipsum notatum habuerit ad tuendam observationem de bigis heroum, sic fere: πρὸς τὸ ἄξαντ', ὅτι συνωρίσι ἐχρῶντο οἱ ἥρωες! Schol. BL. πρὸς τὰς συνωρίδας αἷς ἐχρῶντο Τρῶες (l. ἥρωες) τὸ δυικόν. Hoc loco egregius dualis et non minus aptus quam illo loco ineptus.

τὸν ἑκατέρας ἐλατῆρα, ὡς „ἀμφίπολος δ' ἄρα οἱ κεδνὴ ἑκάτερθε παρέστη“ (α, 335)· οὐ μία ἐπὶ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ἀλλ' ἑκατέρωθεν μία· οἱ δὲ ὡς Ποσειδῶνος υἱὸν τετρώρῳ φασὶ χρῆσθαι. ἵππιος γὰρ ὁ θεός. (Ultima οἱ δὲ vix Aristonici sunt. Praeterea not. quod Porphyr. ad Θ, 185 de versu τέσσαρες — ὑπώπτευται ὡς νόθον: cuinam?) Praeterea nomina equorum ex aliis locis desumpta sunt. Τ, 400 Ξάνθε τε καὶ Βαλίε, τηλέκλυτα τέκνα Ποδάργης) σημειοῦνταί τινες ὅτι ἐντεῦθεν ἡ διασκευὴ τοῦ τεθρίππου πεποίηται „Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε“. Ψ, 295 Αἴθην τὴν Ἀγαμεμνονέην τὸν ἑόν τε Πόδαργον) ἡ διπλῆ ὅτι ἐντεῦθεν παρῴδηται τὰ ὀνόματα τῶν Ἕκτορος ἵππων Αἴθων καὶ Πόδαργος· οὐ γὰρ εἰσάγει τετρώρῳ χρωμένους.

II. Η, 331 sqq. Nestor ad Agamemnonem

τῷ σε χρὴ πόλεμον μὲν ἅμ' ἠοῖ παῦσαι Ἀχαιῶν,
αὐτοὶ δ' ἀγρόμενοι κυκλήσομεν ἐνθάδε νεκρούς
βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν· ἀτὰρ κατακείομεν αὐτούς
334. τυτθὸν ἀποπρὸ νεῶν, ὡς κ' ὀστέα παισὶν ἕκαστος
335. οἴκαδ' ἄγῃ, ὅτ' ἄν αὖτε νεώμεθα πατρίδα γαῖαν.
τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χεύομεν ἐξαγαγόντες
ἄκριτον ἐκ πεδίου·

334. 5 ἀθετοῦνται ὅτι οὐ διὰ τοῦτο ἐκαίοντο ὅπως τὰ ὀστᾶ κομίσωνται, ἀλλὰ συνηθείᾳ· καὶ γὰρ οἱ ἐπὶ τῆς ἰδίας τελευτῶντες ἐκαίοντο. καθόλου οὖν οἶδε πυρὶ καιομένους τοὺς πάλαι καὶ ἐνταῦθα τιθεμένους ὅπου καὶ ἐτελεύτησαν. ἐναντιοῦται δὲ καὶ τὰ ἑξῆς „τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἄκριτον ἐκ πεδίου“, ἀδιαχώριστον, ἀδιάστατον, τουτέστι πολυάνδριον· πῶς οὖν „ὡς κ' ὀστέα παισὶν ἕκαστος“.

Huc pertinent:

Δ, 174 σέο δ' ὀστέα πύσει ἄρουρα κείμενον ἐν Τροίῃ) ἡ διπλῆ ὅτι τῶν ἐπὶ ξένης τελευτώντων οὐκ ἀπεκομίζετο τὰ ὀστᾶ εἰς τὰς πατρίδας. οὐκ ἄρα Ὁμήρου ἐστὶ ταῦτα „ὡς κ' ὀστέα παισὶν ἕκαστος οἴκαδ' ἄγῃ, ὅτ' ἂν αὖτε νεώμεθα“. Σ, 332 αὐτοῦ γαῖα καθέξει) ἡ διπλῆ — ὅτι

οὐκ ἀπεκόμιζον τὰ ὀστᾶ τῶν τετελευτηκότων ἐπὶ ξένης εἰς τὰς πατρίδας. ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὸ „ὥς κ' ὀστέα παισὶν ἕκαστος οἶκαδ' ἄγῃ". γ, 109 ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται, ἔνθα δ' Ἀχιλλεύς, ἔνθα δὲ Πάτροκλος, ἔνθα δ' ἐμὸς φίλος υἱὸς — Ἀντίλοχος) πρόδηλον ἐντεῦθεν ὅτι ὅπου ἐτελεύτησαν ἐκεῖ ἐθάπτοντο καὶ οὐκ ὀστέα παισὶν ἕκαστος ἄγετο. Haec rem ita demonstrant ut nihil possit certius esse quam illa athetesis. Sed cum praeterea illud videatur dicere Nestor vel dicere videri possit: crememus eos ideo, ut possimus eos domum referre (quamquam illud ὥς κε ita accipere non necesse videtur), quasi nisi nunc hoc consilium haberent eos sepelire possent, illud etiam notavit, nulla conditione heroes sepeliri sed et foris et domi concremari. Hoc dipla notatum invenies ad *H*, 79. 429. *I*, 546. *X*, 342. *Ω*, 38.

§. 4. Reliquas notas, quae huc pertinent, breviter indicabo. Apparet ingentem copiam fuisse; paucissimae servatae.

Convivia (*Δ*, 262. *I*, 224. *Δ*, 2.), hospitium (*Z*, 176), equitatio (*K*, 499. *O*, 679), scriptio (v. diss. II s. v. γράφειν), imprecatio (*I*, 586), sacrificium (*B*, 422. 424. *Θ*, 325), sortitio (*H*, 182), commercium (*H*, 473), *legatio (*Δ*, 377*), domorum structura (*Z*, 148. *Π*, 184), dos (*I*, 146. 147. *N*, 366. 382. *X*, 51. *Δ*, 244, ἀλφεσίβοια. *X*, 88, πολύδωρος), tibiarum usus (*K*, 13. *Σ*, 495.) et tubarum (*Σ*, 219. *Φ*, 388.), armorum exercitatio (*Π*, 810), mos latrocinii**), sceptra (*Σ*, 505. *Ψ*, 568.), noctium

---

*) Cf. nos supra p. 154.

**) Contendit in Thucydidem dicentem (1, 5) heroum aetate et terra et mari latrocinium minime turpe fuisse. Argumenta affert quae contra valeant; Thucydidem se decipi passum esse, quod nesciverit, λῃΐζεσθαι etiam poni pro λαφυραγωγεῖν (ut λῃτὶς Ἀθήνη). Vide haec fuse exposita in schol. γ, 71 cl. Eust. 1453.

dierumque descriptio (*Φ*, 111.), *ἡνίοχοι* et *παραβάται* (*Π*, 46. *Γ*, 251. *Θ*, 89), *foederis ictio (*B*, 341. *Γ*, 270. *Δ*, 159.), *concubinae (*E*, 70 cl. Athen. 556 b.), unguenta et coronae (*N*, 736. *Ξ*, 172. *Ψ*, 186. *Λ*, 700.), carnis coctio (*Φ*, 362), *ludicrorum certamina (*X*, 164. *Ψ*, 630. cf. 659. 707. 753. 621. 634. 683. — 725.), discus*), funera (*Ω*, 607). Quaedam alia quae inspici merentur sunt *I*, 632. *K*, 68. **P*, 602. **Ψ*, 88. 267. *269.— De poculo Nestoris ipsa eius verba servata sunt. Sed corruptum scholion eget emendatione. Sc. *Λ*, 632.

πὰρ δὲ δέπας περικαλλὲς, ὃ οἴκοθεν ἦγ' ὁ γεραιός,
χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον· οὔατα δ' αὐτοῦ
τέσσαρ' ἔσαν, δοιαὶ δὲ πελειάδες ἀμφὶς ἕκαστον
χρύσειοι νεμέθοντο· δύω δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν.

Scholion nunc sic legitur: *τὴν κατασκευὴν τοῦ ποτηρίου Ἀρίσταρχος τοιαύτην εἶναί φησι· πρῶτον μὲν περίμηκες αὐτὸ εἶναι καὶ δύο πυθμένας ἔχειν, οὐχ ἕτερον ἐξ ἑτέρου ὥς τινες, ἀλλ' ἑκατέρωθεν τῶν τεσσάρων ὤτων οὐκ ἐξ ἴσου τὰ διαστήματα εἶναι ἵνα μὴ κατόπιν ἐναντίον τοῦ στόματος λαμβάνηται, ἀλλ' ἑκατέρωθεν ποτήριον δύο καὶ δύο. τούτων δὲ ἀπὸ μακρὰν πελειάδα μίαν ἑκατέρωθεν· ἀντεστραμμέναι δέ εἰσιν αὗταῖς, ἀνὰ μέσον δὲ αὐτῶν δύο, κατὰ γὰρ ἕκαστον τῶν ὤτων τοσαῦτά φησιν εἶναι· αὐτῷ γὰρ ὡσεὶ φιάλην κοίλην, ὥστε ταῖς δύο χερσὶν ὑπολαμβάνοντας τῶν ὤτων προσλαμβάνεσθαι.*

Quae sensu carent; mihi sic emendanda visa: *πρῶτον μὲν περίμηκες αὐτὸ εἶναι καὶ δύο πυθμένας ἔχειν, οὐχ ἕτερον ἐξ ἑτέρου, ὥς τινες, ἀλλ' ἑκατέρωθεν· τῶν τεσσάρων ὤτων οὐκ ἐξ ἴσου τὰ διαστήματα εἶναι, ἵνα μὴ κατὰ πόσιν ἐναντίον τοῦ στόματος* (ob os, ita ut

---

*) *Ψ*, 826 *σόλον αὐτοχόωνον — ὁ δὲ Ἀρίσταρχός φησιν, ὅτι χαλκοῦς ἦν. ὁ γὰρ σίδηρος οὐ χωνεύεται.* (Apud Quint. Sm. *Δ*, 444 *σόλος* dicitur *χαλκός*.)

bibentis os impediat) λαμβάνηται, ἀλλ' ἑκατέρωθεν τοῦ ποτηρίου δύο καὶ δύο. τούτων δὲ ἅπτεσθαι μακρὰν (vel potius μικρὰν) πελειάδα μίαν ἑκατέρωθεν, ἀντεστραμμέναι δέ εἰσιν αὐταῖς, ἀνὰ μέσον δὲ αὖ τούτων δύο. κατὰ γὰρ ἕκαστον τῶν ὤτων τοσαύτας φησίν (sc. Homerus). εἶναι γὰρ ὡσεὶ φιάλην κοίλην, ὥστε ταῖς δύο χερσὶν ὑπολαμβάνοντας (an—τος) τῶν ὤτων προσλαμβάνεσθαι (ad os admovere).

Hoc poculum si quis sibi depingi curabit, ut mihi amicus quidam depinxit, calicem exhiberi videbit omnibus potoribus placiturum.

Hoc loco valde laboraremus, nisi statim ab initio de fide Eustathii exposuissemus. Nunc scimus quid statuendum sit cum quomodo Aristarchus poculum constructum voluerit referens a certissimo auctore discedit (869, 20).

C. IV.

De grammaticis, qui ἐνστατικοί et λυτικοί dicti sunt.

Postquam hoc quoque in genere Aristarchi laudes satis cognovimus, poterunt fragmenta quaedam tractari, quae nisi recte acceperis spectatis hominis sobrii consiliis parum respondere videantur.

1. Apollon. lex. Homer. p. 820 *Φαεινή, λαμπρά· ἐν δὲ Θ τῆς Ἰλιάδος* (551)

φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην
ζήτησαν πῶς τότε ἡ σελήνη δύναται φάναι (l. *φαεινὴ*

εἶναι), ὅτε τὰ ἄστρα λαμπρὰ φαίνεται. ὅθεν ὁ Ἀρίσταρχος τοῦτο λύων φησί· φαεινὴν οὐ τὴν ποτέ (opinor τότε) λαμπράν, ἀλλὰ τὴν φύσει λαμπράν· ὥςπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἐσθῆτος τῆς Ναυσικάας

φέρεν δ' ἐσθῆτα φαεινήν (ζ, 74)

ἣν διὰ τὸ ἐρρυπῶσθαι εἰς τοὺς πλυνοὺς παρακομίζει· ἀλλὰ δῆλον, φησίν, ὅτι (ins. καί) ἐνταῦθα ἀκρυστέον τὴν φύσει λαμπράν. Cf. schol. h. l. et ζ, 58.

2. Schol. Ξ, 216 Πορφυρίου. διὰ τί τὰ ἐρωτικὰ ἐν ἱμάντι φησὶν Ὅμηρος κατεστίχθαι „ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος". Σάτυρος μὲν οὖν, ἐπεὶ πληγῶν ἄξια δρῶσιν οἱ ἐρῶντες. Ἀπίων δέ, ἐπειδὴ δεσμοῖς ἐοίκασι καὶ βρόχοις οἱ ἔρωτες καὶ τὰ τῶν ἐρώντων πάθη. Ἀρίσταρχος δέ, ὅτι ἄχρι τοῦ δέρματος διϊκνεῖται τὰ ἐρωτικὰ πάθη, τήκοντα (sic enim pro τίκτοντα recte Leid. et sch. ϑ, 288) τοὺς ἐρῶντας καὶ ἀποξύοντα διὰ τῆς στύψεως τὰ μέλη. Eadem leguntur schol. ϑ, 288.

3. Procl. ad Hesiod. Op. 97 ὥς (leg. πῶς) φησιν, ἔμεινεν ἐν τῷ πίθῳ ἡ Ἐλπίς· ἔστι γὰρ τοῦτο ἐν ἀνθρώποις. τοῦτο δὲ καὶ Κόμανος ὁ ἀρχιοινοχόος τοῦ βασιλέως προὔτεινεν. φησὶν οὖν Ἀρίσταρχος, ὅτι ἡ μὲν τῶν κακῶν ἔμεινεν· ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐξῆλθεν· ὅθεν ἀκυρολογοῦμεν λέγοντες ἐλπίζειν κακά. ἡ γὰρ ἐλπὶς κακῶν, οὐ ϑεῶν (leg. videtur οὐδ' ἐξῄει).

4. Vid. infra §. 5.

Advertent haec fragmenta lectorem, quod videntur inter Aristarchea ad illud genus captiosarum quaestionum pertinere, quod non tam ad gravem fructuosamque doctrinam quam ad vanam ostentandam scientiam vel ad venditandam ingenii subtilitatem vel etiam ad carpendum optimum poetam inventum cultumque esse putaveris. Hoc quale fuerit, unde propagatum, quo studio retentum sit, quid denique in grammaticorum commentariis valuerit, hac occasione accuratius inquirere operae pretium visum est. Attigit haec quo-

que aliquot locis divini operis, quo nos ad Homericam lectionem instituit, Wolfius: sed nec omnia ille, quae eodem spectant, vel composuit vel comportavit, et, ut eius institutum ferebat, in magnis copiis parum dixit explicite, vix ut scientibus satis sit.

§. 1. Constat summi poetae aequalibus quique horum plura per secula vestigiis institerunt, religiosis hominibus, sed simplicibus et poesis delectamentis helluantibus, ne minimum quidem scrupuli iniecisse antiquorum Deorum et mores et facinora, ad hominum similitudinem tum bene cupientium, tum vero irascentium atque invidentium. His igitur, ut hoc utar, nec Iunonis incudes nec Vulcani reticula displicebant. Sed cum primum philosophari Graeci homines instituerent, tum impia haec talia et scelesta esse duxerunt: qua religione non solos philosophos, sed ipsos poetas, si quo novae doctrinae colore imbuti essent, infectos esse Pindari exemplo edocemur. Tum igitur quidquid ex hoc genere fabulae afferebant, eruditorum animos vehementer offendit: praecipue tamen Homerus et Hesiodus, qui et plurimum in hominum ore versarentur quorumque fabulae non locorum quorundam finibus inclusae essent, sed totam Graeciam pervagarentur, philosophorum invidia flagraverunt. Tum Xenophanes exstitit Colophonius*), Ὁμηροπάτης ἐπικόπτης, qui adversus utrumque poetam multa scripsit eorumque de dis narrationes graviter reprehendit:

πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε,
ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστί,
κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

Tum Heraclitus veteres poetas insectabatur, severissi-

*) v. Paul de sillis Graec. p. 15—17, Brandis quaest. Eleat. p. 67—70, Jacobs Erziehung der Hellenen zur Sittlichkeit, Verm. Schriften III. p. 99.

mis verbis usus*), et alii. Hi omnes si ad prisci poetae rationes caecutientes acerba eum cum irrisione atque obiurgatione increpitarunt, quid mirum exstitisse contra, qui vatem tanta gloria circumlatum, immo tanta vulgo pietate exceptum defendere conarentur et invidiosas criminationes diluere? In quo plerique, viam a Theagene monstratam persecuti, ad allegoriam confugerunt**), alii aliis excusationibus usi sunt. Huc accessit quod Homericos versus ac narrationes iam primis temporibus partim in communi vita (plenus exemplorum est Diogenes), partim in disputationibus doctioribus vel serio vel ad orationis ornatum ubique adsciverunt: qua in re suo quisque ingenio in vituperando ac defendendo abuteretur. Sic exarsit mature criminantium et patrocinantium contentio, mutuo incensa certamine. Quotusquisque enim fuerit, quem crimina ista contemnere et multa in poesi non ad amussim expendenda esse vel cupiditas vel artis infantia intelligere passa sit? Defensores quidem tam multos habuit poeta tamque cupidos, ut certo ac proprio nomine Ὁμήρου ἐπαινέται***) dici mererentur, vocabulo, ut ego suspicor, ad irrisionem invento. In qua re cum non tantum philosophi, sed mediocres homines et rhapsodi praecipue, nec docti nec ingeniosi, sibi partes sumerent, iure nostro opinamur, iam tum pingues plurimas fuisse defensiones, quales usque ad extremam aetatem fuisse cognovimus. In melioribus Socratici temporis laudatoribus, si Xenophonti fides est, Glaucus et Stesimbrotus fuerunt, quorum hodieque aliquot, sed exiguas

---

*) Diog. La. IX, 1.

**) De his post Wolfium exposuit Lobeckius Agl. I p. 155 sqq.

***) Nitzsch. praef. ad Plat. Ion. c. II.

habemus solutiones, Schol. *A*, 636. *O*, 193. *Φ*, 76. cf. Aristot. poet. XXVI, 23.

§. 2. Ac prudentibus profecto opus fuit poetae defensoribus. Etenim exortum erat novum genus reprehensorum, et laudi quidem vatis illis vetustioribus periculosius. Hi enim non impie eum cecinisse iactabant sed inepte: versum versui repugnare, sententiam sententiae, non distingui vocabula similiter significantia, horrere stribligine. Sophistas dico. Hi ad coarguendum nati homines poetas quoque traduxerunt: in quibus gloriolae suae abunde satisfacere poterant. Simonidem ut ostendat in eodem carmine sibi contraria dicere, quam carpere instituat Protagoras, ex Platonis dialogo p. 339, C notissimum. Quod pro similium exemplo est. Euripidem in vocabulorum minutiis Aeschylum coarguentem ad sophistarum morem effinxit comicus. Denique Aristoteles σοφιστικοὺς ἐλέγχους enarrans non omisit de iis dicere, qui Homerum redarguerent, atque ut reliquis eorum argutiis, sic his medicinam paravit, El. Sophist. IV, 8. Poet. XXVI*). Verum ne omnia quidem malo consilio ab iis excogitata sunt: sed cum grammaticam doctrinam primi inchoarent, quippe qui rationem potius quam usum spectarent, multis in Homeri carminibus offensi sunt, quibus explicandis imperfecta ars non sufficeret. Ex quo genere equidem puto illud fuisse, quod in imperativo μῆνιν ἄειδε θεά Protagoras vituperasse traditur. Vid. Spengel συναγ. τεχν. p. 44. Cf. Herodian. schol. Il. *Γ*, 280.

Alterum genus hominum, qui ingenii ostentandi

---

*) Wolf p. CLXVIII. Liscovius, über die Aussprache des Griechischen p. 196.

gratia res personasve ab Homero fictas invaderent, ab eadem radice propagatum erat, rhetores. Qui cum in laudando ac vituperando acumen aciemque exercerent (Cic. Brut. c. 12. Foss. de Gorg. p. 43), saepe Homerica tractanda sumserunt, et ita quidem nonnunquam ut quae ille laudasset ipsi extenuarent, quae ille vituperasset, ut Cyclopem, Thersitem (cf. Gell. XVII, 12), ipsi laudibus exaggerarent*). Et vidit haec aetas qui utraque ratione adversus poetam pugnavit, et rhe-

---

*) Certa res est, captiosas criminationes rhetorum sophistarumque studiis maxime auctas ac celebratas esse. Unde vocabula plura in hac re propria ex rhetorica ac sophistica arte depromta sunt. *κατηγορεῖν*, *ἀπολογεῖσθαι*. Sosibius *ὁ λυτικός* apûd Athen p. 494, d *τούτων τοίνυν οὕτως κατηγορουμένων τῇ ἀναστροφῇ χρησάμενοι ἀπολύομεν τὸν ποιητήν*. Arati vita III ap. Buhl. *Εὐφράνωρ ἀντιγράψας πρὸς τὰς τοῦ Ζωΐλου κατηγορίας*. Schol. *K*, 274 *οὗτος ἄλλα τε πολλὰ κατηγόρει Ὁμήρου*. *ι*, 60 *πολλοὶ κατηγόρουν τοῦ ἀπιθάνου*. *Σ*, 22 *Ζωΐλος δέ φησιν ἄτοπον — Ζηνόδωρος δὲ ἀπολογεῖται* et aliis locis. Cf. Aristot. rhetor. I, 3, 3 *δίκης δὲ τὸ μὲν κατηγορία, τὸ δὲ ἀπολογία;* v. II, 22. 7. 8. II, 23, 14. rhet. Al. I, 1. VII. Deinde *ἔνστασις, ἐνστατικοί*. Cf. Aristot. el. soph. IX, 6 (*εἰ δὲ τοῦτ' ἔχομεν, καὶ τὰς λύσεις ἔχομεν· αἱ γὰρ τούτων ἐνστάσεις λύσεις εἰσί*) XV, 14. 15. XVII, 20. rhetor. II, 12, 17. II, 25. II, 26, 4. Dion. rhet. III, 17, 14. *διαβάλλειν* quoque et *διαβολή*, quae haud rara sunt in hac re, possint a rhetoribus ducta videri, v. Spengel *συναγ. τεχν*. p. 95. 96: fortasse etiam *ψέγειν*, v. Aristot. rhet. I, 3, 3. Sed de hoc non pugnabo. De vocabulis autem *λύειν, λύσις* res certissima. Haec in scholiis frequentissima de dissolvendis quaestionibus, unde *Σωσίβιος ὁ θαυμάσιος λυτικός* apud Athenaeum: de dissolvendis vero sophistarum captionibus apud Aristotelem propria: *ὃ λύει τὸν σοφιστικὸν λόγον*, rhetor. III, 2, 13, et in libello de elenchis sophisticis in singulis capitibus invenies. Ceterum grammatici, quamquam rarius, etiam verbo *ἐπιλύεσθαι* utuntur. Unde *ἐπιλυτικοί* apud Suid. s. *Σωσίβιος*. *ἐπιλύεσθαι* Sch. Dion. gr. p. 730, 26. Schol. Od. *ι*, 106. Athen. p. 670 f. (*πρόβλημα ἐπιλύσασθαι*). Schol. Pind. Pyth. IV, 455. *ἐπιλύειν τὸ ἄπορον* Tzetz. exeg. Il. p. 51. *ἐπιλύειν τὸ ζητούμενον* Euseb. h. eccles. VII, 32. Item activum *ἐπιλύειν* sch. A, 1. Cf. Apollon. de adv. 537, 14 et

torum artificiis usus et sophistarum argutiis, Zoilum Amphipolitanum. Ad illud genus pertinebat eius *ψόγος Ὁμήρου*, ad hoc libri, qui apud Suidam dicuntur, *κατὰ τῆς τοῦ Ὁμήρου ποιήσεως λόγοι ἐννέα*. Strab. lib. VI p. 271, falsum fictumque esse demonstrans multos fluvios subter mare per aliquod spatium labi integros, plures affert, qui talibus fabulis fidem habuerint: „*Ἄλφειὸν δέ*, inquit, *Ζωΐλος ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Τενεδίων ἐγκωμίῳ φησὶν ἐκ Τενέδου ῥεῖν, ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθογράφον*“ i. e. eiusmodi fabulam Zoilus propinat, is qui Homerum ut fabulosum poetam vituperare ausus est. In quo miror, Wolfium sibi persuadere potuisse (p. CXCII) ultima verba *ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθογράφον*, in quibus vis sententiae est, ad marginem releganda esse. Recte Strabonis locum intellexerat Hardio in Memor. Acad. Inscr. et Litt. T. VIII p. 187*). In mente habuit Strabo *ψόγον Ὁμήρου*, quae haud dubie declamatio erat, a Suida inter Zoili scripta commemorata atque a novem libris adversus Homerum secreta. Ex eadem declamatione putaverim desumptum esse, quod Longinus servavit, IX, 14 *τοὺς ἐκ Κίρκης συοφορβουμένους, οὓς ὁ Ζωΐλος ἔφη χοιρί-*

Procl. ad Cratyl. *ις'* p. 8 (Lips. 1820). Apud Athenaeum p. 669. d pro *ἀπολύεσθαι ζήτησιν* Casaubonus requirebat *ἐπιλύεσθαι*. Neque tamen necessarium: *ἀπολύεσθαι ἀπορίαν* est schol. Y, 271. *ἀπολύεσθαι προτάσεις* Athen p. 334. c. Strab. XII. p. 550 *ταῦτα μὲν ἀπολύεται τῇ μεταγραφῇ*. Quod videtur translatum ex *ἀπολύεσθαι τὴν αἰτίαν* (Dion. rhet. VIII, 11.), *ἀπολύεσθαι διαβολάς* (Plat. Phaedr. 276. D). — *τὸ ζητούμενον διαλύειν* est Athen. p. 408. f. *διαλῦσαι τὸν λόγον* de elencho sophistico diluendo legimus ap. Aristotelem el. soph. XVI, 9. *τὰ δὲ πρὸς τὴν λέξιν ὁρῶντα δεῖ διαλύειν* poet. XXVI; 16. *διαλύσασθαι διαλεκτικοὺς λόγους* Diog. La. II, 111.

*) „Strabon a remarqué cette bévue comme quelque chose de plaisant dans un écrivain, qui s'étoit moqué d'Homère comme d'un conteur de fables.“

δια κλαίοντα: quod habet colorem rhetoricum. En specimen fabulae, quam fabuloso poetae exprobraverat. Novimus praeterea orationem eius ad Homeri reprehensionem pertinentem, cuius fragmentum servavit Schol. Plat. ad Hipparch. p. 240 b. (p. 334 Be.). *Ζωΐλος ἐν τῷ εἰς Πολύφημον ἐγκωμίῳ „οὕτω γὰρ ὠμογνωμόνησαν οἱ θεοὶ περὶ τῆς τιμωρίας ταύτης, ὥστε πάντοθεν Ὀδυσσεὺς τέως σωζόμενος καὶ τὰς ναῦς ἀκεραίους περιποιούμενος περιώφθη μετὰ τὴν ἀρὰν ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς“.* Hoc quantivis pretii frustulum clarissime patefacit, quid in illa declamatione effecerit: Cyclopis precibus (ι, 528) ita Deos immortales commotos esse, ut cum antea ex sociis quidem complures Ulixes amisisset, sed navem adhuc nullam, ab hoc demum tempore omnibus et amicis et navibus orbaretur: quod ipsum Polyphemus, Dis scilicet gratiosus, imprecatus erat:

δὸς μὴ Ὀδυσσῆα πτολιπόρθιον οἶκαδ' ἱκέσθαι·
ἀλλ' εἴ οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι
οἶκον ἐϋκτίμενον καὶ ἐὴν ἐς πατρίδα γαῖαν,
ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους,
*νηὸς ἐπ' ἀλλοτρίης, εὕροι δ' ἐν πήματα οἴκῳ**),

Non concedo Wolfio, „quibus potissimum in rebus Homerum allatrarit Zoilus, parum constare“. Mendacia fabularum in declamatione adversus poetam composita ludificatum esse supra constitit. Qualia vero in novem istos libros congesserit ridicula, ne hoc quidem latet. Partim enim excitaverat, quae in Deorum

---

*) Hae tamen rhetorum nugae videntur adducere potuisse lepida mythologorum capita, ut vel serio Cyclopem pro prudente homine venditarent. Serv. ad Aen. III, 636 „Hic (Polyphemus) vir prudentissimus fuit, et ob hoc oculum in capite habuisse dicitur, i. e. iuxta cerebrum, quia prudentia plus videbat. Verum Ulixes eum prudentia superavit et ob hoc eum coecasse fingitur.“ Longe aliter Aristarchus: vid. Apollon. lex. Hom. s. *ἀθεμίστων*. Supra p. 183.

heroumque moribus, partim quae in arte poetae, partim quae in oratione eius carpi possent. Singula fragmenta primi, secundi, tertii generis recensebo. Apollinem vituperavit, quod dicatur sagittis mulos primum et canes adortus esse: quasi vero tam vehementer irasci deceat Deum, ut ne a bestiis quidem abstineat, Heraclid. alleg. Hom. c. 14. In illo, quod Achilles dicit I, 203 *ζωρότερον δὲ κέραιρε*, quod deinceps exercuit plurimos, Pelidae bibacitatem perstrinxerat, Plut. quaest. conv. V, 4, 2. Immensum eiusdem luctum increpat Σ, 22, v. schol. — De arte poetae haec sunt, quae vel accurate perpensa iniucundas ridiculasque imagines ante oculos constituere, vel sine ratione, vel adversus rationem ficta esse persuadere voluerat. *X*, 209.

καὶ τότε δὴ χρύσεια πατὴρ ἐτίταινε τάλαντα,
ἐν δ' ἐτίθει δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτοιο·

γελᾷ δὲ τὸν μῦθον ὁ Ζωΐλος· ποδαπαὶ γὰρ αἱ μοῖραι ἐν ταῖς πλάστιγξι καθήμεναι ἢ ἑστηκυῖαι. — *Ψ*, 100

ψυχὴ δὲ κατὰ χθονὸς ἤϋτε καπνός
ᾤχετο τετριγυῖα —

Ζωΐλος δέ φησιν ὅτι ἀλλ' ὁ Καπνὸς ἄνω φέρεται! — *E*, 7

πῦρ δαΐεν ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων

Ζωΐλος ὁ Ἐφέσιος κατηγορεῖ τοῦ τόπου τούτου καὶ μέμφεται τῷ ποιητῇ ὅτι λίαν γελοίως πεποίηκεν ἐκ τῶν ὤμων Διομήδους καιόμενον πῦρ, ἐκινδύνευσε γὰρ ἂν καταφλεχθῆναι ὁ ἥρως. Sic argutari licebat in eo versu, quem idoneus profecto iudex Virgilius supra modum admiratus et identidem imitatus esse dicitur. Macrob. Sat. V, 13. — Sine ratione fictum visum illud, quod in Ciconum impetu (*ι*, 60) ex singulis navibus par sociorum numerus interiisse dicatur, „*ὥσπερ ἀπ' ἐπιτάγματος*“. — Rationi contrarium visum, quod *K*, 274. Ulixes cum Diomede egressus ad Rhesum occiden-

dum magnopere gaudeat ardea a Minerva missa, de qua poeta: *οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν — ἀλλὰ κλάγξαντος ἄκουσαν.* Hoc male finxisse poetam: etenim latere volentibus alitis clangorem sinistrum omen esse. Similiter *E*, 20, ubi Idaeus et Phegeus fratres in curru contra Diomedem pugnantes inducuntur. Phegeus Diomedis hasta ictus caeditur: tum alter timore percussus a curru se proripiens aufugit: *κατηγορεῖ καὶ τούτου τοῦ τόπου Ζωΐλος, ὅτι λίαν φησὶ γελοίως πεποίηκεν ὁ ποιητὴς τὸν Ἰδαῖον ἀπολιπόντα τοὺς ἵππους καὶ τὸ ἅρμα φεύγειν· ἠδύνατο γὰρ μᾶλλον ἐπὶ τοῖς ἵπποις.* — Denique grammatica reprehensio est ad *A*, 129 *εἴ κέ ποθι Ζεὺς δῷσι πόλιν εὐτείχεον ἐξαλαπάξαι· Ζωΐλος δὲ ὁ Ἀμφιπολίτης καὶ Χρύσιππος ὁ Στωϊκὸς σολοικίζειν οἴονται τὸν ποιητήν, ἀντὶ ἑνικοῦ πληθυντικῷ χρησάμενον ῥήματι· τὸ γὰρ δῷσι, φασὶ, πληθυντικόν* (sc. ex analogia). *ἀγνοοῦσι δέ . . . . .* *). Hic igitur Zoilus quamquam ineptas proposuit quaestiones, tamen aliorum exempla secutus est, ut verissime Wolfium dixisse arbitrer, „eum nihil admodum praeter ceteros peccavisse“**).

---

*) Quod unum restat in schol. *P*, 204, pertinens ad *ϑ*, 200, non intelligo.

**) p. CXCII. Sed de hominis ingenio ac moribus minime mihi cum viro egregio convenit. Primum quod dicit „rabiem addidisse“, hoc non video unde colligi possit nisi ex veterum admodum incerta persuasione, qui plurimi fando hominis memoriam tenerent ac declamatorum exaggerationibus pollutam, quorum fidem dissentientes de taetra eius morte narratiunculae testantur, cf. Harles. ad Fabric. I p. 560. Porphyrius quidem, cui quae in scholiis Homericis de eo tradita sunt debemus, eum *γυμνασίας ἕνεκα* scripsisse ait: quamquam, ut mox apparebit, ne hoc quidem accurate dictum arbitor. Ex vocabulis, quibus in poeta aggrediendo usus est, *γελοίως, ἀτόπως*, nihil asperius de homine colligi posse contendo: nam haec vulgata fuerunt in excitandis captiunculis. Quod si quis illud asperam eius orationem significare reponat, quod est in

§. 3. Quantum vero immodestiae ac potius impudentiae his tortuosarum quaestionum captatoribus posteriores grammatici iure adscribi posse arbitrati sint, ex memorabili scholio Aristonici apparet, Y, 269 *ἀθετοῦνται στίχοι δ', ὅτι διεσκευασμένοι εἰσὶν ὑπό τινος τῶν βουλομένων πρόβλημα ποιεῖν.* Attamen hi versus Aristotele an-

---

schol. Σ, 22, de Achille lamentante „*τό τε οὕτως ὑπερπενθεῖν γυναικῶδες· οὕτως οὔτ' ἂν βάρβαρος τίτθη ἐποίησεν*", ne ea quidem nova eius loquendi ratio sed proverbialis; Aristo apud Sext. Empir. adv. Mathem. VII, 12 *τούτους γὰρ εἰς τίτθας ἂν καὶ παιδαγωγοὺς πίπτειν.* Addit deinde Wolfius illam rabiem profectam fuisse „ab acerbitate et pravitate animi." An cogitari potest, pravitate animi quemquam insectari priscum scriptorem, cuius nec de vita nec de factis quidquam constaret? Quasi quis hodie malivolus in Ulphila carpendo sibi placere posset. Admonet Wolfius de Vet. Testamenti reprehensionibus. At ne hae quidem a pravitate animi profectae, sed a persuasione rationum. Quod vero in Sallustio, Cicerone, Virgilio factum est si cui succurrat, id et fieri poterat iustius et factum est partim perversa imitatione partim studio civili et aemulatione artis. Jam ut de Zoilo dicam quod sentio, non graviter reprehendit, sed (id quod fragmenta ipsa demonstrant) irrisit, non Homerum, sed studia doctorum. In eo si multi non intellexerunt cavillatorem, idem ei quod Platoni accidit. At, inquit, non uno eiusmodi contentus fuit opusculo, tria novimus Homerica, novimus praeterea adversus Platonem eum atque Isocratem scripsisse. Hoc ideo factum, quod non animi causa scripsit, sed disciplinae. Philosophum fuisse Suidas tradit „*ῥήτωρ δὲ ἦν καὶ φιλόσοφος.*" Qualis vero philosophus? Videlicet Cynicus. Aelian. V, H. XI, 10 *ἐκαλεῖτο δὲ Ζωΐλος οὗτος Κύων ῥητορικός*: quo nomine quem aptius significari putabimus quam rhetorem, qui idem esset Cynicus? Et lege mihi Aelianum, qualem eodem loco hominis habitum depingat: merum agnosces cynicum. Ergo si Diogeni, ut censeo, et maxime Menippo similis erat Zoilus, *σπουδογέλοιος* fuit, et dictorum scriptorumque eius idem cum illis color, idem consilium. — Novem eius libros adversus Homerum ipsos puto inscriptos fuisse *Ὁμηρομάστιξ*, ut Licinii liber Ciceromastix: similiter Carvilii Aeneidomastix. Cæterum cur unum statuam Zoilum alias dicam.

tiquiores, immo quaestio ipsa versibus adhaerens iam Aristoteli tentata, Poet. XXVI, 22. Similis prorsus eiusdem grammatici observatio *K*, 372 *ὅτι θέλοντες ζήτημα ποιεῖν μεταγράφουσι τὸ ἡμιστίχιον οὕτως „καὶ βάλεν οὐδ' ἐφάμαρτεν, ἑκὼν δ' ἡμάρτανε φωτός"* (pro *ἦ ῥα καὶ ἔγχος ἅμαρτεν, ἑκ* —). Certe Virgiliomastix talia ausus est: Serv. Eclog. II, 23 „Sane hunc versum male distinguens Virgiliomastix vituperat: Lac mihi non aestate novum, non frigore: defit, i. e. semper mihi deest". De Aristonici observationibus quidquid iudicaveris, demonstrant tamen grammaticorum de vetustis quaestionum professoribus iudicium. Quo magis mirere, quidni una cum invalescente accurata Alexandrinorum scientia diligentique poetarum interpretatione hi lusus abiecti planeque exstincti sint. Quod tantum abest ut factum sit, ut et Alexandriae retenti tractatique et postea Romae aliisque studiorum deversoriis gnaviter culti et ad ultima saecula propagati sint. Sed Graeci quidem grammatici praestantiores, quales Zenodotus, Aristophanes, Aristarchus fuerunt, neque videntur haec pleraque in commentarios suos recepisse, neque istos artis nostrae conditores, quibus ex integris atque illibatis novae disciplinae fontibus plenam ac copiosam doctrinam haurire licebat, quibus primum rudia et confusa exemplaria ordinanda, distinguenda, perpolienda erant, minutiarum libido vel invadere vel delectare poterat: si quid autem se offerebat vere impeditum, ut nisi captiosis artibus enodari posse non videretur, tum non hanc quasi gratam ostentationis occasionem arripiebant, sed medicinam habebant, quae ab acutulis, omnia solvere paratis grammaticis nunquam inventa esset, eruditam ac simplicem — *ἀθέτησιν*. Illustre traditum exemplum est, Aristarchum in dissolvendis quaestionibus, quae sibi inanes viderentur, minime gloriolam quaesivisse. Quid enim re-

sponderit percontantibus, cur in recensu navium a Boeotis potissimum poeta initium ceperit, apud scholiastam ad *B*, 494 legimus hoc modo: *ἤρκται δὲ ἀπὸ Βοιωτῶν κατὰ μὲν Ἀρίσταρχον οὐκ ἔκ τινος παρατηρήσεως . . . .* Alterum scholion: *ὁ δὲ Ἀρίσταρχός φησι κατὰ ἐπιφορὰν αὐτὸν τὴν ἀρχὴν ποιήσασθαι· εἰ γὰρ καὶ ἀπ' ἄλλου ἔθνους ἤρξατο, ἐζητοῦμεν ἂν τὴν αἰτίαν τῆς ἀρχῆς.* Audin' virum sobrium atque in melioribus exquirendis occupatum, cum molestos argutiarum scrutatores aspernatur atque eludit? Eiusdem generis exemplum praeterea est *Δ*, 489. Narrat ibi poeta, Antiphum, Priami filium, in proelio Aiacem hasta petiisse, eam vero, cum ab Aiace aberraret, in Leuco, Ulixi socio (*ἑταῖρος*) haesisse. Hic quaestio fuit, id quomodo fieri potuerit, cum ex ordine exercitus Graeci constaret, Ithacenses haudquamquam stationem prope Salaminios habuisse. Quidam solvunt pessime, *ἑταῖρον* non esse socium, sed universe amicum; alii melius, in proelio ordinem exercitus confundi. Quid Aristarchus? „*ὡς ποιητικὸν παραιτεῖται*“, talia in poeta ne quaerenda quidem esse. Attamen haec non prorsus neglexerunt, si qua forte ad utilem observationem ansam praeberent. Sic quod de *σελήνη φαεινή* quidam sibi ineptum invenisse videbantur, hoc poterat admonere doctiores, ut Aristarchum admonuit, ut de vi ac potestate epithetorum perpetuorum dicerent. Sic quas Aristonicus in scholiis tangit quaestiones, quae paucae sunt, aut ad verborum potestates definiendas receptae erant, ut *Γ*, 65, ubi sine dubio de significatione vocabuli *ἐκών* exposuerat, aut ad lectionem expediendam vel confirmandam, *Γ*, 379. *K*, 447, aut ne poterant quidem in commentariis praeteriri, quod explicatione necessario egent, ut de versu *παρῴχηκεν δὲ πλέων νύξ, τῶν δύο μοιράων K*, 252, et de Pylaemene *N*, 643, quae sunt quidem quaestiones, sed

graves et necessariae ac longe ab istis argutulis segregandae. Item alia quaedam attentum lectorem iure offendentia vel semel excitata pungentia, *Z*, 316 cl. 335. *Π*, 116. *Π*, 850. *X*, 208. *Z*, 262; — *Φ*, 343. Aliquoties etiam aliquid concedere debuisse communi studio infra apparebit.

§. 4. Primam attulimus causam, cur rem per se inutilem, sed utilium observationum saepe indagatricem, noluerint plane ex hominum memoria elabi. Sed efficaciores tamen aliae causae erant atque partim decori ac dignitati litterarum minus accommodatae. Accepimus in Alexandrino Musèo aliisque locis ad philosophorum et rhetorum morem grammaticos quoque ambulantes de rebus suis disputationes instituisse. Strabo XVI p. 793 *τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον, ἔχον περίπατον καὶ ἐξέδραν.* Quorum usum ambulacrorum cum praeterea notum habeamus, tum ex Vitruvio V, 11, de palaestris dicente hoc modo: constituuntur autem in tribus porticibus exedrae spatiosae, in quibus philosophi, rhetores reliquique, qui studiis delectantur, sedentes disputare possint. Rem docte illustravit Gronovius de Mus. Alex. in Thes. Gron. T. VIII p. 2742. Hic igitur quamquam in vegeta, qua plerique utebantur, memoria multiplicique doctrina aliquanto doctius quam hodie evadere poterat disputatio, atque, ut non uno loco apparet ex Gellio, revera evasit, ut nimis inique de hoc genere existimari nolim, quamquam de rebus ad universam grammaticam pertinentibus colloqui poterant, librum quoque secum ferebant (Gell. III, 1. VI, 16): attamen multae huius operosae doctrinae partes, et solidissimae quidem, aut non poterant ibi tractari aut male. Vix igitur dubitandum est, quin sine commentariorum bibliothecarumque adiumento conversantes grammatici haud raro ad

minutias lususque ingenii delaberentur. Quid porro illi *ἀπείριτα δηριόωντες Μουσέων ἐν ταλάρῳ* in syssitio suo disceptaverint non accepi quidem: sed nescio quomodo patulas aures admoventi quaestiuncularum susurrus adstrepat. In conviviis enim eruditorum, quae apud utrumque populum frequentissima erant, proponendarum solvendarumque quaestionum pervulgatus mos et quasi propria sedes fuit. Postquam enim ad epulandum vocati edendi libidinem exuissent, bibendi induissent, tum mensis remotis*), poculis ministratis, ad doctam garrulitatem sese accingere: quippe neque muti esse poterant, homines praesertim Graeci, quos in litteris quoque omnium loquacissimos esse Strabo professus est, neque difficiles iis et convivandi hilaritati parum aptae disputationes placebant (Plut. Sympos. qu. I, 1, max. c. 3). Neutrum decere ex ipsis philosophorum scholis retulerant, in quibus de boni convivae virtutibus multus sermo esse consueverat. Plut. Sympos. qu. I, 1, 2**). Cf. Cic. off. I, 37. Quare si quis natura esset tristior atque ad seria iocose tractanda difficilior, abstinebat sese in convivarum coetu ab hoc genere ludicrae eruditionis: ut Isocrates: qui „cum in convivio a sodalibus oraretur, ut aliquid in medium de eloquentiae suae fonte proferret, hac venia deprecatus est: Quae praesens, inquit, locus ac tempus ex-

---

*) Plut. Symp. II, 2 *αὐτοὶ γὰρ ἐπιχειρήσομεν ζητεῖν ὅταν παυσώμεθα δειπνοῦντες. Ὡς οὖν ἀφηρέθησαν αἱ τράπεζαι.* — Alios locos nunc praetereo. Sed apud Virgilium Aeneas fata sua reginae enarrat, postquam prima quies epulis mensaeque remotae.

**) *ζητεῖν μὲν ἐν ταῖς διατριβαῖς περὶ συμποτικῶν καθηκόντων, καὶ τίς ἀρετὴ συμπότου, καὶ πῶς οἴνῳ χρηστέον.* — *Νόμους συμποτικούς* scripserant Aristoteles, Speusippus, Xenocrates, Athen. I p. 3 f. Horum et similium ad irrisionem pertinebat Gnathaenae *νόμος συμποτικός* Ath. 585. b.

igit, ego non calleo; quae ego calleo, nec loco praesenti sunt apta nec tempori". Sic rem narrat Macrobius Saturn. VII, 1, mutuatus a Plutarcho Sympos. qu. I, 1, 1. Prudenter Isocrates: iure insipientes, qui aliter agerent, vituperati. De eiusmodi intempestive docto Gellius I, 2 „Erat ibidem nobiscum simul adolescens philosophiae sectator, disciplinae, ut ipse dicebat, Stoicae, sed loquacior impendio et promptior. Is plerumque *in convivio sermonibus, qui post epulas haberi solent*, multa atque immodica de philosophiae doctrinis intempestive atque insubide disserebat" et reliqua, quae apud ipsum Gellium legantur, vivide, ut solet, et lepide referentem (Cf. XV, 2). — Cf. Epict. I, 26, 9. II, 19, 8.

At quam frequentia per omnia saecula eruditorum convivia fuerint, non ex nostra consuetudine diiudicandum est, sed ex ipsorum usu ac moribus pernoscendum. Nam et philosophi auctorum disciplinae suae natales anniversaria epularum festivitate instaurabant, quod Epicurei ex Epicuri testamento faciebant (Cic. fin. II, 31. Diog. La. X, 18), alii sponte, ut Socratis et Platonis memoriam quosdam coluisse legimus (Plut. qu. Symp. VIII, 1. Euseb. praep. ev. X, 3, cf. Ruhnken. de Longin. §. 8) et eiusdem scholae sectatores conventus epulasque agebant, ut singulis mensibus Epicurei (Cic. Diog. II, 11), alii (Athen. V p. 186 a. X p. 419 d.), iuvenesque studiosi litterarum tum inter sese (Gell. XVIII, 2. XV, 2) tum apud magistros, quos cum maxime sectabantur (Gell. VI, 13. cf. II, 22. III, 19. XIX, 9.) epulari solebant; et si Musarum sacra fierent, quod e. g. Athenis solenne fuisse ex Plutarchi Symposiacorum libro ultimo tenemus, eadem festivitas; denique reges, praetores (Plut. Symp. IX, in.), patroni haud raro ad convivia litteratos clientes

invitabant*). Cf. Eschenbach de Sympos. Sapient. §. X sqq. Graves igitur ac serias quaestiones ex laetis eiusmodi circulis excludebant. Qualia contra admiserint atque probaverint, ex Plutarcho, Macrobio, Athenaeo, Gellio intelligitur. Gellii quidem duas lepidas narratiunculas, quibus haec convivandi ratio egregie illustratur, orationi meae includendas putavi. VI, 13 „Factitatum observatumque hoc Athenis est ab iis, qui erant philosopho Tauro iunctiores. Quum domum suam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur, immunes et asymboli veniremus, coniectabamus ad coenulam non cupedias ciborum, sed argutias quaestionum. Unusquisque igitur nostrum commentus paratusque ibat quod quaereret: eratque initium loquendi edundi finis. Quaerebantur autem non gravia nec reverenda, sed *ἐνθυμήματα* quaedam lepida et minuta et florentem vino animum lacessentia. Quale hoc ferme est subtilitatis ludicrae quod dicam. Quaesitum est, quando moriens moreretur, quum iam in morte esset, an tum etiam quum in vita foret: et quando surgens surgeret; quum iam staret, an tum etiam quum sederet: et qui artem disceret quando artifex fieret; quum iam esset, an tum quum etiam non esset". . . . . XVIII, 2 Saturnalia

---

*) Potissima recensui. Non desunt alia. Diog. La. II, 133 de Menedemo (cl. Ath. 420. c.): *ἦν δὲ καὶ φιλυπόδοχος καὶ διὰ τὸ νοσῶδες τῆς Ἐρετρίας πλείω συνάγων συμπόσια, ἐν οἷς καὶ μουσικῶν.* V. alia Plut. Symp. 1, 10 in. II, 4 in. V, 2 in. V, 3 in. V, 5 in. Hinc fluxit persuasio septem sapientes non convenisse tantum, sed convivantes confabulatos esse. Plut. Sol. c. 6; et 4: *γενέσθαι δὲ καὶ μετ' ἀλλήλων ἔν τε Δελφοῖς ὁμοῦ λέγονται, καὶ πάλιν ἐν Κορίνθῳ, Περιάνδρου σύλλογόν τινα κοινὸν αὐτῶν καὶ συμπόσιον κατασκευάσαντος.* (Cf. Ath. 463 c.) Suid. *ἐκκέκοφθ' ἡ μουσική. φασὶν ὅτι τῶν παλαιῶν ἐν τοῖς συμποσίοις φιλολόγῳ ζητήσει χρωμένων οἱ ὕστερον τὰς μουσουργοὺς καὶ κιθαριστρίας εἰσήγαγον· ὅθεν τὴν καινοτομίαν τινὲς αἰτιώμενοι τῇ παροιμίᾳ ἐχρῶντο.*

Athenis agitabamus hilare prorsum et modeste . . . . Conveniebamus autem ad eandem coenam complusculi, qui Romani in Graeciam veneramus quique easdem auditiones eosdemque doctores colebamus. Tum qui coenulam ordine suo curabat, praemium solvendae quaestionis ponebat librum veteris scriptoris vel Graecum vel Latinum, et coronam e lauro plexam; totidemque res quaerebat, quot homines istic eramus, quumque eas omnes exposuerat, rem locumque dicendi sors dabat*). Quaestio igitur soluta corona et praemio donabatur, non soluta autem tramittebatur ad eum, qui sortito successerat: idque in orbem vice pari servabatur. Si nemo dissolvebat quaestionis eius nomen, praemium ipsum et corona deo, cuius id festum erat, dicabatur. Quaerebantur autem res huiusmodi, aut *sententia poetae veteris lepide obscura*, aut historiae antiquioris requisitio, aut decreti cuiuspiam ex philosophia perperam invulgati purgatio, aut captionis sophisticae solutio, aut inopinati rariorisque verbi indagatio, aut tempus item (?) in verbo perspicuo obscurissimum". Ipsas quaestiones plus minus utiles qui cupit, is apud elegantem narratorem ipse cognoscat. Sed quas veterum poetarum sententias lepide obscuras dixit, ex hoc genere plura Homerica apud Plutarchum disceptantur: cur Nausicaa non marina sed fluviali aqua sordidas luat vestes (I, 9, *α*); cur Achilles *ζωρότερον* pocula misceri iubeat, quod multis bibacis visum est (V, 4); cur *μηλέαι ἀγλαόκαρποι* (V, 8), cur *ἁλὸς θείοιο* (ib. 10) dixerit, haec prae aliis epitheta eligens; cur cum tot liquida apud poetam

*) Macrob. VII, 4 sortiamurque, si videtur, ut per ordinem unusquisque proponat quam solvendam aestimet quaestionem. Plut. Symp. IX, 2, 1 *ἔθους δὲ ὄντος ἐν τοῖς Μουσείοις κλήρους περιφέρεσθαι καὶ τοὺς συλλαχόντας ἀλλήλοις φιλόλογα ζητήματα προτείνειν.*

commemorentur in oleo potissimum adiectivo ὑγρόν utatur (VI, 9); cum Paris se Helenam opesque redditurum promisisset, si a Menelao in singulari certamine victus fuerit (*Γ*, 71, 92, cf. 101), postquam victus quidem esset sed non caesus, iustamne hanc Troiani excusationem pacti habuerint (IX, 13 *); denique utra manu Venus a Diomede vulnerata fuerit **) (IX, 4). Commemoravi supra epulas a regibus ac nobilibus in litteratorum gratiam apparatas. Ne ab Alexandri quidem conviviis doctae quaestiones afuisse videntur. Apud Ptolemaeum Hephaestionem Photius (p. 147. a. 3 Be.) legerat, *διὰ τί ὁ ποιητὴς πελειάδας ἐποίησε τῆς τροφῆς τῶν θεῶν διακόνους* (*μ*, 62), *καὶ τίνα Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς καὶ Ἀριστοτέλης εἰς τοῦτο εἶπον.* Quae quidem alia occasione possunt a rege Homeri studiosissimo (v. Wolf prol. CLXXXIV, add. Hemsterh. Luc. dial. mort. XII, 3) prolata esse, sunt tamen convivali disputationi aptissima. Ad Ptolemaeorum convivia pertinet narratio de quaestione a Comano, regis pincerna, proposita, fragm. 3. Apud Plutarchum (ne suav. qu. vivi p.) Epicurus suadet regibus *φιλομούσοις, στρατηγικὰ διηγήματα καὶ φορτικὰς βωμολοχίας μᾶλλον ὑπομένειν ἐν τοῖς συμποσίοις ἢ λόγους περὶ μουσικῶν καὶ ποιητικῶν προβλημάτων.* Macrobii narratio haec est VII, 1, 12 (ex Plut. II, 1, 12): „Cum regis libertus, ad novas divitias nuper erexit, philosophos ad convivium congregasset et *irridendo eorum minutulas quaestiones* scire se velle dixisset, cur ex nigra et ex alba faba pulmentum

---

*) cf. Porphyr. ad *Γ*, 276. 457.

**) In scholiis similia multa, ut Θ, 328 *ποῖος ὧμος βέβληται*; cet., et Porphyr. ib. *ἐν τούτοις τοῖς ἔπεσι τοῖς περὶ τοῦ Τεύκρου ζητοῦσι ποίαν χεῖρα τέτρωται. Λ*, 252, ubi Agamemnon vulneratur: *χεῖρα τὴν ἀριστερά, καὶ γὰρ ἐν τῷ ἐπιταφίῳ ἀνίσταται ἄκοντι ἀγωνίσασθαι. Μ*, 395.

unius coloris edatur, Aridices philosophus indigne ferens Tu nobis inquit absolvas, cur et de albis et nigris loris similes maculae gignantur". Haec nos ducat narratio ad conditionem grammaticorum, qua et ipsa factum est, ut haud facile possent haec principum crepundia abiicere. Scilicet reges ex quo Museis, mercedibus, honoribus studia et eruditos fovebant sustentabantque, haud raro et doctos et doctrinam sibi delectationi atque etiam ludibrio esse voluerunt. Ipsi Ptolemaei, litterarum studio tantopere illi laudati, ab hac noxa haudquaquam vacarunt: velut Diodorum Cronum dialecticum et Sosibium grammaticum his derisui fuisse ex Diog. La II, III, Athen. XI p. 493 cognovimus. Postea cum Romam migrarent plurimi atque nobilium Romanorum in domibus versarentur, pro rege uno multis regibus (sic enim se dici volebant) serviebant, et saepe ne natis quidem, sed factis, sed servitutis qua emerserant maculis conspersis.

§. 5. Satis, puto, caussarum collegimus, quibus quaestiunculae istae cultae celebrataeque sint. Romanorum florente imperio praecipue viguisse satis ex testimoniis, quibus usi sumus, apparet. Et plane huic rei consentaneum, quod imperatorum Romanorum temporibus hoc quasi summum et praecipuum grammatici munus postulatum atque efflagitatum esse invenimus, ut „*omnes quaestiones possit dissolvere*". Sic Tiberium et alios imperatores eiusmodi problemata iis proposuisse legimus, non ioco, quantum ex auctoribus intelligere licet, sed serio. Suetonius de Tiberii studiis narrans (c. 70). „Maxime tamen, inquit, curavit notitiam historiae fabularis usque ad ineptias atque derisum. Nam et grammaticos, quod genus hominum praecipue, ut diximus, appetebat, eiusmodi fere quaestionibus experiebatur: Quae mater Hecubae: Quod

Achilli nomen inter virgines fuisset: Quid Sirenes cantare sint solitae". De Hadriano Spartianus c. 20: „Apud Alexandriam in Museo multas quaestiones professoribus proposuit et propositas ipse dissolvit". Imperatorum vero suorum studia quid mirum est servile hominum vulgus aemulatos esse? Juven. Sat. VII, 229

Sed vos saevas imponite leges,
Ut praeceptori verborum regula constet,
Ut legat historias, auctores noverit omnes,
Tanquam ungues digitosque suos: ut forte rogatus,
Dum petit aut thermas aut Phoebi balnea, dicat
Nutricem Anchisae, nomen patriamque novercae
Anchimoli; dicat quot Acestes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.

(Cf. Lucian. merc. cond. c. 11). Hinc acumen est epigrammatis, quod de Valerio Catone Bibaculus scripsit, Sueton. ill. gramm. c. 11

Catonis modo, Galle, Tusculanum
Tota creditor urbe venditabat.
Mirati sumus, unicum magistrum,
Summum grammaticum, optimum poetam,
Omnes solvere posse quaestiones,
Unum difficile expedire nomen.
En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

Denique eadem ratione Quintil. inst. or. I, 2 p. 28 Burm. „Grammaticus quoque de ratione loquendi edisserat, *quaestiones explicet*, historias exponat, poemata enarret". Haec undique resonant. Laudes sibi videbatur praedicare nescio quis ineptus grammaticus de Satyro, cum scriberet (ap. Phot. p. 151) *Σάτυρος ὁ Ἀριστάρχου γνώριμος ζῆτα ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ζητητικὸν αὐτοῦ*, et de Apollonio Dyscolo auctor vitae eius, qui hoc cognomen excellentissimum grammaticum reportasse dicit, *ὅτι ἐν ταῖς γυμνασίαις δυσλύτους ἀπορίας ἔλεγεν· ἔθος γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις σοφοῖς εἰς ἕνα τόπον*

συνέρχεσθαι καὶ γυμνασίας χάριν αἰνιγματώδεις τινὰς καὶ ἀσαφεῖς λέξεις φθέγγεσθαι, quamquam, si omnino nominis ratio a studiis repetenda erat, rectius dixisset, venisse ei hoc cognomen, quod homo gravis ac tristis ad iocos lususque litterarum cum cohorte grammaticorum descendere fastidivit.

His postulatis si respondere volebant grammatici, si magna pars nihil metuebat magis quam ne quaestionibus non haberent paratas solutiones, si studebant etiam subtiliter atque argute, etiamsi perverse, respondendo commendare sese vel in gratiam opulentorum hominum insinuare, non laudabuntur quidem, sed apud aequos rerum humanarum aestimatores facilem habebunt excusationem. Factum est ita: atque haec iactantia vel alioquin parum doctos vel ingeniosos inflavit, tali eruditione subnixos. Gellius capite X libri octavi nunc deperditi narraverat, ut epitome indicat, „qualis sibi fuerit in oppido Eleusine disceptatio cum grammatico quodam praestigioso, tempora verborum et meditamenta puerilia ignorante, remotarum autem quaestionum ululas et formidines capiendis imperitorum animis ostentante“ *). Quid quod etiam sui ostentandi gratia acroases faciebant publice, in quibus, ut hodie musici solent themata per varias modulationes ex tempore persequentes poetaeque subitarii, extemporales poscebant quaestiones? Plut. Qu. Symp. III, 1: *Ὁ ἐν Ῥόδῳ στίχον αἰτήσαντι γραμματικῷ ποιουμένῳ δεῖξιν ἐν τῷ θεάτρῳ προτείνας*

Ἔρρ' ἐκ νήσου θᾶσσον ἐλέγχιστε ζωόντων

---

*) Qui meminit quid „ὄντως γραμματικόν“ significet apud Sext. Empir. adv. Gramm. c. 13 § 277, concedet mihi talium, quales hic Gellius depingit, vanitate philosophorum fastui egregie subventum esse.

ἄδηλον εἴτε παίζων ἐφύβρισεν εἴτε ἄκων ἠστόχησε*). Gell. XVI, 6: Redeuntes Graecia Brundusium navem advertimus. Ibi quispiam linguae Latinae litterator Roma a Brundusinis accersitus *experiundum sese volgo dabat*: imus ad eum nos quoque oblectamenti gratia .... Legebat barbare insciteque Virgilii septimum: in quo libro hic versus est:

Centum lanigeras mactabat rite bidentes:

et *iubebat rogare se, si quis omnium rerum vellet dicere.* Tum ego indocti hominis confidentiam demiratus Docesne inquam nos, magister, cur bidentes dicantur? — Hinc factum est ut eiusmodi quaestiones litterati in docta adversaria referrent. Narrat Gellius (XIV, 6) „hominem in litterarum cultu non ignobilem magnamque aetatis partem in libris versatum" sibi in noctibus suis adornandis occupato librum grandi volumine obtulisse, ut inde peteret si quid memoria dignum inveniret. Gloriabatur vero esse istum librum „omnigenis doctrinis praescatentem atque ex multis et variis et remotis lectionibus sibi elaboratum". Gellius libenter accepit; at pro auro carbones invenit: maximam enim partem collegerat spinosas et minutas quaestiones. Ex iis igitur, quae se ibi invenisse dicit, nonnulla haud

---

*) Conf. Plut. Sympos. Qu. IX, 5 in. ταῦτα τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἡδίους ἐποίησε, μόνον δὲ γραμματικὸν Ὕλαν ὁ ῥήτωρ Σῶσπις ὁρῶν ἀποσιωπῶντα καὶ βαρυθυμούμενον (οὐ πάνυ γὰρ εὐημέρησεν ἐν ταῖς ἐπιδείξεσιν) —. Gell. XVIII, 5 „Puteolis Juliano nunciatur, *ἀναγνώστην* quendam, non indoctum hominem, voce admodum scita et canora Ennii annales legere ad populum in theatro. Eamus, inquit, auditum nescio quem istum Ennianistam: hoc enim se ille nomine appellari volebat." V. Casaub. Sueton. ill. gr. c. 2 — Ceterum a ridicula auditorum cavillatione ne veteres quidem sophistae, plurimorum summa admiratione accepti, sibi cavere poterant, ut Gorgias a Chaerephonte elusus, v. Foss. de Gorg. p. 27.

scio an magis Gellius contemnat, quam fas sit grammatico: invenit tamen et haec: quam ob causam Telemachus cubans iunctim sibi cubantem Pisistratum non manu attigerit, sed pedis ictu excitarit (*o*, 45); quae nomina fuerint sociorum Ulixis qui a Scylla rapti laceratique sunt; ex quinque operimentis, quibus Achillis clupeus moenitus est, quod factum ex auro est summum sit an medium, *Y*, 269. Hi ipsi versus sunt quos supra notavimus secundum scholiastae sententiam fictos esse *ὑπό τινος τῶν βουλομένων πρόβλημα ποιεῖν*. Quod vero idem addit, id nunc ad rem nostram facit. Dicit enim: *ἵνα δὲ μὴ δοκῇ λύσεώς τι εἰρηκέναι* (leg. *ἠπορηκέναι*) *καὶ διὰ τοῦτο ἠθετηκέναι φησί* — Ergo si vel Aristarcho (hic enim significatur) et illis temporibus aliquando commodum visum, cavere invidiam quaestiones postulantium, quid postea et a mediocribus factum esse putabimus?

Ad idem studium quaestionum pertinet quod in recentioribus nonnullis commentariis invenimus explicationes atque observationes etiam graves et utiles ita tamen verbis concipi, ut formam iustae quaestionis ac solutionis referant. Hoc quale sit duobus exemplis, uno Graeco, altero Latino illustrabo. In Servii commentariis hoc fecit is, a quo codex Guelferbytanus I adornatus est. E. g. ad Aen. III, 55 legitur in commentariis vulgo: „Obtruncat, occidit intellige. Nam obtruncare proprie est capite caedere". Sed in cod. Guelf. I additum: „Quomodo obtruncat, cum sit hastis interemptus? Solvitur: quia veteres plerumque truncum pro unoquoque genere interemptum dixerunt, obtruncat ideo est occidit". Item ad III, 70 in commentario legitur vulgo sic: „Auster autem pro quovis vento". Sed Guelf. I: „Quomodo Auster ex Thracia, cum lenis sit? Solvitur: Auster pro quolibet vento

accipimus"*). Ex Graecis exemplum esto hoc: Ad Hesiod. Theog. 139—143

γείνατο δ' αὖ Κύκλωπας ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας,
Βρόντην τε Στερόπην τε καὶ Ἄργην ὀβριμόθυμον,
οἳ Ζηνὶ βροτὴν τ' ἔδοσαν τεῦξάν τε κεραυνόν,
οἵ δή τοι τὰ μὲν ἄλλα θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν

in ed. Trincav. hoc scholion legitur: οἳ δή τοι] Κράτης ἀντὶ τούτου ἄλλον στίχον παρατίθεται

οἱ δ' ἐξ ἀθανάτων θνητοὶ τράφεν αὐδήεντες.

πῶς γὰρ τοὺς αὐτοὺς θεοῖς ἐναλιγκίους λέγει καὶ ἐν τῷ τῶν Λευκιππιδῶν καταλόγῳ ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἀναιρεῖσθαι ποιεῖ; Ἢ ὅτι οὐ πάντας τοὺς ἐκ τῶν θεῶν γεγονότας ἀθανάτους εἶναι συμβαίνει, ὡς φησιν Ἡσίοδος. Ἐν γὰρ τοῖς ἑξῆς Γηρυόνην θνητὸν ὄντα Χρυσάορος εἶναι λέγει παῖδα· ὁ δὲ Χρυσάωρ Μεδούσης ἦν. Πῶς δὲ καὶ αὐτὴ ἡ Μέδουσα ἀναιρεῖται ὑφ' Ἡρακλέους καὶ ὁ Ὄρθρος κύων ὑπ' ἀθανάτων γεννηθέντες; Ἢ ὅτι κατὰ κάλλος καὶ μέγεθος θεοῖς ἐναλίγκιοι ἦσαν. Hoc non contentus qui idem scholion scripsit in cod. Victoriano aperte ante verba πῶς γὰρ αὐτούς posuit „ἀπορία", ante verba ἢ ὅτι „λύσις": item ante verba πῶς δὲ καὶ αὐτή „ἀπορία", ante ἢ ὅτι „λύσις". v. Werfer Act. phil. Mon. II p. 500. Sic igitur placebant sibi in nectendis nodis, ut non mirum sit quaedam inventa esse, quibus solvendis se impares profiterentur. Lege mihi haec Servii:

Aen. IX, 363: Sane sciendum est locum hunc esse unum de XII (al. XIII) Virgilii sive per naturam obscuris sive insolubilibus sive emendandis sive sic re-

*) Idem homo in fine secundi libri quaestiones tertii colligere coepit: „Incipiunt quaestiones libri tertii" (p. 176 Lion.): et si quaestiones deinceps propositas inspicies, invenies ex Servii commentariis excerpta sed magis in formam quaestionis redacta esse. Cf. ex eodem genere III, 203. 276. 341. 379. IV, 399 (cl. 386). 545. 655. V, 410. 493 cet.

lictis, ut a nobis per historiae antiquae ignorantiam liquide non intelligantur. Ib. 412: Sciendum tamen locum hunc unum esse de his, quos insolubiles diximus supra. XII, 74: Sciendum tamen est locum hunc unum esse de insolubilibus XII (aliquot codd. XIII), quae habent obscuritatem, licet a multis pro captu resolvantur ingenii. Cf. I, 450 Sciendum tamen est in Virgilio interdum validiora esse obiecta purgatis. — Quibus quid in Virgiliano carmine pro excusatione fuerit, apparet ex V, 626 „Ergo constat quaestionem hanc unam esse de insolubilibus, quas non dubium est emendaturum fuisse Virgilium". Quod non fecisset Virgilius in locis ad explicandum nisi argutias captanti non impeditis. Quare his quoque in locis melius fecisset Servius, si, ut nonnunquam facit, superfluas quaestiones dixisset. E. g. III, 203 „Unde superflua est quaestio eorum qui dicunt". III, 332. VI, 140*). Ex Graecis, qui nobis servati sunt, commentariis Homericos suos quaestionibus et solutionibus undique non sine doctrina collectis refersit Porphyrius, ut qui Scholia Homerica cod. B (haec enim Porphyrii sunt paene omnia) evolverit, is optimum habeat exemplum, qua ratione in hoc genere eruditi alioquin grammatici usi sint. Hoc in illis notabile, quod apparet negotium dissolvendi, ad artem redactum fuisse. Sunt enim certae

*) Vidimus quid Servius de Virgilio secutus sit. Sed fuit pars grammaticorum, quae insolubilia nulla esse statuit, quod hic poeta (horribile dictu) omnis erroris imunis sit. Macrob. Somm. Scip. II, 8. Nobis aliud ad defensionem ultra haec quae diximus non occurrit. Verum quoniam in medio posuimus quos fines nunquam via solis excedat, manifestum est autem omnibus quid Maro dixerit, quem constat erroris ignarum, erit ingenii singulorum invenire quid possit amplius pro absolvenda hac quaestione confiteri. — Apparet quid Servius XII, 74. I, 450 respiciat.

rationes dissolvendi quae plerumque adhibentur: et saepissime quidem solutio fit ἐκ προσώπου, ἐκ λέξεως, ἐκ καιροῦ, τόπῳ, ἔθει. Et est haud dubie hoc artificium vagum negotium regulis quibusdam adstringendi, quo facilius fiat*), antiquissimum. Primum Aristoteles sophistarum elenchis certa solvendi genera opposuit suisque nominibus insignivit, quae legi merentur art. poet. XXVI. Deinde ne in Sosibio quidem dubitandum est, quin certa quaedam artificia et nomina, quibus in dissolvendis difficultatibus identidem uteretur, constituta habuerit, quamquam fortasse ab iis, quae postea valuerunt, diversa. Nam in fragmento ex eius opere, Athen. p. 493 d, postquam quaestionem posuit, addit „τούτων τοίνυν οὕτως κατηγορουμένων τῇ ἀναστροφῇ χρησάμενοι ἀπολύομεν τὸν ποιητήν". Fuit igitur ἡ ἀναστροφή ex illis solvendi rationibus, quas solebat adhibere. Atque eius genus solvendi insignitum fuisse apparet ibidem ex ratione, qua a Ptolemaeo elusus est, qui ipse in eo irridendo inepta quadam solutione, quam ille adhibere solebat, usus est. —

§. 6. Superest, ut libellos, quos quidem novimus, qui in solis dissolvendis quaestionibus occupati erant, commemoremus, qui pro auctorum ingeniis haud dubie plus minus spinosi erant, nonnunquam quaestionum ac solutionum nomine ac forma necessarias atque praeclaras commentationes continebant, cum aevo posteriore in ipsis commentariis explicationes ita plerumque

---

*) Idem consilium agnosco in praescriptis Servii, ut hominum nomina non nominata ponenda sint. Aen. IX, 362. Cf. I, 71. 174. Juvenalis et Suetonii loci supra allati ostendunt, horum nominum scientiae Romanorum principes avidos fuisse. — Saepe vix habebant vexati grammatici quo confugerent: de quo lepidum est quod habet Athen. 398. c.

proponi videamus, ut incipiant *διὰ τί* . . . . Scripsit Aristoteles *ἀπορήματα* vel *ζητήματα* vel *προβλήματα Ὁμηρικά*. Phryn. p. 225 *βασίλισσαν Ἀλκαῖόν φασι τὸν κωμῳδοποιὸν καὶ Ἀριστοτέλην ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς ἀπορήμασιν εἰρηκέναι.* Reliqua testimonia vid. ap. Lobeckium et Nunnesium l. l. cf. Ruhnk. de Longin. §. 14. Saepissime Aristotelis *Ὁμηρικὰ ζητήματα* a Porphyrio in commentariis Homericis afferuntur ut, si quidem ea genuina sunt, haud contemnenda ex hoc libro hodie exstent fragmenta. Sed equidem nondum potui mihi persuadere, non subdititio libro usum esse Porphyrium. Tam omnia ei commemorata ieiuna sunt atque ab Aristotelis ingenio et doctrina aliena. Denique cur a commentatoribus Homericis reliquisque Homericas quaestiones tractantibus, ut Plutarcho, hic liber nunquam ad partes vocatus, a solo Porphyrio adscitus? Post Aristotelem commemorandae Heraclidis Pontici *λύσεις Ὁμηρικαί*, Diog. La. V, 88. Specimina sunt Schol. *B*, 649. *Γ*, 236. *ν*, 119. Deinceps commemoretur illud volumen, in quod teste Porphyrio *K*, 274 Alexandriae quaestiones propositae una cum solutionibus relatae sunt: de quo scite dictum est Wolfii p. CXCV. Proximi sunt praeter Sosibium (Suid. Athen. 493) Zeno, Stoicae disciplinae auctor, et Athenodorus. Ille scripsit *Ὁμηρικῶν προβλημάτων* libros quinque, de quibus v. Menag. ad Diog. VII, 4. Arati frater Athenodorus scripsit contra Zoilum. Arati vit. III ap. Buhl. T. II p. 445: *ἀδελφοὺς δ' ἔσχε Ἀύρην τε καὶ Καλλιόδαν καὶ Ἀθηνόδωρον, ὃν φησιν Εὐφράνωρ ἀντιγράψαι πρὸς τὰς τοῦ Ζωΐλου κατηγορίας.* Fuit cum putarem Athenodori nomen pro Zenodoro reponendum esse Schol. Σ, 22, ubi Zoilus a Zenodoro refutatur. Sed intellexi non necessarium esse: immo verba, quae ibi sunt, *καὶ ἄλλως συνήθη ταῦτα τῷ τε βίῳ* declarant, hoc petitum esse e Zenodori libro *περὶ τῆς Ὁμήρου*

συνηθείας (sch. Porphyr. ad *Σ*, 356, cf. ad *P*, 263*). Tum iunior Zenodotus, cuius *λύσεις Ὁμηρικῶν ἀπορημάτων* Suid. commemorat. Schol. *A*, 1. *B*, 12. *Γ*, 236. — Soteridas — an Socratidas, Suid. *Παμφίλη* — maritus Pamphilae, scripsit *ζητήσεις Ὁμηρικάς*, Suid. s. v. Vixit igitur sub Nerone; haec enim Pamphilae aetas est (Phot. p. 119 b. Be.). — Diogenes Tarsensis., *γεγραφὼς περὶ ποιητικῶν ζητημάτων, ἃ λύειν ἐπιχειρεῖ* Diog. La. VI, 81. — Hephaestio, qui Veri praeceptor fuit, *κωμικῶν ἀπορημάτων λύσεις* et *τραγικὰς λύσεις*, Suid. — Dionysius Longinus, cuius *ἀπορήματα Ὁμηρικά* Suidas commemoravit. Cf. Ruhnken. de Long. §. 14: qui cum putat quae de versibus quibusdam Homeri a Longino pro spuriis habitis leguntur apud Eustath. p. 67, 20 et p. 106, 30 ex hoc libro fluxisse, mihi errare videtur. Haec enim rhetorica sunt et in libro quodam rhetorico posita fuisse verisimilius. Eiusdem Longini liber a Suida recensetur *προβλήματα Ὁμήρου καὶ λύσεις ἐν βιβλίοις β'*: at is ego non dubito quin cum priore unus idemque liber fuerit: sed cum utroque titulo hic liber, sicut Aristotelis, circumferretur, Suidas deceptus est. — Porphyrii *ζητήματα Ὁμηρικά*: qui liber hodie exstat, sed quibusdam quaestionibus suppleri debet ex scholiis Homericis cod. B. Idem Porphyrius scripsit *σύμμικτα ζητήματα*, Suid. — Pertinet quoque haud dubie ad hoc genus scriptorum quod in schol. ad *B*, 308 commemoratur *Διονυσίου* (nescio cuius) *ἄπορα*: nam hoc vox significat. Nicanor in schol. *A*, 166: *οὕτως λυθήσεται τὸ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ ἄπορον*. cf. *Z*, 326. *K*, 274. *X*, 208. Tzetz. Ex. Il. p. 51. Gell. XVI, 3. Et, opinor, Hermogenis *περὶ τῶν ἑ προ-*

---

*) Falsus Suidas, qui hoc opus adscribit Zenodoto Alexandrino. Idem error nominis in cod. Leid. ad *Σ*, 356.

βλημάτων, BV ad Φ, 363. — Herodiani *προτάσεις*, quarum solutiones scripsit Orus (*λύσεις προτάσεων τῶν Ἡρωδιανοῦ*, Suid.), qui hominis studia cognovit facile concedet de abnormi orthographia, prosodia, similibus fuisse propositas. Et concinunt fragmenta schol. Ψ, 617. Ω, 657. — Ex Latinis huc pertinet Valerius Probus, de quo Sueton. illustr. gr. 24: „Pauca et exigua de quibusdam minutis quaestiunculis reliquit".

His absolutis fragmenta ab initio posita circumspiciam. Ex his prima et quarta solutio in commentariis fuit, secunda et tertia ex conviviorum colloquiis fluxerunt et vel Alexandrino illo Thesauro Quaestionum Grammaticarum vel discipulorum memoria servatae sunt. Utramque esse iocosam, facile apparet in Aristarcho (§. 3): tertia facete ex usu loquendi repetita, secunda ad acerbam quaerentium irrisionem facta.

C. V.

Chorographica et Geographica.

§. 1. De agro Troiano et ordine navium Graecorum primum dicam, quod de hoc plurima servata sunt fragmenta, quae alioquin in hoc capite rara inveniemus: quae fragmenta notam iam nobis grammatici rationem hic quoque praestabunt.

Quo ordine naves Graecorum ante Troiam collocatae fuerint et (quod cum eo arcte coniunctum est)

de agro Troiano diligentissime quaesivit atque, ut videtur, tabula illustravit. *K*, 53 *ὅτι ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου ὁ Ἀρίσταρχος ἐπραγματεύσατο. ῥητῶς γὰρ λέγεται πλησίον τοῦ Αἴαντος ὁ Ἰδομενεὺς νενεωλκηκέναι.* Cf. 112 *πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου, ὅτι πλησίον ὁ Ἰδομενεὺς Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου ἐνενεωλκήκει. K*, 110 *ἡ διπλῆ ὅτι πλησίον τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος ὁ Μέγης ἐνενεωλκήκει — ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὸν* (l. *τὰ*) *ἐπὶ τοῦ ναυστάθμου. Λ*, 6 *ἡ διπλῆ πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου, ὅτι ἐν μέσῳ τὰς τοῦ Ὀδυσσέως ὑποτίθεται, ἐφ' ἑκατέρου δὲ κέρατος τὰς Ἀχιλλέως καὶ Αἴαντος.* Hinc iudicatum de versu *B*, 558 *στῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.* Vid. *Γ*, 230 *ἡ διπλῆ ὅτι πλησίον ὁ Ἰδομενεὺς Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου ἐτάσσετο* (ins. *καὶ*) *κατὰ τὴν ἐπιπώλησιν* (*Δ*, 251, 273) *συμφώνως. παραιτητέον ἄρα ἐκεῖνον τὸν στίχον τὸν ἐν τῷ καταλόγῳ ὑπό τινων γραφόμενον „στῆσε —“ οὐ γὰρ ἦσαν πλησίον Αἴαντος Ἀθηναῖοι.* Ad *Δ*, 251 *ἡ διπλῆ ὅτι ἡ τάξις Ἰδομενέως πλησίον Αἴαντος, πρὸς τοὺς ὑποτάσσοντας τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Τελαμώνιον.* — Porro *Θ*, 223 *πρὸς τὴν τάξιν τῆς νεωλκίας ἡ παρατήρησις. Λ*, 622 *ἡ δὲ διπλῆ ὅτι σαφῶς οὗτοι πρὸς τῇ θαλάσσῃ νενεωλκήκασιν.* 807 *ἡ διπλῆ πρὸς τὸ τοῦ στρατοπέδου διάγραμμα ὅτι ὑποτίθεται κατὰ μέσον τοῦ ναυστάθμου θεατροειδῆ τόπον εἰς ὄχλου συναγωγήν. M*, 118 *ὅτι κατὰ ἀριστερὰ τοῦ ναυστάθμου ἡ πύλη.* 128 *Ἀρίσταρχος ἐκ τούτων φησιν ὅτι Λαπίθαι μετὰ Ἰδομενῆα νενεωλκήκασιν* (V). *M*, 335 *ἡ δ. ὅτι ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ ναυστάθμου γέγονεν ἡ μάχη ὅπου καὶ οἱ Αἴαντες ἐσκήνουν. N*, 681 *ἡ διπλῆ ὅτι τοῦ Λοκροῦ λέγει Αἴαντος· οὗτος γὰρ πλησίον ἐνεώλκει τοῦ Πρωτεσιλάου. πρὸς τὰ περὶ τοῦ ναυστάθμου.* 765 *ἡ διπλῆ ὅτι τοῦ ναυστάθμου τὰ ἀριστερὰ λέγει. Ξ*, 28 *πὰρ νηῶν*) *ἀπὸ τῶν πρὸς θάλασσαν ἐπὶ τὰς ἐν τῷ τείχει. Ξ*, 31 Autochthonis explicatio servata (quo in scholio pro *προτέρων* l. *πρωτέων*) Aristarchi amissa est, quae

tamen ab illa diversa erat, quod inde patet, quod *πρύμνησιν* intellexit, ut debet intelligi „puppes navium“ non „extremae naves“ (v. egregium Herodiani schol. v. 32*). Ex Herodiani et Autochthonis scholiis discimus Cratetem putasse duos fuisse navium ordines. Quod Aristarchus iure reiecit qui uno semicirculari ordine positas fuisse sumsit. Planius etiam docet Aristonicus ad v. 35 *ἡ διπλῆ ὅτι προκρόσσαι τὰς κλιμακηδόν***) *νενεωλκημένας ἑτέρας πρὸς* (l. *πρὸ*) *ἑτέρων ὥστε θεατροειδές* (cf. *A*, 807) *φαίνεσθαι τὸ νεώλκιον. κρόσσαι γὰρ αἱ κλίμακες. πρῶται νῆες Ξ*, 31 intellexit quae in agro erant muro proximae („die vordersten“ ut *πρῶτος ῥυμός*) item *O*, 653. 655. Sed aliter *Ξ*, 75 *νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύαται ἄγχι θαλάσσης*, ubi errori et sententiarum nexus obstat et ipse poeta cavit adiecto *ἄγχι θαλάσσης*. — *Z*, 4 *ἡ διπλῆ ὅτι ἐν τοῖς ἀρχαίοις* (fort. *ἐν ταῖς Ἀριστάρχου*) *ἐγέγραπτο „μεσσηγὺς ποταμοῖο Σκαμάνδρου καὶ στομαλίμνης“, διὸ καὶ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι φέρεται. καὶ ὕστερον δὲ περιπεσὼν ἔγραψε „μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων“, τοῖς γὰρ τοῦ ναυστάθμου τόποις ἡ γραφὴ συμφέρει, πρὸς οὕς μάχονται* (sc. hi versus illa lectione retenta). — *H*, 22 *ἡ διπλῆ ὅτι πρὸ τῶν πυλῶν τὴν φηγὸν ταύτην ὑποτίθεται. πρὸ πολλοῦ δὲ ὁ Ἀπόλλων ἐστὶν ἐπὶ τῆς Περγάμου.* (? *I*, 354 *ἡ δρῦς πρὸ τῆς Ἰλίου ἦν*). *Λ*, 166 *ἡ διπλῆ πρὸς*

---

*) *προπαροξυτονητέον τὸ πρύμνησιν. Κράτης μέντοι προπερισπᾷ, ἀκούων ἐπὶ ταῖς ἐσχάταις, πλανηθεὶς ἐκ τοῦ τὰς γὰρ πρώτας πεδίονδε εἴρυσαν· ἀγνοεῖ δὲ ὅτι ὁ ποιητὴς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ πρυμνὸν οὐ τίθησιν ἐπὶ διεστῶτος σώματος ἀλλ' ἐπὶ ἡνωμένου. „πρυμνὸν ὑπὲρ θέναρος“ (*E*, 339) „τοῦ δ' ἀπὸ μὲν γλῶσσαν πρυμνὴν τάμε“ (ib. 292) „πρυμνὴν ἐκτάμνοντες“ (*M*, 149).

**) Cf. *M*, 258 *ὅτι κρόσσας ἐν μὲν τοῖς ὑπομνήμασιν κεφαλίδας ἐν δὲ τοῖς περὶ τοῦ ναυσάθμου κλίμακας* (cf. Porph. et Nicanor h. l.) Et hanc explicationem (*κλίμακας*) probavit priore reiecta. Statim apparebit dissertationem de navalibus post commentarios scriptam esse.

τὸ ἱπερὶ τοῦ ναυστάθμου διάγραμμα· τὸ γὰρ Ἴλου σῆμα κατὰ μέσον εἶναί φησι τῷ πεδίῳ. *M*, 22 ἡ διπλῆ ὅτι ἀμφίβολον μὲν ἐπὶ ποτέρου τῶν ποταμῶν λέγει, τοῦ Σκαμάνδρου ἢ τοῦ Σιμοῦντος· δεκτέον δὲ ἐπὶ τοῦ Σιμοῦντος· διὰ μέσου γὰρ τοῦ πεδίου φέρεται. καὶ ὅτι ἀνέγνω Ἡσίοδος τὰ Ὁμήρου ὡς ἂν νεώτερος τούτου· οὐ γὰρ ἐξενήνοχε τοὺς ποταμοὺς μὴ ὄντας ἀξιολόγους, εἰ μὴ δι' Ὅμηρον. καὶ τῷ Σιμοῦντι προσέθηκεν ἐπίθετον τὸ „θεῖόν τε Σιμοῦντα“ (Theog. 342). *M*, 66 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ στένωμα τὸ κατὰ τὴν γέφυραν τῆς τάφρου λέγει. *X*, 6 ἐν ἀριστερᾷ τοῦ τείχους αἱ πύλαι ἔκειντο, αἳ ἐκαλοῦντο Δαρδανίαι. ἡ διπλῆ πρὸς τὰς Σκαιάς. Videmus igitur non tantum in commentariis de Graecorum navalibus locos probantes notasse, sed postea etiam seorsum haec omnia singulari disputatione complexum esse et quaedam in quibus sibi errasse videretur correxisse. Cf. praeter locos iam memoratos sch. *O*, 449 ἀθετοῦνται στίχοι γ' καὶ ἀστερίσκοι παράκεινται ὅτι .... ὕστερον δὲ ἐν τοῖς περὶ τοῦ ναυστάθμου ἀπολογεῖται. Illam disputationem videmus dici et τὸ vel τὰ π. τ. ν. et aliquoties τὸ περὶ τοῦ ναυστάθμου διάγραμμα. Quod autem legitur in Et. M. p. 540. 56 περὶ ὧν ἐν ταῖς περὶ ναυστάθμου διαλέξεσι corruptum est. Etenim transcripsit hic auctor verba Nicanoris ad *M*, 258: ubi haec verba ita leguntur: περὶ ὧν ἐν τοῖς περὶ τοῦ ναυστάθμου λέγεται. Quibus iisdem iterum Nicanor utitur Σ, 68, ubi eundem libellum commemorat. Ergo auctor Etym. scripsit διαλέγεται vel διέξεισι. Illud vero διάγραμμα eo ducit ut putem commentario additam fuisse tabulam.

§. 2.

Ἄργος. Ἑλλάς.

Ἄργος. *Δ*, 171 ἡ διπλῆ ὅτι Ἄργος τὴν Πελοπόννησον οὐ τὴν πόλιν λέγει. *Z*, 152 Ἄργος δὲ ἱππόβοτον τὴν Πε-

λοπόννησον καλεῖ, τὴν δὲ Θετταλίαν Ἄργος Πελασγικόν. *I*, 141 ἡ διπλῆ ὅτι τὴν Πελοπόννησον Ἀχαικὸν Ἄργος λέγει καὶ Ἴασον (εἰ πάντες σε ἴδοιεν ἀν Ἴασον Ἄργος σ, 245), Πελασγικὸν δὲ Ἄργος τὴν Θεσσαλίαν. *T*, 115 ἡ διπλῆ ὅτι τὴν Πελοπόννησον Ἄργος Ἀχαϊκὸν λέγει, τὴν Θεσσαλίαν δὲ Ἄργος Πελασγικόν.

I, 246 Ἄργεος ἱπποβότοιο) σημειοῦνταί τινες ὅτι τὴν ὅλην Πελοπόννησον οὐκ οἶδεν ὁ ποιητής, Ἡσίοδος δέ. *A*, 270 τηλόθεν ἐξ Ἀπίης, ὅτι παραλλήλως τηλόθεν ἐξ ἀπίης· οἱ δὲ νεώτεροι ἐξεδέξαντο τὴν Πελοπόννησον. *Γ*, 49 ἡ διπλῆ ὅτι ἀπίαν τὴν πολὺ ἀφεστῶσαν, οὐχ ὡς οἱ νεώτεροι τὴν Πελοπόννησον. φησὶ γοῦν „ἐξ ἀπίης γαίης δεκάτῳ ἐνιαυτῷ“ (π, 18). v. sch. η, 25.

B, 684 Ἕλληνες. ἡ διπλῆ ὅτι μόνους τοὺς ὑπ' Ἀχιλλεῖ τεταγμένους Ἕλληνας καλεῖ. *I*, 395 ἡ διπλῆ ὅτι τὴν Θετταλίαν οὕτως λέγει μόνην, τὴν δὲ ὅλην ἤπειρον οὐκ οἶδεν οὕτως καλουμένην. νόθα οὖν ἐκεῖνα „ἐγχείῃ δ' ἑκάστο Πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς (*B*, 530), καθ' Ἑλλάδα καὶ μέσον Ἄργος“ (δ, 726 et praeterea aliquoties). Ad hunc versum δ, 726 sch. περιττὸς ὁ στίχος. καὶ γὰρ προεῖπεν· ἦ πρὶν μὲν πόσιν ἐσθλόν· καὶ οὐκ οἶδεν ὁ Ὅμηρος τὴν καθ' ἡμᾶς Ἑλλάδα, ἀλλὰ τὴν Θεσσαλικὴν οὕτω λέγει, καὶ Ἕλληνας τοὺς ἐκεῖθεν. Sch. AD ad *I*, 395 Ἀρίσταρχος παρ' Ὁμήρῳ Θεσσαλίαν μόνην τὴν Ἑλλάδα φησὶν εἶναι καὶ Ἕλληνας τοὺς Θεσσαλούς παρακολουθῶν Θουκυδίδῃ. καὶ ἀθετεῖ τὸν στίχον τοῦτον „ἐγχείῃ δ' ἑκάστο Πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς“. καὶ ἐκεῖ δὲ πάλιν τὴν Θεσσαλίαν ἀκούει „φεῦγον ἔπειτ' ἀπάνευθε δι' Ἑλλάδος εὐρυχόροιο“ (478). *I*, 447 ἡ διπλῆ ὅτι πάλιν τὴν Θετταλικὴν πόλιν οὕτως εἶπεν.

B, 867 Καρῶν βαρβαροφώνων) ἡ διπλῆ ὅτι Θουκυδίδης λέγει τὴν ὀνομασίαν τῶν βαρβάρων νεωτερικὴν εἶναι. ἐλέγχεται δὲ ἐντεῦθεν (?). v. Strab. XIV, 662. —

Caeterum ex multis hic pauca habemus. Quare non omnia iudicare licet.

Ἄρνη. Ἄσκρη.

B, 507 οἵ τε πολυστάφυλον Ἄρνην ἔχον οἵ τε Μίδειαν ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Ἄσκρην ἔχον· οὐ δύναται δὲ πολυστάφυλος ἡ Ἄσκρη λέγεσθαι· ἀξιοπιστότερος γάρ ἐστιν ὁ Ἡσίοδος λέγων „Ἄσκρῃ χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ“ (Op. 638)· ὥστε οὐδὲ πολύκαρπος λέγοιτο ἄν*)· H, 9 ὅτι Ζηνόδοτος ἐν μὲν τῷ καταλόγῳ πεποίηκεν „οἵ τε πολυστάφυλον Ἄσκρην ἔχον“, ἔνθάδε δὲ εἴασε τὴν Ἄρνην. διὸ ἡ διπλῆ ἐν τῷ Ἄρνῃ. Strabo IX p. 413 τὸ δ' Ἀκραίφιον καὶ αὐτὸ κεῖται ἐν ὕψει. Φασὶ δὲ τοῦτο καλεῖσθαι Ἄρνην ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ ὁμώνυμον τῇ Θετταλικῇ. Οἱ δέ φασι καὶ τὴν Ἄρνην ὑπὸ τῆς λίμνης καταποθῆναι καὶ τὴν Μίδειαν. Ζηνόδοτος δὲ γράφων

οἱ δὲ πολυστάφυλον Ἄσκρην ἔχον

οὐκ ἔοικεν ἐντυχεῖν τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἡσίοδου περὶ τῆς πατρίδος λεχθεῖσι καὶ τοῖς ὑπ' (del.) Εὐδόξου πολὺ χείρω λέγοντος περὶ τῆς Ἄσκρης. Πῶς γὰρ ἄν τις πολυστάφυλον τὴν τοιαύτην ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λέγεσθαι πιστεύσειεν; οὐκ εὖ δὲ οὔτε οἱ Τάρνην ἀντὶ τῆς Ἄρνης γράφοντες**). οὐδὲ γὰρ μία δείκνυται Τάρνη παρὰ Βοιωτοῖς. ἐν δὲ Λυδοῖς ἐστιν· ἧς καὶ Ὅμηρος μέμνηται·

Ἰδομενεὺς δ' ἄρα Φαῖστον ἐνήρατο τέκτονος υἱόν
Βώρου, ὃς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος εἰληλούθει.

(E, 44). Apollodorum audimus, ut alibi.

Cyllene.

O, 518 Πουλυδάμας δ' Ὦτον Κυλλήνιον ἐξενάριξεν Φυλείδεω ἕταρον, μεγαθύμων ἀρχὸν Ἐπειῶν) ἡ διπλῆ ὅτι

---

*) His extremis verbis Siebelisius (in Jahnii Annalibus VII, 1 p. 86) notari putat epitaphium Hesiodi, (V. Pausan. XI, 38. 3) Ἄσκρη μὲν πατρὶς πολυλήϊος.

**) Hoc natum ex lectione πολυσάφυλόν τ' Ἄρνην ut versus exhibetur a Steph. B. s. Ἄρνη.

οὐκ ἀπὸ Κυλλήνης τοῦ ἐν Ἀρκαδίᾳ ὄρους, ἀλλ' ἐπίνειόν ἐστιν Ἠλείων Κυλλήνη. οὗτοι δέ εἰσιν Ἠλεῖοι (l. Ἐπειοί). Strab. VIII p. 337 μέμνηται δὲ τῆς Κυλλήνης ταύτης καὶ Ὅμηρος, λέγων Ὦτον Κυλλήνιον ἀρχὸν Ἐπειῶν. Οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ Ἀρκαδικοῦ ὄρους ὄντα ἔμελλεν ἡγεμόνα τῶν Ἐπειῶν ἀποφῆναι.

Dardania. Dardani.

Y, 215 ἡ διπλῆ ὅτι ἑτέρα τῆς Ἰλίου ἡ Δαρδανία ὥσπερ καὶ ἡ Φρυγία (v. infra). Sed Dardani Troum nomine continentur. P, 80 Τρώων τὸν ἄριστον ἔπεφνεν Πανθοίδην Εὔφορβον). Τρὼς ἄρα ὁ Εὔφορβος ἀλλὰ καὶ Δάρδανος (sc. Π, 807 σχεδόθεν βάλε Δάρδανος ἀνὴρ Πανθοίδης Εὔφορβος). οἱ ἄρα Δάρδανοι Τρῶες. καὶ ὅτι ἀντὶ τοῦ τὸν ἐν Τρωσὶν ἄριστον. οὐ γάρ ἐστιν ὡς Μυρμιδόνων τὸν ἄριστον (Σ, 10). V. Strab. X, 453. XIV, 574 λέγει μὲν γὰρ (ὁ ποιητής) καὶ κοινῶς ἅπαντας Τρῶας τοὺς συμπολεμήσαντας αὐτοῖς, ὥς περ καὶ Ἀχαιοὺς τοὺς ἐναντίους, ἀλλ' οὐ δήπου Τροίαν ἐροῦμεν νὴ Δία καὶ τὴν Παφλαγονίαν οὐδὲ τὴν Καρίαν ἢ τὴν ὅμορον αὐτῇ Λυδίαν. Λέγω δ' ὅταν φῇ

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν,
ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων
οἱ δ' ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀαιοί.

Cf. infra Troes.

Demetrion.

B, 696 οἳ δ' εἶχον Φυλάκην καὶ Πύρασον ἀνθεμόεντα, Δήμητρος τέμενος Ἰτωνά τε μητέρα μήλων) ἡ διπλῆ ὅτι οὐ τὸν Πύρασον λέγει Δήμητρος τέμενος, ἀλλὰ πόλις ἐστὶ Δημήτριον καλουμένη. Aliter Strab. IX, 435. Parti-

cula quod abest minime Aristarchi iudicio obstat, ut alias ostendam.

Dolopes.

I, 484 *Δόλοπες μέρος τῆς Φθιώτιδος χώρας, διὸ καὶ παραλέλοιπεν αὐτοὺς ἐν τῷ καταλόγῳ.*

Echinades.

B, 625 *οἳ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων)* ἡ διπλῆ ὅτι οὐχ ὡς κεχωρισμένου Δουλιχίου τῶν Ἐχινάδων οὕτως εἴρηκεν ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐκ Δουλιχίου καὶ τῶν ἄλλων Ἐχινάδων. καὶ ὅτι ἀπὸ τοῦ Ἐχῖνα εἶπεν Ἐχινάων. Sc. eodem modo ut *Τρῶάς τε καὶ Ἕκτορα*, quod notatum erat, V. Ariston. *N*, 1. — Cf. Strab. VIII, 340. X, 453. VIII, 335 (*Ἐχινάδες ὧν ἐστι καὶ τὸ Δουλίχιον*). X, 458.

Ἠλεῖοι

incolae Elidis non saepe nominantur ab Homero, saepius Ἐπειοί. *Λ*, 688 ὅτι σπανίως Ἠλείους καλεῖ. *Λ*, 694 ἡ διπλῆ ὅτι ἔν τισι γράφεται Ἀχαιοί· τοὺς δὲ Ἠλείους Ἐπειοὺς καλεῖ Ὅμηρος. *Λ*, 737 ἡ διπλῆ ὅτι τινὲς καὶ Ἀχαιῶν γράφουσιν. Ὅμηρος δὲ Ἐπειοὺς τοὺς Ἠλείους λέγει. 759 ἡ διπλῆ — ὅτι τοὺς Πυλίους Ἀχαιοὺς λέγει νῦν, τοὺς δὲ Ἠλείους Ἐπειούς, — De Epeis praeterea Steph. B. s. *Δουλίχιον· ἐλέγοντο δὲ καὶ οἱ ἐν τῷ Δουλιχίῳ Ἐπειοί, ὡς Ἐπαφρόδιτος παρατιθεὶς τὸν Ἀρίσταρχον ἐκδεχόμενον οὕτω.*

Ephyra.

Duplex Ephyra est apud Homerum, una Thesprotiae, altera est Corinthus. *B*, 659. *Z*, 152. *N*, 301.

O, 531. Hanc posteriorem ubi poeta ipse loquitur Corinthum dicit, heroes Ephyram. *B*, 570. *Z*, 152. 210. *N*, 301. Velleium Aristarcheum nemo suspicatus est. „Neque est quod miremur ab Homero nominari Corinthum. Nam ex persona poetae et hanc urbem et quasdam Ionum colonias iis nominibus appellat, quibus vocabantur aetate eius, multo post Ilium captum conditae". I, 3.

Hyde. Hyle.

v. infra. (241)

νήσῳ ἐν κραναῇ

Γ, 445 ἡ διπλῆ ὅτι ἄδηλον πότερον ὄνομα κύριόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ κρανθῆναι ἐπ' αὐτῆς πρῶτον τὸν γάμον καὶ τελειωθῆναι τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τῆς Ἑλένης ἢ ἐπιθετικῶς τὴν τραχεῖαν. τινὲς γὰρ τὴν λεγομένην Ἑλένην πρὸς τῇ Ἀττικῇ εἶναι ἀπὸ τῆς Ἑλένης ὅτι ταύτῃ πρώτῃ ἐπέβη.

Lycia Troica.

Δ, 101 *Λυκηγενέϊ* ὅτι ἀπὸ τῆς Τρωϊκῆς Λυκίας, ἐξ ἧς ἐστιν ὁ Πάνδαρος. *E*, 105 *Λυκίηθεν*) ὅτι τῆς Τρωϊκῆς Λυκίας. 173 ἡ διπλῆ ὅτι τὴν Τρωϊκὴν Λυκίαν λέγει.

Lydi.

X, 431 ἡ διπλῆ ὅτι Ὅμηρος οὐκ οἶδε καλουμένους Λυδούς, ἀλλὰ Μήονας. πρὸς τὰ περὶ Κιλικίας Ἡσιόδου (Cf. V ad *Σ*, 291). Saepius monitum Straboni, e. g. XIII, 625.

Μίσση

v. infra. (241)

Τ. ι. p. 400

Phrygia.

B, 862 ἡ διπλῆ ὅτι οἱ νεώτεροι τὴν Τροίαν καὶ τὴν Φρυγίαν τὴν αὐτὴν λέγουσιν, ὁ δὲ Ὅμηρος οὐχ οὕτως. Αἰσχύλος δὲ συνέχεεν. Huscusque puto Aristonici observationem esse. οὗτοι δὲ τῆς μικρᾶς εἰσι Φρυγίας· ἡ μεγάλη παρὰ τῷ Σαγγαρίῳ κεῖται ὅθεν καὶ Ἄσιος ὃς μήτρως ἦν Ἕκτορος ἱπποδάμοιο (ABL). *K*, 431 ἡ δ. ὅτι ἑτέρους τῶν Τρώων οἶδε τοὺς Φρύγας. *Π*, 719 ἡ δ. ὅτι Ὅμηρος ἑτέραν τὴν Φρυγίαν τῆς Τροίας οἶδεν. *Σ*, 291 ἡ διπλῆ ὅτι ἑτέρα ἡ Φρυγία παρὰ τὴν Τροίαν. *Ω*, 545 ἡ δ. ὅτι ἑτέρα καθ' Ὅμηρον ἡ Φρυγία· οἱ δὲ νεώτεροι συγχέουσι. Strab. XIII p. 657 οἱ ποιηταὶ δέ, μάλιστα οἱ τραγικοί, συγχέοντες τὰ ἔθνη, καθάπερ τοὺς Τρῶας καὶ τοὺς Μυσοὺς καὶ τοὺς Λυδοὺς Φρύγας προσαγορεύουσιν, οὕτω καὶ τοὺς Λυκίους Κᾶρας. Cf. XIV, 675.

Σάμη. ος.

B, 634 οἵ τε Ζάκυνθον ἔχον ἠδ' οἳ Σάμον ἀμφενέμοντο) ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἠδ' οἳ Σάμην, καὶ ἄμετρον ποιῶν καὶ ἀγνοῶν ὅτι κατὰ τὸ ἀρσενικὸν ἐνίοτε ἐκφέρεται τὰ εἰς ος (l. η) λήγοντα. Reliqua Aristonici scholio ab alia manu assuta sunt. Cf. Sch. *o*, 29. De Strabone p. 453 l. X suspicio est non omni ex parte recte referre de Apollodoro, sed in quibusdam eius sententiam haud recte cepisse.

Σαμοθράκη.

N, 12 Σάμου Θρηϊκίης) ἡ δ. ὅτι οὐδέποτε συνθέτως

εἵρηκε Σαμοθράκην*). Ω, 78 Σάμου) ἡ διπλῆ ὅτι τὴν Σαμοθράκην οὕτως εἶπεν. Strab. X p. 457.

Scamander.

X, 151 ἡ διπλῆ ὅτι ἐκ τῆς ἀντιδιαστολῆς ταύτης σαφὲς ὅτι ἡ ἑτέρα πηγὴ ὕδατι λιαρῷ ῥεῖ κατὰ χειμῶνα.

Σελλήεις.

B, 338 ὅτι Σελλήεις ποταμός ἐστιν Ἀσίας ὁμωνύμως τῇ Θεσπρωτίᾳ (l. τῷ — τιακῷ). M, 97 ἡ δ. ὅτι Σελλήεις ποταμὸς ἐπ᾽ Ἀσίας οὗτος, ἕτερος δὲ ἐπὶ Θεσπρωτίας. O, 531 ἡ δ. ὅτι τῆς Θεσπρωτιακῆς Ἐφύρας λέγει, οὐκ ἐκ τῆς Κορίνθου. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ Σελλήεντος, ἀφ᾽ οὗ καὶ Σελλοὶ οἱ περίοικοι. καὶ ὅτι ἕτερός ἐστι Σελλήεις ποταμός.

Σελλοί.

B, 659 τὴν ἄγετ᾽ ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος) ἡ διπλῆ ὅτι ἡ Ἔφυρα αὕτη ἑτέρα ἐστὶ τῆς Κορίνθου, τῆς Θεσπρωτίας οὖσα. καὶ ὅτι σὺν τῷ σ Σελλήεντα τὸν ποταμὸν λέγει, ἀφ᾽ οὗ τὸ παροικοῦν ἔθνος Σελλοὺς καλεῖ· οἱ δὲ νεώτεροι (Pind. fr. 31) Ἕλλοὺς λέγουσι πλανηθέντες. Pertinet ad Π, 234, ubi legimus: ἀμφὶ δὲ Σελλοί) ἡ δ. πρὸς τὸ τῆς γραφῆς ἀμφίβολον. οἱ μὲν γὰρ Σελλούς, οἱ δὲ Ἕλλούς ἐξεδέξαντο. δεῖ δὲ νοεῖν ὡς ἔστιν ἐκ πλήρους Σελλοί (sc. non ἀμφὶ δέ σ᾽ Ἕλλοί)· καὶ γὰρ ὁ συνορίζων τοῖς τόποις ποταμὸς Σελλήεις, ἀφ᾽ οὗ εἰκὸς τοὺς παροίκους Σελλούς καλεῖσθαι. Strab. VII, 328 πότερον δὲ χρὴ λέγειν Ἕλλούς, ὡς Πίνδαρος, ἢ Σελλούς, ὡς ὑπονοοῦσι (vides Aristarcheos significari) παρ᾽

---

*) Quod ibi habet V: Ἀρίσταρχος ὅρος ὁμώνυμον τῇ νήσῳ mendacium est.

Ὁμήρῳ κεῖσθαι ἡ γραφὴ ἀμφίβολος οὖσα οὐκ ἐᾷ διισχυρίζεσθαι. Adscribam quae sequuntur apud Strabonem, unde apparebit ut Aristarchus suum duxerit attendere quid Homerus aperire velit et ut Apollodorus magistro suo obsecutus sit. Φιλόχορος δέ φησι (sic pergit Strabo) καὶ τὸν περὶ Δωδώνην τόπον ὥςπερ τὴν Εὔβοιαν Ἑλλοπίαν κληθῆναι. καὶ γὰρ Ἡσίοδον οὕτω λέγειν. ἔστι τις Ἑλλοπίη πολυλήϊος ἠδ' εὐλείμων· ἐνθάδε Δωδώδη τις ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισται. οἴονται δὲ, φησὶν ὁ Ἀπολλόδωρος, ἀπὸ τῶν ἑλῶν τῶν περὶ τὸ ἱερὸν οὕτω καλεῖσθαι· τὸν μέντοι ποιητὴν οὐ λέγειν Ἕλλούς, ἀλλὰ Σελλοὺς ὑπολαμβάνει τοὺς περὶ τὸ ἱερόν, προσθεὶς ὅτι καὶ Σελλήεντά τινα ὀνομάζει ποταμόν. Ὀνομάζει μὲν οὖν ὅταν φῇ τηλόθεν ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος.

Σίντιες.

Hic populus est Lemnum habitans. Apollon. lex. Hom. 720.

Troia. Troiani.

Φ, 544 ἡ διπλῆ ὅτι ὁμωνύμως τῇ χώρα τὴν Ἴλιον Τροίαν εἴρηκεν. Ε, 200 ἡ διπλῆ ὅτι οἱ τὴν Ζέλειαν οἰκοῦντες ὑπὸ τὴν Ἴδην καὶ ὑπὸ Πάνδαρον Τρῶες ἐλέγοντο. Ε, 211 ἡγεόμην Τρώεσσι, φέρων χάριν Ἕκτορι δίῳ) ὅτι ἀντὶ τοῦ Τρώων τῶν ὑπὸ τὴν Ἴδην, χαριζόμενος δὲ Ἕκτορι· τινὲς δὲ ἀγνοοῦντες ὅτι λέγονται καὶ οἱ ὑπὸ Πάνδαρον Τρῶες μεταγράφουσι· „Τρώεσσι φέρων χάριν ἱπποδάμοισι“. — Strab. XIII p. 584 sqq. *) — — Aristarchi esse puto, quae habet *A* ad *B*, 113 Ἴλον μὲν

*) p. 585 sanandus Strabo verborum traiectione. Verba οὐκ οἴονται — Θήβησι transponenda post alterum Θήβησι, sic: Πριάμου ἐνὶ οἴκῳ, αὐτὰρ ἐγὼ Θήβησιν. Οὐκ οἴονται δὲ δεῖν ἐξ εὐθείας ἀκούειν σὺ μὲν ἐν Τροίῃ, αὐτὰρ ἐγὼ Θήβησιν, ἀλλὰ καθ' ὑπερβατόν.

λέγει Ὅμηρος; Ἰλιεῖς δέ οὐκέτι φησί· καὶ Εὔβοιαν, ἀλλ' οὐκ Εὐβοεῖς (sed Abantes). —

Quaedam ad formam nominum pertinent.

B, 592 ἡ δ. ὅτι Θρύον εἶπε τὴν ἐν ἄλλοις Θρυόεσσαν, ἔστι δέ τις Θρυόεσσα πόλις. *Λ*, 711 ὅτι ἦν ἐν τῷ καταλόγῳ εἴρηκε Θρύον νῦν Θρυόεσσαν λέγει. —

B, 582 ὅτι Μέσσην τὴν ἐπὶ Λακωνικῆς Μεσσήνην λέγει συνκόψας τοὔνομα. Strab. VIII p. 364.

B, 500 ὅτι νῦν μὲν ἐκτεταμένως Ὕλην εἴρηκεν, ἐν ἄλλοις δὲ συνεσταλμένως „Ὑλῃ ἐνὶ οἰκία ναίων“ (*H*, 221). νῦν δὲ καλοῦνται Ὕλαι πληθυντικῶς. *H*, 221 ὅτι ἐνταῦθα συνεσταλμένως, ἐν δὲ τῷ καταλόγῳ ἐκτεταμένως. *E*, 708 ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει Ὕδῃ· ἔστι δὲ τῆς Λυδίας ἡ Ὕδη (*Y*, 385*), ὁ δὲ ἀνὴρ Βοιώτιος καὶ κώμη Βοιωτίας ἡ Ὕλη. καὶ ὅτι οὐ (l. νῦν) συνεσταλμένως λέγεται ἡ πόλις, ἐκτέταται δὲ ἐν τῷ καταλόγῳ διὰ μέτρου. Strab. IX p. 439 Ὅμηρος δ' ἐνικῶς ἐκφέρει, τοτὲ μὲν ἐκτείνων τὴν πρώτην συλλαβήν, ὡς ἐν τῷ καταλόγῳ, ἠδ' Ὕλην καὶ Πετεῶνα, ποιητικῶς**). ποτὲ δὲ συστέλλων, ὅς ῥ' ἐν Ὑλῃ ναίεσκε (*E*, 708). καὶ ὁ Τυχίος σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος Ὑλῃ ἐνὶ οἰκία ναίων (*H*, 221). οὐδ' ἐνταῦθα εὖ γραφόντων τινῶν Ὑδῃ ἐνὶ· οὐ γὰρ ὁ Αἴας ἐκ τῆς Λυδίας τὸ σάκος μετεπέμπετο. Vides Aristarchea omnia quae Strabo sumsit ab Apollodoro. —

H, 180 Μυκήνη· ἡ διπλῆ ὅτι ἀλλαχοῦ πληθυντικῶς Μυκήνας. Item ad *Λ*, 6 ὅτι νῦν ἐνικῶς τὴν Μυκήνην. —

---

*) Memoria lapsus est Strabo XIII, 626 T. V p. 470 Tz. Versus a quibusdam insertus *B*, 867 *Τμώλῳ ὕπο νιφόεντι* non ideo spurius habitus ab Aristarcheis (haurit ex his fontibus) quod nulla in Lydia Hyde esset, sed quod repetitus videretur ex *Y*, 385.

**) Boeotos dixisse *Ὕλας* ut *θύρας*, *λύρας*, Strabo docet X p. 407.

H, 136 *Φειᾶς.* *ἡ διπλῆ ὅτι ἐν Ὀδυσσείᾳ* (*o*, 296) *πληθυντικῶς „ἡ δὲ Φεαῖς ἐπίβαλλεν ἐπειγομένη Διὸς οὔρῳ“ ὡς Μύκηκην καὶ Μυκήνας.*

Admonebo hic notissimae observationis, Homerum semper habere *ἡ Ἴλιος*. Unde bis falsa Zenodoti lectio convicta, *O*, 71. *Π*, 92.

§. 3. Si quidem et in sermone Homeri explanando et in antiquitatibus eruendis utile erat et necessarium recentiorum usu neglecto solum Homerum sequi, id in geographia omnium maxime agendum erat, ne commentis et vanitate omnia commiscerentur. Etenim hunc locum non docti tantum interpretabantur, sed ipsum Graeciae vulgus, cum unaquaeque regio nobilis ignobilis se tamen a celeberrimo poeta praeteritam nollet. Sic quae Homeri Pylos esset non tantum intra eruditorum parietes disceptatum. Strab. VIII p. 339 *οἱ δ' οὖν ἐκ τῆς κοίλης Ἤλιδος καὶ τοιαύτην φιλοτιμίαν προσετίθεσαν τῷ παρ' αὐτοῖς Πύλῳ, καὶ γνωρίσματα δεικνύντες Γέρανον τόπον καί Γέροντα ποταμὸν καὶ ἄλλον Γερήνιον, εἶτ' ἀπὸ τούτων ἐπιθέτως Γερήνιον εἰρῆσθαι πιστούμενοι τὸν Νέστορα. Τοῦτο δὲ ταὐτὸν καὶ οἱ Μεσσήνιοι πεποιήκασι καὶ πιθανώτεροί γε φαίνονται· μᾶλλον γὰρ γνώριμά φασιν εἶναι τὰ παρ' ἐκείνοις Γέρηνα συνοικούμενά ποτε εὖ.* Cf. 338 *τριῶν Πύλων ἱστορουμένων ἐν Πελοποννήσῳ — ἕκαστοι τὸν παρὰ σφίσιν ἠμαθόεντα πειρῶνται δεικνύναι καὶ τὴν τοῦ Νέστορος πατρίδα τοῦτον ἀποφαίνουσιν.* Item Ilienses Strab. XIII p. 593 *οὐ γὰρ ἐνταῦθα ἵδρυσε τὴν πόλιν* (*ὁ Ἴλος*), *ὅπου νῦν ἐστιν, ἀλλὰ σχεδόν τι τριάκοντα σταδίοις ἀνωτέρω πρὸς ἕω καὶ πρὸς τὴν Ἴδην καὶ τὴν Δαρδανίαν κατὰ τὴν καλουμένην Ἰλιέων κώμην· οἱ δὲ νῦν Ἰλιεῖς φιλοδοξοῦντες καὶ θέλοντες εἶναι ταύτην τὴν παλαιὰν παρεσχήκασι λόγον τοῖς ἐκ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως τεκμαιρομένοις· οὐ γὰρ ἔοικεν αὕτη εἶναι ἡ καθ' Ὅμηρον.*

Quid quod accolis lacus Averni gloriosum visum, quod olim Cimmerii fuerint? Strab. V, 244. Sed vide quam splendidam doctrinam Messenii expromserint, Homeri Oechaliam vindicaturi. Pausan. IV, 3, 3 *καὶ γὰρ τοὺς Ἀσκληπιοῦ παῖδας στρατεῦσαί φασιν ἐς Ἴλιον Μεσσηνίους ὄντας· Ἀρσινόης γὰρ Ἀσκληπιὸν τῆς Λευκίππου καὶ οὐ Κορωνίδος εἶναι. καὶ Τρίκκαν δὲ καλοῦσιν ἔρημον ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ χωρίον. καὶ ἔπη τῶν Ὁμήρου καταλέγουσιν, ἐν οἷς τὸν Μαχάονα ὁ Νέστωρ τῷ ὀϊστῷ βεβλημένον περιέπων ἐστὶν εὐνοϊκῶς· οὐκ ἂν οὖν αὐτὸν μὴ ἐς γείτονα καὶ ἀνθρώπων βασιλέα ὁμοφύλων προθυμίαν τοσήνδε γε ἐπιδείξασθαι.* Hoc igitur genus interpretationis Homericae in oppidulis graecis et inter mystagogos ferebatur.

Sed praeterea cum a pueris Graeci geographiam ex Homero cognoscerent, maxime ex catalogo navium, quem apud quosdam memoria tenere vel lege sancitum esset, plurimi Homerica urbium, fluminum, montium nomina cum iis, quae suis temporibus valerent, conspirare volebant, immo eo procedebant, ut in hoc genere omnem doctrinam ad Homeri normam exigerent. Strab. VIII p. 337 *Λέγω δὲ ταῦτα συμβάλλων τά τε νῦν καὶ τὰ ὑφ' Ὁμήρου λεγόμενα. ἀνάγκη γὰρ ἀντεξετάζεσθαι ταῦτα ἐκείνοις, διὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ δόξαν καὶ συντροφίαν πρὸς ἡμᾶς τότε νομίζοντος ἑκάστου κατορθοῦσθαι τὴν παροῦσαν πρόθεσιν, ὅταν ᾖ μηδὲν ἀντιπῖπτον τοῖς οὕτω σφόδρα πιστευθεῖσι περὶ τῶν αὐτῶν λόγοις.* Haec vero studia non tantum ad vanam Homericae geographiae interpretationem duxerunt sed etiam ad corrumpendam antiquitus traditam scripturam. Nam Messenii suam de Oechalia sententiam ut aliquo modo tuerentur, catalogi versus 729—732 aut spurii iudicandi aut alio transferendi erant. Sed memorabile exemplum apud Pausa-

niam est VII, 26, 6. In catalogo navium *B*, 573 est eiusmodi versus:

οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Γονόεσσαν
Πελλήνην τ' εἶχον —

De quo versu haec narrat Pausanias: *Αἰγείρας δὲ ἐν τῷ μεταξὺ καὶ Πελλήνης πόλισμα ὑπήκοον Σικυωνίων λονοῦσα καλουμένη ἐγένετο μὲν ὑπὸ τῶν Σικυωνίων ἀνάστατος, μνημονεύειν δὲ καὶ Ὅμηρον ἐν καταλόγῳ τῶν σὺν Ἀγαμέμνονί φασιν αὐτῆς ποιήσαντα ἔπος*

Οἵ θ' Ὑπερησίην τε καὶ αἰπεινὴν Δονόεσσαν.

Πεισίστρατον δέ, ἡνίκα ἔπη τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε καὶ ἄλλα ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα ἠθροίζετο, ἢ αὐτὸν Πεισίστρατον ἢ τῶν τινα ἑταίρων μεταποιῆσαι τὸ ὄνομα ὑπὸ ἀγνοίας. Quod ipsum videtur ab istius anguli mystagogis accepisse.

Ridemus haec et quidquid multitudo harum nugarum molita est condonabimus. Sed inter doctos geographos, quae natio apud Graecos antiquissima est, fere nullus erat quin iisdem erroribus se irretiret, sive partium studio ducebantur, sive Homerum omnis scilicet doctrinae principem nulla in re a veritate aberrare volebant, (veritatem autem ex sui temporis statu vel ex fabulis tralaticiis metiebantur). Inde ipsi et perverse interpretari Homerum et interpretationem desperantes textum mutare ad arbitrium. Producam quosdam huius culpae convictos. De Hellanico Strab. XIII p. 602 *Ἑλλάνικος δὲ χαριζόμενος τοῖς Ἰλιεῦσιν, οἷος ὁ ἐκείνου μῦθος, συνηγορεῖ τῷ τὴν αὐτὴν εἶναι πόλιν τὴν νῦν τῇ τότε.* Eudoxus in versu Iliados *B*, 850 *Ἀξιοῦ οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἶαν* legere maluerat *Αἶα* (Strab. VII, 330. sch. *λ*, 239. cf. Steph. B. s. v.). Ephorus (qui Cimmerios cum accolis ad lacum Avernum ponebat, Str. V, 244) pro Alizonibus *B*, 856 Amazones induxit, hoc scilicet modo:

αὐτὰρ Ἀμαζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον;

strenue simul versum subsequentem transformans ex

τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη

in

ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης ἵν' Ἀμαζονίδων γένος ἐστί.

Quam meram coniecturam esse si quis forte dubitat patet ex auctore, qui Strabo est XII p. 550. In eadem culpa Alexandri sunt comites et rex ipse ad praecidendos nodos quam ad dissolvendos paratior. Qui cum ad illas Troiae Asiaeque oras, unde Troianis socios venisse poeta ait, accessissent easque percontarentur, hinc aliquem fructum Homero, qui regi in deliciis erat, exsistere debere putabant. Equidem quotiescunque illum Strabonis locum evolvo, quo de editione ἐκ τοῦ νάρθηκος rettulit, non contineo me quin talia quaedam putem in illud exemplar inducta esse. *Φέρεται γοῦν τις διόρθωσις τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος λεγομένη, τοῦ Ἀλεξάνδρου μετὰ τῶν περὶ Καλλισθένην καὶ Ἀνάξαρχον ἐπελθόντος καὶ σημειωσαμένου τινά, ἔπειτα καταθέντος εἰς νάρθηκα, ὃν εὗρεν ἐν τῇ Περσικῇ γάζῃ πολυτελῶς κατεσκευασμένον.* (Strab. XIII p. 594*). Quod Callisthenis opera usus nonne eo ducit, quo me haec legentem vocari sentio? Quod in itinere hoc egit, nonne eodem? Denique eiusdem

---

*) De ed. ex narthecio alterum testimonium Plutarchi Al. 8. Secum portavit *τὴν Ἰλιάδα — Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν.* Si hoc etiam fidem meretur mea opinio etiam magis confirmatur. Ab Aristotele correctam Iliadem secum ferebat in Asiam, ubi Anaxarchi et Callisthenis (viri historiae et geographiae dediti, qui scripsit *περίπλουν*) ope usus quaedam ut falsa notavit: quae? nisi de quibus in Asia constare putabant? Valet hoc argumentum nisi putas Aristotelem omnino falso hac in re commemorari atque huic ut notiori a quibusdam tributam esse illam recensionem, quae eos auctores haberet, quos accurate tradidit Strabo.

Callisthenis, cuius in hoc negotio partes commemorantur, molimina in catalogo navium tenemus. Strab. XII p. 542 *Καλλισθένης δὲ καὶ ἔγραφε τὰ ἑπη ταῦτα εἰς τὸν διάκοσμον μετὰ τὸ*

Κρῶμνάν τ' Αἰγίαλόν τε καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους
τιθεὶς
Καύκωνας αὖτ' ἦγε Πολυκλέος υἱὸς ἀμύμων (vel *Ἄμειβος*).
Οἱ περὶ Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον·
παρήκειν γὰρ ἀφ' Ἡρακλείας καὶ Μαριανδυνῶν μέχρι Λευκοσύρων, οὓς καὶ ἡμεῖς Καππάδοκας προσαγορεύομεν· τὸ δὲ τῶν Καυκώνων γένος τὸ περὶ τὸ Τίειον μέχρι Παρθενίου καὶ τὸ τῶν Ἑνετῶν τὸ συνεχὲς μετὰ τὸν Παρθένιον, ἐχόντων τὸ Κύτωρον. καὶ νῦν δ' ἔτι Καυκωνίτας εἶναί τινας περὶ τὸν Παρθένιον.

Post Callisthenem in iis, qui luxatae scilicet geographiae membra corrigere studebant, recensemus Zenonem Stoicum. Menelaus (δ, 84) narrat:

Αἰθιοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους καὶ Ἐρεμβούς.

Zeno philosophus scribi voluit

Αἰθιοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε.

Strab. I p. 41. VII p. 298. Priore loco sic: *περὶ δὲ τῶν Ἐρεμβῶν πολλὰ μὲν εἴρηται· πιθανώτατοί δ' εἰσὶν οἱ νομίζοντες τοὺς Ἄραβας λέγεσθαι. Ζήνων δ' ὁ ἡμέτερος καὶ γράφει οὕτως· Αἰθιοπάς θ' ἱκόμην καὶ Σιδονίους Ἄραβάς τε. Τὴν μὲν οὖν γραφὴν οὐκ ἀνάγκη κινεῖν παλαιὰν οὖσαν· αἰτιᾶσθαι δὲ βέλτιον τὴν τοῦ ὀνόματος μετάπτωσιν, πολλὴν καὶ ἐπιπολαίαν οὖσαν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι**). Stoici vestigiis institit Crates, de quo iam dicendum, quod de Callimacho aliquo loco dicit Apollodorus: *τοῖς μὲν ἄλλοις συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δέ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμ-*

---

*) *Ἐρέμβους* pro Arabis dixit auctor Cyneg. *A*, 172. *Γ*, 19.

ματικῆς. Sic Crates pro Erembis quaerebat non Arabas quidem sed Ἐρεμνούς, i. e. atros, Indos intelligens (v. sch. *). Alii Ἀράμβους, fortasse ut ad Arabas propius accederent. Haec ratio Homerum ad similitudinem posterioris temporis accommodandi quo ducere debuerit iam ex iis quae adhuc disputavimus intelligi potest. Attamen exempla habemus quasi ad dehortandum exposita. Il. *B*, 508 versus est:

Νῖσάν τε ζαθέην Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν.

Illa Nisa aliquot saeculis post nusquam erat. Quid agitant? Strabo IX p. 405 *πλησίον δ' ἐστὶν Ἀνθηδόνος ἱεροπρεπὴς τόπος τῆς Βοιωτίας, ἴχνη πόλεως ἔχων, ὁ καλούμενος Ἴσος, συστέλλων τὴν πρώτην συλλαβήν. Οἴονται δέ τινες δεῖν γράφειν*

Ἴσον τε ζαθέην Ἀνθηδόνα τ' ἐσχατόωσαν,

ἐκτείνοντες τὴν πρώτην συλλαβὴν ποιητικῶς διὰ τὸ μέτρον, ἀντὶ τοῦ

Νῖσάν τε ζαθέην —

Ἡ γὰρ Νῖσα οὐδαμοῦ φαίνεται τῆς Βοιωτίας, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ νεῶν· ὥστ' οὐκ ἂν εἴη, εἰ μὴ τὴν Ἴσον οὕτως εἴρηκεν. ἦν γὰρ ἡ Ἴσος πόλις ἐν τῇ Μεγαρικῇ, ἐκεῖθεν ἀπῳκισμένη . . . δρῶνος. ἐκλέλειπται δὲ νῦν. Τινὲς δὲ γράφουσι

Κρεῦσάν τε ζαθέην,

τὴν νῦν Κρέουσαν δεχόμενοι τὸ τῶν Θεσπιέων ἐπίνειον ἐν τῷ Κρισσαίῳ κόλπῳ ἱδρυμένον. Ἄλλοι δὲ

Φηράς τε ζαθέας —

ἔστι δὲ τῆς τετρακωμίας τῆς περὶ Τάναγραν, Ἑλεῶνος, Ἅρματος, Μυκαλησσοῦ, Φηρῶν. Γράφουσι δὲ καὶ τοῦτο

Νῦσάν τε ζαθέην —

κώμη δ' ἐστὶ τοῦ Ἑλικῶνος ἡ Νῦσα.

Phea erat urbs prope mare sita (*o*, 297); quae ob

---

*) Cf. de Cratete Sch. *γ*, 239.

hanc caussam minus apte visa est commemorari *H* 234 (quamquam est aptum, ut magis etiam pruriginem mutandi intelligas). Quid igitur moliuntur? Narrat Strabo VIII p. 348 ῥεῖ δὲ (fluvius Ἀκίδων) παρὰ τάφον Ἰαρδάνου καὶ Χάαν πόλιν ποτὲ ὑπάρξασαν πλησίον Λεπρέου, ὅπου καὶ τὸ πεδίον τὸ Λιπάσιον. Περὶ ταύτης δὲ τῆς Χάας γενέσθαι φασὶν ἔνιοι τὸν πόλεμον τοῖς Ἀρκάσι πρὸς τοὺς Πυλίους, ὃν ἔφρασεν Ὅμηρος, καὶ δεῖν οἴονται γράφειν (*H*, 135)

ἠβῶμί ὡς ὅτ' ἐπ' ὠκυρόῳ Ἀκίδοντι*) μάχοντο
ἀγρόμενοι Ἠλεῖοί τε καὶ Ἀρκάδες ἐγχεσίμωροι
Χάας πὰρ τείχεσσι —

οὐ Κελάδοντι οὐδὲ Φειᾶς. τῷ γὰρ τάφῳ τοῦ Ἰαρδάνου τοῦτον πλησιάζειν καὶ τοῖς Ἀρκάσι τὸν τόπον μᾶλλον ἢ ἐκεῖνον**).

---

*) Sic necessario legendum.

**) Hi igitur intellexerunt Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα ad fluvium Iardani, h. e. qui Iardani tumulum praeterfluit. — Ceterum manet in eo loco difficultas. Propter Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα non potest Κελάδων nomen proprium fluvii esse, et res eadem si Ἀκίδοντι substituatur. Hoc intellexit Aristarchus: quare κελάδοντι pro adiectivo accepit hac nota apposita: ἡ διπλῆ ὅτι ἰδίως τὰ ἐπίθετα προτάξας τὸ κύριον ἐπήγαγεν „Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα.“ Statuit igitur quandam anacoluthiam, ut oratio post ἐπ' ὠκυρόῳ κελάδοντι interrupta videretur, deinde denuo institueretur illis Ἰαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα. Non probamus. Sed ille non habebat quo se verteret: nam κελάδοντι interpraetari „fluvio“, quod quidam facere non dubitabant, illi in mentem venire non poterat, bene gnaro, quid ferret consuetudo Homeri. Ergo restabat ut vel versum 133 vel 135 obelo notaret: nisi ei syntactica ratio, quam diximus, mira quidem sed tolerabilis visa esset. Caeterum Didymus hoc loco dicitur probasse Φήρης „ἄμεινον οὖν ὡς Δίδυμος, Φήρᾳ Σπάρτῃ καὶ Ἀρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρα (l. Φήρης πὰρ τείχεσσιν Ἰαρδάνου)· οὕτω γὰρ καὶ Φερεκύδης ἱστορεῖ. De quo (si verum est) sic iudico. Didymus in commentariis cum variorum varia molimina recensuisset, addiderat, si quis locum mutare vellet, potius Φήρης scribendum

Haec post commenta, haec post nugatoria et violenta conamina intuere Aristarchi viam et rationem,

---

esse: hanc enim in hac re Pherecydem commemorare, ut videri posset hanc lectionem in suo Homeri exemplari offendisse. Hanc propter observationem, si neglecta fuerat, gratiam meruit Didymus: attamen in textum non magis inferri debebat, quam *Κύνων* pro *Κόων*, filius Antenoris, *T*, 53. Sic enim Pherecydes eum dixerat, teste Schol. V. h. l. Hic facile credo Pherecydem Cynonem ex suo Homero habuisse. Similiter iudicat Schol. Pind. Ol. VII, 42, ubi Tlepolemi mater a Pindaro dicitur *Ἀστυδάμεια*, quae Homero est (*B*, 658) *Ἀστυόχεια* „εἰκὸς δὲ τὸν Πίνδαρον ἀπαντῆσαι ταύτῃ τῇ γραφῇ". Quod in hoc exemplo (quod alter schol. aliter iudicare videtur) quamquam negari non potest tamen non opus est credere. Eadem a Pherecyde tertio sed item simili nomine dicta *Ἀστυγένεια*. Nam haec nominum in similiter significantia transformatio, de qua multi dixerunt, invenitur etiam in mythicis. Simplicissima sunt (ne nunc ea commemorem ubi duplex terminatio est, ut *Μάκαρ Μακάριος*, *Πλούτων*, — *εύς* Voss. hymn. Cer. p. 149.) *Ἐτεοκλυμένη*, *Περικλυμένη*, *Κλυμένη*, Müller cycl. 128. Kleine Stes. 59. Mater Aiacis *Ἐρίβοια* et *Περίβοια*, nec erat quod alterum tantum retinere vellet Osann. de Soph. Ai. p. 55. Quid quod eadem apud Pherecydem *Φερέβοια*, v. Huschke Anal. litt. 325, quo certe recte explicatum quid sit *Ἐρίβοια* et *Περίβοια*, sc. *γυνὴ πολύδωρος*, *ἀλφεσίβοια*. — Filius Odyssei *Τηλέγονος* et *Τηλέδαμος* Eust. 1796. Uxor Phoronei *Λαοδίκη* et *Τηλοδίκη*, Saal ad Rhian. p. 47. *Ἰοκάστη* et *Ἐπικάστη*. Et fortasse eodem recte referetur *Ἰφιγένεια* et *Ἰφιάνασσα*. Mater Eurysthei apud Pherecydem *Ἀμφιβία*, apud Hesiodum *Ἀρτιβία* (vel *Ἀντιβία*) et — *Νικίππη*, Sch. T, 116. *Λεάνειρα* aliis *Μεγάνειρα*, Heyne Apollod. I, 5, 1. Nec id errori tribuo quod Elei mater, quae ap. Pausaniam est *Εὐρυκύδα*, in Et. M. 426, 29 est *Εὐρυπύλη*: propter solam necessitatem metri poetam aliquem ita transformare potuisse mihi non dubium. Quod me admonet incuriae Saalii, qui ad Rhian. p. 26 inclinabat Aristomenis patrem in Rhiani hexametris sic ut a Messeniis nominatus est *Νικομήδην* fuisse. — Qui plerumque Eurymedon erat Gigantum quin ab aliquo poeta vel mythographo potuerit insignite Oromedon dici non dubitandum. Quod tamen non meminit Huschke anal. litt. p. 320. — De Cassandra et Alexandra ingeniose scripsit Hermannus Hec. 86.

quam ex fragmentis quamquam haud multis satis tamen intelligere licet, nec iam opus erit ut quidquam commendationis causa addamus. Eandem viam ingressus esset Eratosthenes, nisi hic in geographicis subtitisset: chorographica non persecutus est. Hoc cur credere necesse sit, infra exponemus, ubi de Ulixi erroribus verba faciemus. Ab Aristarcho aliquantum profecit Demetrius Scepsius, omnia Apollodorus, et ab hoc utroque fluxit quidquid in his rebus Strabo sobrie et sano iudicio ut satisfacere possit disputavit. Si quis de Strabonis fontibus disputans ita scribit ut intentis oculis speculanti semel vel bis Apollodori nomen occurrat, is multum abest ut hunc locum exhauserit*).

§. 4.

De Ulixi erroribus.

Schol. ε, 55 *πρὸς τὰ περὶ τῆς πλάνης ὅτι πόῤῥω που ἐν ἐκτετοπισμένοις τόποις ἀορίστοις.* Cet. Similiter κ, 190. δ, 556. ζ, 204.

Italia inferior et interioris maris pars adiacens repleta erat monumentis erroris Ulixi. Ibi erat *Σκύλλαιον, Κίρκαιον, Αἰόλου νῆσος, Σειρηνοῦσαι* et alia similia. Quorum nominum originem facile intelligimus. Scilicet cum occidentem versus Ulixem errasse ex carminibus Homeri satis eluceret, postquam illae regiones

*) Non potui mentionem facere in hac disputatione Polemonis. Nam in *περιηγήσει Ἰλίου* (Suid.) an de Homerica aetate pluribus dixerit et quo modo non constat. Troiam Homeri non eo, quo posterior erat, loco fuisse, simplici nec contemnendo argumento, ex loci natura petito, suspicata erat Hestiaea Alexandrina in libro *περὶ Ὁμήρου Ἰλιάδος*. Commemoraverat eam Demetrius (Strab. 599. l. XIII). Hunc, qui ipse haec loca patria sibi lustraverat, invenimus grammatica et Aristarchea diligentia ex Homeri carminibus omnia rei argumenta comportare.

per Graecos nautas frequentari coeptae, locis recens detectis nomina quaerentes pro arbitrio imposuerunt mythica. Multa fortasse debentur Phocaeensibus. Item ad oras Libyae locos complures ab Menelao et Helena dictos esse (v. e. g. Strab. I p. 40. St. Byz. Ἑλένειος) comperimus: quod nec Menelao debetur, nec Aegyptiis, sed a nautis Graecis profectum cum frequens ad has regiones aditus esset. Illi idem fecerunt quasi si cui hodie nauarcho Britannorum insulae sibi primum repertae nomen quaerenti arrideret nomen „Artusinsel"; unde posteris nec liceret concludere illic quondam Artum regem sedem habuisse nec Anglos ab hac insula originem ducere et hinc olim sedes translocasse. Eadem origo Cimmerii Bospori, unde Strabo colligit eo loco Cimmerios habitasse. Sic scopulos quosdam circa Italiam Σειρηνούσσας dicere promtum erat nautis. Sed cum casu non duo essent scopuli sed tres (v. Strab. I p. 22), tres Sirenes in fabulas venerunt; Homerus duas novit. Et quod in mari factum idem in terra. Ἑλένη fons dictus in Chio insula (v. Steph. s. v.). Quid mirum fontem aqua limpida fluentem Graecos, aquas puras virgini comparare solitas, a pulcherrima femina Helenam dixisse? Accessit dein fabula, sicut apud Stephanum legimus: ἔστι καὶ κρήνη Ἑλένη ἐν Χίῳ, ἐφ' ᾗ Ἑλένη ἐλούσατο. Sed docti huius rei immemores immensoque errore implicati ex his nominibus de priscarum rerum statu colligi posse putabant. Omnino autem quantus doctorum furor fuerit locorum nomina ab antiquis fabulis repetendi illustribus quibusdam et festivis exemplis tenemus. Strab. XVII p. 801 τὰ δ' ἐν δεξιᾷ τῆς Κανωβικῆς διώρυγος ὁ Μενελαΐτης ἐστὶ νόμος, ἀπὸ τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου καλούμενος, οὐ μὰ Δί' ἀπὸ τοῦ ἥρωος, ὡς ἔνιοί φασιν, ὧν καὶ Ἀρτεμίδωρος. Steph. Byz. Ἄμασις πόλις Πα-

φλαγονίας — — ἀπὸ γυναικὸς Περσίδος Ἀμάστριδος θυγατρὸς Ὀξυάθρου τοῦ ἀδελφοῦ Δαρείου, ἣ συνῴκησε Διονυσίῳ τῷ Ἡρακλείας τυράννῳ (v. Strab. XII p. 544). Δημοσθένης δ' ἐξ Ἀμαζόνος οὕτω λεγομένης. Sed redimus ad Homerica. Ergo illi ubi Σειρηνοῦσαι dicebantur ibi olim Sirenes fuisse volebant, ubi Κίρκαιον, ibi Circam, et reliqua eodem modo. Et huic veritati Homerum respondere volebant. Scilicet accessit late patens opinio de Homeri doctrina, quae opinio mirum quantum poetae interpretationi offecit. Etenim cum Homerus sententiis et virtutis exemplis egregiis repletus esset inter philosophos invaluit consuetudo ut quidquid de moribus praeciperent, aliquo versu et exemplo ex Homero petito confirmarent. Haec consuetudo adeo placuit et frequentata est, ut Homerus quasi quaedam doctorum supellex fieret, ut denique ipsis ea omnia Homerus continere videretur, quae accommodando et adaptando ex illo elicere placuerat. Porro haec fuit communis florentis Graeciae opinio, poetas docere; iam tum, ut mihi videtur ultra id quod verum est egressa. Attamen hi de bonis moribus et exemplis virtutis cogitabant. Quae res a parte doctorum Alexandrinorum dupliciter deflexa est, cum primum illam poetarum doctrinam a moribus ad variam eruditionem transferrent; deinde dicebant optimum quemque poetam id agere atque hoc boni poetae consilium esse ut quam plurima doceret. Sed fuerunt alii elegantioris iudicii, qui defendebant poetae officium non esse (ut vocabula ab illis sumam) — διδασκαλίαν sed ψυχαγωγίαν. Horum princeps Eratosthenes (Strab. I p. 6. p. 25). Ab altera parte alios secutus stat Strabo Eratosthenem impugnans *). Ab hac opinione profectus pleraque ad

*) In hac quaestione maxime Hipparchum secutus, v. p. 7.

eruditioris aetatis scientiam interpretando accommodat. Sic ἄρκτον explicat ἀρκτικὸν κύκλον, ne hunc ignorasse videatur poeta, ἀψόῤῥοον Ὠκεανὸν de maris affluxu et recessu (p. 3. 4.). Item geographica. Nosse Bosporum Cimmerium, Istrum, oras Hispaniae (p. 6). Huic opinioni primus omni vi obstiterat Eratosthenes, qui poetam non doctrinam sed voluptatem audientium quaesivisse defendit eiusque eruditionem mediocrem esse. Homerum tantummodo in Graecia bene versatum esse, reliquarum vero regionum summam esse inscientiam, ne Aegyptum quidem vel Libyam cognitam habere. Hoc vero tantum abesse ut poetae vitio vertendum sit, ut ipse poeta nihil nisi auditorum delectationem quaerens etiam de industria insulas et terras remotas et miras remotorum populorum consuesudines finxerit. Quare si quis Circam, Cyclopem et alios dicere velit ubi fuerint, eum vanam operam consumere. Immo etiamsi statuendum sit Ulixen circa Siciliam errasse, tamen Homerum rationibus quae poetam decent ductum haec in longius removere debuisse et removisse, ne memorabilia nimis in propinquo acciderent*). Hac via progressus est Aristarchus, hac via sectator eius Apollodorus.

(Ἵππαρχος ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη) p. 15. (πρότερον δ' ἐπισκεπτέον Ἐρατοσθένη, παρατιθέντας ἅμα καὶ τὴν Ἱππάρχου πρὸς αὐτὸν ἀντιπλογίαν).

*) p. 18 (49 Tz.) 23 (61) „Ὅμηρον μήτε εἰδέναι ταῦτα μήτε βούλεσθαι ἐν γνωρίμοις τόποις ποιεῖν τὴν πλάνην.“ p. 26 (70) „ὑπολάβοι τις ἂν τὸν ποιητὴν βούλεσθαι μὲν ἐν τοῖς προσεσπερίοις τόποις τὴν πλάνην τῷ Ὀδυσσεῖ ποιεῖν· ἀποστῆναι δὲ ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων, τὰ μὲν οὐκ ἀκριβῶς πεπυσμένον, τὰ δὲ οὐδὲ προελόμενον οὕτως ἀλλ' ἐπὶ τὸ δεινότερον καὶ τερατωδέστερον ἕκαστα ἐξάγειν.“ 28 (74) sqq. VII p. 298. 299 (354 sqq). Lepida eius verba sunt p. 24 (64) „τότ' ἂν εὑρεῖν τινα ποῦ Ὀδυσσεὺς πεπλάνηται ὅταν εὕρῃ τὸν σκυτέα τὸν συῤῥάψαντα τὸν τῶν ἀνέμων ἀσκόν.“ Unde patet

Iam intelligemus quid sibi velint Aristarchi notae, quarum vestigia sunt in schol. ε, 55 *πρὸς τὰ περὶ τῆς πλανης ὅτι πόρρω που ἐν ἐκτετοπισμένοις**) *τόποις ἀορίστοις· φησὶ γοῦν τηλόθι που τὴν νῆσον εἶναι.* κ, 190 *ἐκ τούτων δὲ ἐκτετοπισμένη φαίνεται ἡ πλάνη τοῦ Ὀδυσσέως.* δ, 556 *δῆλον κἀκ τούτου ὅτι ἐξῴκισται ἡ νῆσος* (Calypsus). *ἐπεὶ τί ἐκώλυε τὸν Μενέλαον οὕτως ἔχοντα περὶ Ὀδυσσέα καὶ πόλιν ὅλην χαρίσασθαι ἐθέλοντα ναῦν πέμψαι καὶ σῶσαι τὸν φίλον.* Hinc nec Phaeacum insula exclusa: ζ, 204 *ὅτι σαφῶς ἐνταῦθα ἐκτετοπισμένην που καὶ ἐσχάτην τὴν τῶν Φαιάκων χώραν ἀφίσταται εἰς τὴν Κέρκυραν* (l. *παρίστησιν οὐ τὴν Κ.*). Cf. Apollod. Strab. p. 44 (119 Tz.) l. VII p. 299 (358). Quam in sententiam paene obliteratam nunc Nitzschium ferri videmus. Nunquam satis Aristarchi aciem admirari possumus. Porro hic memorandum illud, quod ex Gellio novimus XIV, 6, qui inter quaestiones Homericas affert „utrum *ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ* Ulixes erraverit *κατὰ Ἀρίσταρχον* an *ἐν τῇ ἔξω κατὰ Κράτητα*“ **). Crates Homero Ocea-

---

quam ei contraria pars ridicula visa sit. De consensu Eratosthenis, Aristarchi, Apollodori v. praeter ea quae textus noster habet maxime p. 31 (84) VII, 298 (354) 299 (358) „*τὰ πλεῖστα μετενέγκας παρ' Ἐρατοσθένους*“ (Apollodorus sc.) Hic praeter alia multa hoc de Apollodoro: *ἐπιτείνει δὲ καὶ τοῖς περὶ Σικελίαν τὴν πλάνην λέγουσι καθ' Ὅμηρον τὴν Ὀδυσσέως· εἰ γὰρ αὖ χρῆναι τὴν μὲν πλάνην ἐκεῖ γενονέναι φάσκειν, τὸν δὲ ποιητὴν ἐξωκεανικέναι μυθολογίας χάριν.*

*) *ἐκτετοπισμένοι τόποι* Strab. 46 (125) *ἐκτοπισμός* 61 (164). l. V. p. 224. Utitur voce *ἐκτοπίζειν* etiam intransitive „remotas regiones adire.“ p. 42 (113). 21 (56). Occurrit in hac quaestione saepius apud geographum *ἐξωκεανίζειν* et *ἐξωκεανισμός*. Hoc non tantum significat „in Oceanum remittere“, sed induit etiam significationem „in mare longinquum remittere.“ Utitur enim etiam Apollodorus, 44 (119), VII, p. 299 (357), cuius tamen sententia erat errasse Ulixen „*ἐν τῇ ἔσω θαλάσσῃ*“.

**) Sen. ep 88. Quaeris Ulixes ubi erraverit potius quam effi-

num, h. e. scilicet externum mare notum esse voluit. Qui uti Ulixem eo devenisse dixit sic Menelaum voluit circa Africam navigantem ad Indos venisse, Strab. I p. 38 (82 Tz.). Crates, ut in plurimis rebus, sic hic Aristarcho contrarius, ab eorum parte erat qui doctrinam Homero assignarunt. Ex his inter antiquiores erat Ephorus, tum Callimachus, graviter reprehensus ab Apollodoro, quod Calypsonis insulam *Γαῦδον* (vel *Γαῦλον*), parvam insulam prope Carthaginem esse, item Scheriam Corcyram dixerat, l. VII p. 299 (358) l. I p. 44 (119). Crates; et ut eos commemorem, ad quos Strabo recurrit, Hipparchus p. 2. 7. 15, Polybius p. 22. (v. Bernh. Er. p. 11), Posidonius p. 4. Denique ipse Strabo. Ergo geographi certe Eratosthenis, Aristarchi, Apollodori auctoritate non errore levati: quamquam apud Strabonem promtum est videre, quam ad sanam rationem identidem invitus trahatur. Apollodori sententia (quae eadem Aristarchi est et Eratosthenis) multis locis apud Strabonem exposita, nusquam tamen fusius quam l. VII p. 298 (354) sqq. *). Summam iam supra exposui, de Eratosthene loquens. Addo haec: Homerum nec Pontum nosse, nec „*τὰ περὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην*“, nec Isthmum Africam inter et Asiam nec mare rubrum nec „*τὰ κατὰ τὴν Ἀραβίαν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ τὸν Ὠκεανόν*“. Hinc patet falsum esse quod schol. dicit *δ*, 84 *Ἀρίσταρχος Ἐρέμβους τοὺς Ἄραβας ἀκούει*. Et Eust. ib. (p. 1484) *Ἀρίσταρχος δέ φασι καὶ αὐτὸς Ἐρεμνούς τοὺς Ἄραβας νοεῖ*. — De Aethiopibus bipartitis Cratetis et

---

cias, ne nos semper erremus? Non vacat audire utrum inter Italiam et Siciliam iactatus sit an extra notum nobis orbem: neque enim potuit in tam angusto error esse tam longus.

*) Exposuerat haec in prooemio libri secundi de catalogo navium. Strab. h. l.

Aristarchi sententia fuse tradita a Strabone l. I p. 30 (81) sqq. Crates, quinque Zonas et Zodiaci inclinationem advocans, veteratorie agit; Aristarchus sobrie et si eius Aethiopas in tabulam referre velis ut fere cum Vossiana conspiraturus videaris. „*ὁ δ' Ἀρίσταρχος ταύτην μὲν ἐκβάλλει τὴν ὑπόθεσιν· διχθὰ δὲ μεμερισμένους οἴεται λέγεσθαι τοὺς καθ' ἡμᾶς Αἰθίοπας τοὺς τοῖς Ἕλλησι πρὸς μεσημβρίαν ἐσχάτους. τούτους δὲ μὴ μεμερίσθαι δίχα ὥστε εἶναι δύο Αἰθιοπίας, τὴν μὲν πρὸς ἀνατολήν, τὴν δὲ πρὸς δύσιν, ἀλλὰ μίαν μόνην τὴν πρὸς μεσημβρίαν κειμένην τοῖς Ἕλλησιν, ἱδρυμένην δὲ κατ' Αἴγυπτον· τοῦτο δὲ ἀγνοοῦντα τὸν ποιητὴν, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα εἴρηκεν Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγου δευτέρῳ, καταψεύσασθαι τῶν τόπων τὰ μὴ ὄντα*“.

Ceterum Demetrius Scepsius idem sensit de his rebus, quamquam quum sibi Troianum catalogum tantum illustrandum sumsisset rarius ad has res delatus esse videtur. Attamen factum est. Iudicat de eo Strabo ut debet adversarius l. I p. 45 (120) *οὐδ' ὁ Σκήψιος δὲ Δημήτριος εὖ, ἀλλὰ καὶ τῷ Ἀπολλοδώρῳ τῶν ἁμαρτιῶν ἐνίων αἴτιος ἐκεῖνος κατέστη. Πρὸς γὰρ Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν φιλοτιμοτέρως ἀντιλέγων εἰπόντα ὅτι οἱ Ἀργοναῦται πλέοντες εἰς Φᾶσιν τὸν ὑφ' Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ὁμολογούμενον πλοῦν ἱδρύσαντο τὰ τῆς Ἰδαίας μητρὸς ἱερὰ ἐπὶ Κύζικον, ἀρχὴν φησι μηδ' εἰδέναι τὴν εἰς Φᾶσιν ἀποδημίαν τοῦ Ἰάσονος Ὅμηρον* *).

*) Schol. Vindob. ap. Alter. vol. 2 p. VIII. ad *Γ*, 128 *ὅτι ἐκ τούτου τοῦ ἱσοῦ* (Helenae textili) *ἔλαβε τὸ πλέον τῆς ἱστορίας τοῦ Τρωικοῦ πολέμου ὁ θεῖος Ὅμηρος, ὡς φησιν Ἀρίσταρχος ὁ Ὁμηρικός.* Hoc et si qua similia sunt de Aristarcho mendacia nunc sicco pede, opinor, transgredimur.

Dissertatio IV.

De prosodia.

C. I.

De accentibus.

§. 1. Veterum grammaticorum merita si quis recte aestimare vult, is prae aliis multis hoc unum secum reputet, quantis laboribus quantoque acumine opus fuerit ad libros accentuum notis distinguendos. Qui labor si in orationibus aut incepisset aut substitisset, fortasse industria sola adhibenda erat, quippe cum in plerisque regula accentus ex doctiorum Graecorum, rhetorum philosophorumque tum maxime disputantium ore peti potuisset. Sed cum in Homero aliisque poetis potissimum haec opera versaretur, qui ignotis ac vel iam diu intermortuis vel hoc et illo Graeciae angulo reconditis vocabulis referti essent, nisi et doctrina et subtilitas et nativus quidam veri falsique sensus accederet, omnis labor vanus vagusque erat. Quamquam vel vulgarium vocabulorum accentus saepe non nisi assidua observatione constitit. E. g. πειρησαι, notionem imperativi flagitans, in Homericis offertur; quo accentu notabis? Sed quidquid in hac re ab Alexandrinis prae-

stitum, id totum ab Aristarcho pendere iure contendimus. Etenim quamquam Aristophanes dicitur notas accentuum invenisse, tamen in hoc genere eius opera exigua fuit, fortasse in generalibus quibusdam regulis potius quam in singulis poetarum vocibus notandis et expediendis occupata: et si quid eiusmodi tentavit, prae Aristarchea opera tam exile visum est ut totum ab illa obrueretur. Aristophanis magna et immortalia de omni antiquitate merita reliquiae testantur: ea si quaeris, quae ad scriptorum textus pertinent, saepe eius mentio fit in variarum lectionum delectu, in eruendis versibus spuriis atque in libris vel attribuendis vel abiudicandis ab auctoribus tralaticiis, in carminibus ordinandis, in metris dispescendis (Dionys. Hal. c. verb. 312). Sed de accentibus quid dixerit vix semel aut bis memoratum legimus. Aristarchus igitur primus in scriptoribus a se editis, epicis, tragicis, comicis, lyricis, singulas voces accentus nota distinxit. In singulis vocabulis ab eo factum esse nusquam diserte traditur. Si quis igitur erit qui putet in dubiis tantum et difficilioribus notam ei positam esse, respondebo primum etiam in minutioribus, qualis est pronominum enclisis, praepositionum anastrophe, tam frequentem eius mentionem fieri ut iam hinc iudicandus sit perpauca sane intacta reliquisse, ut tutius esset nec multum laboris adderet omnia simul notare. Deinde quem accentum habuerit etiam in iis commemoratum invenimus, de quibus Aristarcho non poterat exoriri dubitatio, quae tum demum ab uno alterove grammatico dubitari et disputari coepta, cum haec doctrina ad omnia singula rationis regulaeque facem admovere coepisset et contentione vires quaereret: e. g. de *χαράδρα*, *ἄχρις*, *δύνηαι* (*Π*, 390. *Π*, 324. *Ζ*, 229). Denique hoc addam. Si ea tantum notavit Aristarchus, quae aliquid difficultatis haberent, nullum

poterat in textu eius Homerico accentu instructum esse verbum, quin in commentariis rationem redderet. Contra si omnia notavit, poterant ac potius debebant multa esse, quae notasse sufficeret: quin poterat facile cum aliis multis unum et alterum etiam praetermissum esse impeditius, cuius quibus postea Aristarchi auctoritas plurimum valebat, ut Herodianus, rationes nescirent. Atqui invenimus haud raro Herodianum quo accentu Aristarchus vocabulum notaverit scire, quibus rationibus ductus sit, nescire, et demonstrabimus infra nonnunquam rationes ab Aristarcho alienas ei tribuisse.

Satis, opinor clarum est, quantopere hoc in loco ab uno homine pendeamus: sed si mihi dicendum est quod sentio (quae non temere arrepta opinio est, sed ut in re gravissima diuturna et repetita meditatione invaluit) est profecto quod nobis gratulemur hunc unum esse Aristarchum, qui se modestissimum praebuit, analogiae normam quam universe ut constat in linguis valere voluit moderate adhibuit, prae analogia et certis fixisque regulis usum tuitus et nativo quodam confisus sensu, quo in patrio maxime sermone doctiores saepe nescii ad verum ducuntur. Quod quantum valeat intelligitur maxime comparatis quibusdam posterioris aevi grammaticis, cum alios dico, tum Tyrannionem et Ascalonitam Ptolemaeum, qui Gottschedii simili studio nihil non certa quadam regula adstringi volebant (a quo sermo ingenioso homini similis abhorret), qui inauditos nec a paradosi vel ab Herodiani modestisque grammaticis receptos accentus excudebant. Contra et paradosis et eiusmodi grammatici longe in plerisque Aristarcho adstipulati, imo eius iudicio nonnunquam plus confisi sunt, quam suis rationibus: quem honorem per tot saecula nunquam mendacio habitum arbitror.

§. 2. Primum igitur quantum analogiae rationi, quantum usui dederit, exemplis ut mihi videtur minime dubiis lustremus.

Herod. *B*, 262 *αἰδῶ*. *Ἀρίσταρχος περισπωμένως ἀναγινώσκει, ὁμοίως καὶ τὸ ἠῶ δῖαν ἔμιμνε* (*I*, 662). *καὶ ἡμεῖς δὲ αὐτῷ συγκατατιθέμεθα. Διονύσιος δὲ ὁ Σιδώνιος ὀξύνει· Πάμφιλος δὲ πάσας τὰς τοιαύτας αἰτιατικὰς περισπᾷ· „Λητῶ γὰρ δ' ἥλκησε“* (*λ*, 580) *καὶ „Πυθῶ δ' ἐρχομένην“* (581), *ἐπεί, φησί, Λητόα ἐστὶ καὶ Πυθόα. Διονύσιος δέ ὁ Θρᾴξ φησι κακῶς ἀνεγνωκέναι τὸν Ἀρίσταρχον κατὰ τὸν περισπώμενον τόνον τὸ μὲν αἰδῶ καὶ ἠῶ, τὰ δὲ ἄλλα κατ' ὀξεῖαν τάσιν, Πυθώ, Λητώ. ἐχρῆν γάρ, φησίν, ὁμοίως ἀνεγνωκέναι. οὐκ εὖ δὲ μέμφεται τῷ Ἀριστάρχῳ, εἴγε ἤδη διάφοροι αἱ εὐθεῖαι, ἠώς, αἰδώς, Λητώ δὲ καὶ Πυθώ. ἔστιν οὖν λόγος ὑπὲρ τῆς Ἀριστάρχειου ἀναγνώσεως καὶ τῆς κατεγνωσμένης προσῳδίας οὗτος ὅτι ἐχρῆν μὲν τὸ Πυθώ περισπᾶσθαι, ἐπειδήπερ Πυθόα ἐστί καὶ τοῦτο ἀπήτει ἡ συναλοιφή. ἀλλὰ πάλιν τὸ πτωτικὸν ω ἀπέστραπται τὸν περισπώμενον τόνον· κατὰ τοῦτο ὠξύνετο· ταύτῃ γοῦν καὶ τοῦ χρυσοῦς περισπωμένου τὸ δυϊκὸν ὀξύνομεν· οὕτως ἀποδείκνυται ὅτι καὶ ἡ καλῷ δοτικὴ εἰς ι λήγει καὶ οὐκ εἰς ω. δεύτερος δὲ λόγος ἀληθής ἐστιν ὡς εὐθεῖα καὶ αἰτιατικὴ ὁμόφωνος οὖσα κατὰ φωνὴν ἐν τῷ αὐτῷ ἀριθμῷ πάντως καὶ τὸν αὐτὸν τόνον ἐπιφέρεται, οἱ ταχεῖς τοὺς ταχεῖς: εἰ δὲ ἡ εὐθεῖα ὀξύνεται, πάντως καὶ ἡ αἰτιατική. διὰ τοῦτο οὖν ἡ μὲν αἰδῶ αἰτιατικὴ καὶ ἠῶ μὴ κρατούμεναι ὑπὸ τῆς συνεμπτώσεως κατὰ τὴν εὐθεῖαν περισπῶνται κατεχόμεναι τῷ λόγῳ τῆς συναλοιφῆς, οὐχ ὑπὸ τοῦ πτωτικοῦ χαρακτῆρος. ἡ δὲ Λητώ καὶ Πυθώ, καίπερ* (l. *καθάπερ*) *κατεχόμεναι ὑπὸ τῆς συνεμπτώσεως τῆς φωνῆς, κατέχονται καὶ τῷ τόνῳ* (cf. ad I, 240).

Vides quid alii et ipsi Aristarchi discipuli ut omnia una analogiae lege continerentur machinati sint. Aristarchus offensus est accentu *ἠῶ*, *αἰδῶ*, qui reli-

quorum similitudini non respondebat: attamen adscivit, unde nisi ex usu? Peropportune offert se locus Apollonii Dyscoli de pron. 112. B, quo magis etiam res in propatulo sit: *ἄλλως τε τὰ εἰς ω λήγοντα πτωτικὰ κλίσεως τυγχάνοντα οὔποτε περισπασμὸν ἀνεδέξατο. τούτῳ γὰρ τῷ λόγῳ καὶ ἡ νεώ γενικὴ ὠξυτονήθη, μετὰ καὶ ἄλλων λόγων τῆς γενικῆς τὸν περισπασμὸν ἀπαιτούσης· καὶ τὸ*

Λητὼ γὰρ ἤλκησε

καὶ τὸ

Πυθώδ' ἐρχομένην

καὶ τὰ τούτος παραπλήσια κἂν τὸ ἐντελὲς ἔχωσι Λητόα καὶ Πυθόα ἀναγκαίως ὠξύνθη. ἕνεκα γὰρ τούτου καὶ διστάσαι τὸν Ἀρίσταρχόν φασι περὶ τοῦ

ἠῶ δῖαν ἔμιμνε

καθό (l. *καίτοι*) *ἦν τὸ ἐντελὲς ἠόα*, i. e. quamquam propria forma erat *ἠόα* neque ideo mirandi causa erat nisi ex reliquorum analogia.

Similiter igitur iudicandum erit de *θώων, δμώων* similibusque genitivis; de quibus Herodianus explicat ad *N*, 103.

τὸ δὲ θώων ἔνιοι περισπῶσιν, ἵν' ὁμοτονῇ τῷ θηρῶν καὶ κυνῶν. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος προφέρεται, Διοκλῆς καὶ ὁ Θρᾷξ Διονύσιος ὡς βαρύνοντες τὴν λέξιν. — Haec corrupta sunt, ut patet ex altero schol. *Ἀρίσταρχος βαρύνει τό θώων καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις, ὁ δὲ Πάμφιλος περισπᾷ* (cf. Eust. 922, 40) — Tu illud sic lege: *τὸ δὲ θώων ἔνιοι περισπῶσιν, ἵν' ὁμοτονῇ τῷ θηρῶν καὶ κυνῶν· ἡ δὲ παράδοσις βαρυτόνως. οὕτως δὲ καὶ ὁ Ἀρίσταρχος προφέρεται. Διοκλῆς δὲ καὶ ὁ Θρᾷξ Διονύσιος καταγινώσκουσιν αὐτοῦ ὡς βαρύνοντος τὴν λέξιν. Κάσιος δὲ* (sic enim pergit) *ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῆς βαρυτονήσεώς φησιν ὅτι τὰ μονοσύλλαβα, ὅταν μὲν ἔχῃ τὴν πληθυντικὴν ἐπὶ τῆς τελευταίας συλλαβῆς μετὰ συμφώνου λεγομένην πάντως καὶ κατὰ τὴν γενικὴν περι-*

σπᾶται, οἷον θῆρες, κύνες, χῆνες, ὅταν δὲ ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένην, πάντως βαρυτονουμένην, οἷον Τρῶες, δμῶες, λᾶες. ἀντίκειται δὲ αὐτῷ τὸ παίδων καὶ πάντων. Χαῖρις δέ φησιν οὐκ εἶναι ἐν δισυλλάβοις ἀναλογίαν (?).

Hic etiam vides quid complures moliti sint ut ea ad normam grammaticam detorquerent quae sibi usus non passus est eripi.

Facile hinc iudicium de δυσώδων, εὐώδων, quippe idem futurum.

Theodos. canon. Bekk. An. p. 1006, 24 τὸ δυσώδων Ἀρίσταρχος ἀλόγως (i. e. contra analogiam) ἐβάρυνεν, καὶ τριήρων φασί τινες Ἀττικοὺς βαρυτόνως λέγειν.

Qua in re mire castigatur ab Herodiano apud Ioannem Alex. p. 19 τὸ δυσώδων καὶ εὐώδων τῷ λόγῳ μὲν περισπασθήσονται, φασὶ δὲ τὸν Ἀρίσταρχον ταύτας καὶ τὰς ὁμοίας βαρύνειν, ἀπατηθέντα, ὡς ὁ Ἡρωδιανός φησιν, ἐκ τοῦ οἴεσθαι τὰς ἐντελεῖς γενικὰς αὐτῶν προπαροξύνεσθαι, εὐώδεων ὡς πόλεων. κακῶς. μόναι γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν εἰς ις ὑπάρχουσιν αἱ προπαροξυνόμεναι, πόλεων, μάντεων, καὶ δύο ἀπὸ τῶν εἰς υς, πελέκεων, πήχεων· αἱ δὲ λοιπαὶ πᾶσαι βαρύτονοι οὖσαι πρὸ μιᾶς ἔχουσι τὸν τόνον, ὡς πρόκειται. Quae epitomatoris culpa colorem Herodianeum amiserunt: qui hic, ut ubique eum fecisse inveniemus, lenius et modestius quae contra Aristarchum proferri possent, posuerat, minime immemor eorum quae pro eo valerent. Imo disputatione ancipiti absoluta in Aristarchi partes discessisse putandus. Confer modo, quomodo haec Arcadius excerpta dederit, p. 136: τὸ δὲ δυσώδων παραλόγως ἐβαρύνθη. καὶ τὸ τριήρων οἱ μὲν βαρύνουσιν, οἱ δὲ περισπῶσιν, ὥσπερ καὶ αὐτάρκων, καὶ τὸ συνήθων καὶ κακοήθων βαρύνεται ὥσπερ καὶ τὰ αὐτῶν ἐπιρρήματα. Cf. etiam ipsum Ioannem alio loco p. 39, 12. Ubi Aristarcheis additur νοσώδων. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ τὸ νοσώδων ἐβάρυνεν ἀλόγως.

§. 3. Sed ubi usus deficeret, i. e. in obsoletis formis et vocabulis, qua via Aristarchus ingressus est? Pauca sunt, sed quantivis pretii verba Herodiani quae indicant, ad *Λ*, 659: *προπαρωξύνθη δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀριστάρχου* (sc. *οὐτάμενος*) *διὰ τὸν χαρακτῆρα, ἐπεὶ αἱ τοιαῦται μετοχαὶ προπαρωξύνοντο, ἱστάμενος, κιχράμενος. ὁ γὰρ ἀνὴρ τῷ χαρακτῆρι μᾶλλον τοὺς τόνους προσνέμει**). *Οὐτάμενος* cum aliis nemini ignotis Buttmanno, ut constat, aoristi sunt per syncopen facti. Quod si iis finibus circumscribitur, quos ipse vir sollertissimus T. II p. 2 not. et p. 10 not. indicavit, concedere possumus. Proprie plerique non sunt aoristi sed analogia non satis expressa fictae formae, modo ad aoristos, modo ad ipsa praesentia propius accedentes (V. Buttm. p. 12 not. 8 et p. 23 not. 3). Uti igitur totae quasi similibus istis, quae loquentium sensui obversabantur, debentur, sic nec accentus ad aliam quam ad horum similitudinem poni poterat. Quod rectissime sensit Aristarchus. Praeterea ut omnino synecdrome magnum Graeci sermonis momentum est, sic in accentibus valuit**). Ipsum *ἰών* non aoristus est, nec *κιών*, sed propter simplicem formam accentum aoristis (e. g. *πιών*) accommodarunt. Et contra videant quid agant, qui quod *ἑρεσθαι, διωκαθειν, πιτνων, ὀφλειν* aoristorum significationem habent, continuo accentum aoristorum accersendum putant. In quo quam non subleventur paradosi ipsi opinor sentiunt. De *ἕρε-*

---

*) Addit *ἄλλως τε καὶ ἡ γινομένη τοῦ α ὕφεσις καὶ ἀναδρομὴν ἐργάζεται τόνου.* Hoc sequitur Apollonius, de coni p. 496. Cæterum quibus haec cordi sunt auctor sim ut totum Herodiani schalion paulo longius, cuius partem supra scripsi, adeant.

**) Refero huc *αἰχμητής*, quod applicatum est ad *μαχητής*. *Βλήμενος* fortasse non dictum esset, nisi ut quodammodo responderet voci *οὐτάμενος*.

σθαι diserte testatur Herodianus *II*, 47*), καταδάρθειν Atticos dicere pro καταδαρθεῖν Schol. Nub. 38.

Aristarchum eandem rationem secutum esse videmus in aoristo πέφνων. Ad *P*, 539 καταπέφνων, Ἀρίσταρχος ὡς τέμνων. Ad *Π*, 827 πέφνοντα ὡς τέμνοντα. οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος. ὁ δὲ Τυραννίων παροξύνει ὡς λαβόντα, δεύτερον ἀόριστον ἐκδεχόμενος. οὕτως δὲ καὶ τὴν εὐθεῖαν ὀξύνει „κῆρ ἄχεος μεθέηκα, χερείονά περ καταπέφνων" (*P*, 539), τοῦ Ἀριστάρχου βαρύνοντος. καί μοι δοκεῖ ὁ Τυραννίων λόγῳ ὑγιεῖ χρῆσθαι· εἰ γὰρ πέφνω πέφνεις πέφνει οὐ λέγομεν, ὑποτακτικῶς δὲ πέφνω πέφνῃς πέφνῃ καὶ „πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα" (*N*, 363) καὶ ἔστι δεύτερος ἀόριστος ὡς ἔλαβε λάβω λάβῃς λάβῃ, δῆλον ὅτι ὀφείλομεν καὶ τὴν μετοχὴν ὀξύνειν. ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος καὶ τῷ χαρακτῆρι τῆς φωνῆς ἐπείσθη καὶ οὕτως ἐβάρυνεν. ἐπεὶ γὰρ αἱ εἰς νων λήγουσαι μετοχαί, ἔχουσαι πρὸ τοῦ ν σύμφωνον κατ' ἐπιπλοκήν, ἤτοι ἐβαρύνοντο ἢ περιεσπῶντο, οὐδέποτε δὲ ὠξύνοντο, ὡς περ ἔχει ἡ τέμνων, κάμνων, πίτνων, ἐδοκίμαζε καὶ τὴν πέφνων βαρύνειν, οὐχὶ ὀξύνειν. εἰ δέ τις λέγοι· διὰ τί γὰρ οὐ περισπᾷς; διδαχθήσεται ἐκ τῆς κλίσεως· οὐ γὰρ πεφνοῦντα ἐροῦμεν ἢ πεφνῶντα ὡς νοοῦντα· οὕτως δὲ καὶ ἡ ῖ (?) μετοχὴ ἐβαρύνετο τῷ χαρακτῆρι καὶ τῇ ποιότητι τοῦ στοιχείου, οὐ τῇ κλίσει τῇ τοῦ ἐνεστῶτος, ὥσπερ ἀπεδείξαμεν**).

---

*) Idem non novit nisi πίτνων *II*, 827. Quod utrum pro praesenti an aoristo habeat non clarum.

**) Quod hoc scholio facit Herodianus, hoc saepius facit (v. A, 659). Primum concedere videtur rationi sane non obscurae adversariorum: dein quaerit ponitque quid secutus sit Aristarchus, cuius prudentiam perspexerat, cui paradosin in plerisque assentientem invenerat; et his quasi certioribus ducibus obtemperat. Haec ponit in catholica: πέφνειν, Arcad. 173, 20. πέφνων ib. 276, 22. Intelligo quam recte iudicaverim supra de Ioannis Arcadiique excerptis collatis de δυσώδων.

Huc porro referimus εἴρυτο, εἴλυτο. Herod. *Π*, 542 *Ἀρίσταρχος τρίτην ἀπὸ τέλους τὴν ὀξεῖαν ποιεῖ, ὑγιῶς πάνυ. ὁ δὲ Τυραννίων προπεριισπᾷ, ἐκ τοῦ εἰρύετο φάσκων αὐτὸ συνηλεῖφθαι. δύναται δὲ τὸ εἴρυτο κλιθὲν ἀπὸ τῶν εἰς μι ὁμοίως τῷ ἐζεύγνυτο, ἤνυτο (θοῶς δέ οἱ ἤνυτο ἔργον ε, 243) ἐκτετάσθαι. οὕτως ἀξιοῦμεν καὶ ἐπὶ τοῦ εἴλυτο* (ε, 403) *καὶ εἴρυτο. Δ*, 138 *τὸ δὲ ἔρυτο ψιλοῦται καὶ προπαροξύνεται. οὕτως Ἀρίσταρχος. καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ παράδοσις. ἔστι γάρ τι ῥῆμα εἰρύω. τούτου ὁ παρατατικὸς παθητικὸς γίνεται εἰρύμην, τὸ τρίτον εἰρύετο, ὃ ἐν συναλοιφῇ καὶ ἐνδείᾳ τοῦ ε ἐγένετο ἔρυτο.* De accentu idem statuit Buttmannus; de rationibus similiter sed subtilius et propius quasi ad linguae penetralia accedens; sed usus et character et observandi diligentia et sensus insitus eos perduxit, quo rationibus vix accessissent.

§. 4. Iam Aristarchi rationem tam expressam et insignitam habemus, ut in multis quid scripserit quid non scripserit ipsi possimus perspicere. Quid igitur de hoc loco iudicabimus, qui in cod. V. legitur ad *N*, 809 de *βιβασθων. βαρυντέον εἴτε ἀπὸ τοῦ βιβῶ ἐγένετο εἴτε ἀπὸ τοῦ βιβαστός. Ἀρίσταρχος δέ φησιν, ἐὰν ὀξύνηται, ἔσται μακρὰ διαβάς.* Hoc corruptum est nec intelligi potest; sed si quis inesse putaverit, Aristarchum etiam tulisse *βιβασθών*, ei fidenter obloqueremur, etiamsi non servatum esset ad eundem locum Herodiani scholion, quod huiusmodi est: *βιβάσθων· Τυραννίων περισπᾷ, οὐχ ὑγιῶς· ὁ γὰρ χαρακτὴρ βαρεῖαν τάσιν ἀπαιτεῖ, εἴτε ἀπὸ τοῦ βιβῶ βιβάσθω γενομένου τοῦ ῥήματος περιπλεονάσαντος τοῦ σ, ὥς φησι Φιλόξενος* (v. ad *O*, 676), *εἴτε ἀπὸ ὀνόματος τοῦ βιβαστός βιβάσθων ὡς ἀΐσθων. γίνεται γάρ τινα ἀπὸ τῶν εἰς τος κατὰ μεταβολὴν τοῦ τέλους εἰς θω βαρύτονον ῥήματα, ἐγερτός ἐγέρθω, ἐρεκτός ἐρέχθω, ἀϊστός ἀΐσθω. οὕτως καὶ παρὰ*

τὸ βιβαστός βιβάσθων. παραιτητέον δὲ καὶ τοὺς ὀξύνοντας ὡς δεύτερον ἀόριστον. (Hinc frustula venerunt in Et. M. p. 197, 20). *)

Sequitur λίς. Eust. p. 841, 22 τὸ δὲ λίς κατὰ μὲν Ἀρίσταρχον, ὡς φασιν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος, ὀξύνεται συνεξομοιούμενον τῷ χαρακτῆρι τοῦ κίς κιός, ἔτι δὲ καὶ τοῦ τίς καὶ θίς καὶ ῥίς, εἰ καὶ διαφόρως ταῦτα κλίνεται πρὸς τὸ λίς. ὁ Αἰσχρίων δέ φασι περισπᾷ διὰ τὸ καὶ τὴν αἰτιατικὴν περισπᾶσθαι. ὡς γὰρ μῦς μῦν, δρῦς δρῦν, οὕτω καί λῖς λῖν. εἰ δὲ μηδὲν τῶν εἰς ις περισπᾶται, ἀλλ' ὁ Αἰσχρίων τοῦτο ἐποίει, ἐκφεύγων θηλυκὸν ἐπίθετον τὸ λὶς πέτρη ἐν Ὀδυσσείᾳ ῥηθέν (μ, 64). καὶ οὕτω μὲν ἐκεῖνος τὸ λίς ὁ λέων περιέσπασεν ἐπὶ τοῦ λέοντος πρὸς διαστολὴν τοῦ ἐπιθετικοῦ, ἀλλ' ἡ παράδοσις, φασί, τῷ Ἀριστάρχῳ πείθεται. Herod. ad Λ, 239 ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ὀξύνει, ὁ δὲ Αἰσχρίων περισπᾷ. ὡς γὰρ παρὰ τὸ μῦς μῦν, φησί, καὶ νοῦς νοῦν, οὕτως καὶ λῖς λῖν· ἐπί τε λῖν ἤγαγε δαίμων. καί (ins. οὐκ) ἐστι συνκατατίθεσθαι τῷ Αἰσχρίωνι ὅτι μᾶλλον ὀφείλει περισπᾶσθαι, εἰ καὶ μηδὲν τῶν εἰς ις ληγόντων καὶ ἀρσενικὸν γένος ὑπισχνουμένων περιεσπάσθη. καὶ τάχα καθ' ἕτερον λόγον, ἵνα τὸ ἐπιθετικὸν καὶ σημαῖνον γένος θηλυκὸν καὶ ὀξυνόμενον ἀποφύγῃ, λέγω δὲ τὸ λὶς πέτρη· τῷ μέντοι χαρακτῆρι τοῦ κίς καὶ (ins. τῷ) θίς, καίτοι γε διαφόρως κλιθεῖσι πρὸς τὸ λίς, συνεξωμοίωσεν αὐτὸ κατὰ τόνον ὁ Ἀρίσταρχος. καὶ οὕτως ἐπείσθη ἡ παράδοσις. (cf. Arcad. 193, 1. 125, 1. περ. μον. λ. 19).

De accusativo λιν falso traditum ab Eustathio p. 857, 37 τὸ δὲ λῖν οἱ μὲν περὶ Ἀρίσταρχον ὀξύνουσιν ὡς καὶ τὴν ὀρθήν. ἤδη γὰρ δεδήλωται ὅτι τὸ λίς ὠξύνετο παρ' αὐτοῖς. ἕτεροι δὲ περισπῶσι, κανονίζοντες ὡς πᾶσα

---

*) Videntur quidem etiam ἄϊοντι pro aoristo habuisse. Eo ducit II, 508 ἄϊοντι ὡς λέγοντι. οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος.

αἰτιατικὴ μονοσύλλαβος εἰς ν λήγουσα περισπᾶται, μνᾶν, δρῦν, μῦν, κλεῖν, καίτοι τῆς εὐθείας τούτου ὀξυνομένης. ὀξύνεται γὰρ ἡ κλείς. Nec ulla causa est cur Aristarchum mirabiliter a se ipsum descivisse putemus, nec quisquam praeterea tam memorabilem exceptionem commemoravit, imo undique patet omnes consensisse in accentu λῖν, omnium minime vero eum scripsisse λίν cuius auctoritatem nec reliqui neglexerunt et Herodianus nusquam. v. Herodian. ad Λ, 480. Arcad. 130, 17. Theodos. can. 1004. Choerobosc. 1230. Eust. 775, 40. Taedet nunc plura addere ut Eustathii errorem convincam, quod me olim in adversariis fecisse video. His perpensis, quae adhuc de Aristarchi rationibus disputata sunt, dubitari non potest, nec Hermannus dubitabit, qui olim fidem habuit Eustathio ad Eur. Bacch. 1166. Casu evenit, ut unde sit Eustathii error indicari possit. Ad Λ, 480 in cod. Ven. A Herodiani notam subsequitur alia, quae est de nominativo λίς, sed falso huc intrusa est, ubi in textu Homerico est λῖν. Hoc fraudi fuit Eustathio. Sed qui in Cod. Ven. illam notulam loco non suo allevit is (nisi res casu accidit) videbitur deceptus esse eo loco qui est Et. M. 567, ubi negligentius inspicienti facile videri potest de nominativo praecipi.

Ad synecdromen pertinet ζαφελῶς. Sch. ζ, 330 Ἀρίσταρχος περισπᾶται τὸ ζαφελῶς, καὶ οὕτως ἐπεκράτησεν. ἔδει δὲ βαρυτόνως. Herod. ap. Ioan. Alex. 39, 18 παρὰ τὸ ζάφελος προπαροξυνόμενον ὀφείλει καὶ τὸ ζαφελῶς ἐπίρρημα βαρύνεσθαι ὡς ἀπὸ τοῦ ζάθεος ζαθέως. οὐ γάρ ἐστι παρὰ τῷ ποιητῇ ζαφελής. δείκνυσι δὲ Ἡωδιανὸς ὡς ὅτι κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ ἀμελῶς καὶ ἐντελῶς περιεσπάσθη τὸ ζαφελῶς*).

*) Hoc usus est sed corrupit auctor scholii in Et. M. 408, 20.

Ταρφειαί. θαμειαί. T, 357 *ταρφειαί Ἀρίσταρχος ἀνέγνω ὡς πυκναί. οὕτως δὲ καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης. καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις. A,* 52 *θαμειαί. Πάμφιλος λέγει θαμεῖαι ὡς ὀξεῖαι, Ἀρίσταρχος δὲ ὡς πυκναί· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ταρφειαί.* Hoc non casu factum, quod in hac anomalia ista duo concinunt quae concinunt in significatione. Ergo persuasi mihi (quamvis primum audienti mirum videri possit*) aut haec etiamsi adiectiva sint tamen propter ipsam significationem crebritatis se ad nomina periectica in *ιά* accommodasse, aut-quod singularem non habent, ad alia pluralia similis formae accessisse, *ἀγυιαί, Πλαταιαί, Αὐγειαί.*

Sed *μητίετα, εὐρύοπα, ἀκάκητα* quid commune habent, ut eodem modo regula eximerentur? Commune hoc, quod sunt quattuor syllabarum (quod ex Homericis praeterea cadit in unum *ἱππηλάτα*) et quod Deorum epitheta. Ergo si causa intelligi potest cur dictum sit *μητίετα* (et veterum quorundam ratio, dictum esse pro *μητῖτα*, probabilis visa viro doctissimo, qui hodie, quod sine cuiusquam offensione dici potest, in his rebus solus videt, Lobeckio, de adiect. motione anomala diss. II p. 4) reliquorum miratio tollitur. *A,* 175 *μητίετα· οὕτως Ἀρίσταρχος τρίτην ἀπὸ τέλους ποιεῖ τὴν ὀξεῖαν. καὶ ἐπεκράτησεν ἡ ἀνάγνωσις. καὶ ἴσως πλεονασμός ἐστι τοῦ ε. Π,* 85 *ἀκάκητα Ἀρίσταρχος προπαροξύνει· οἱ δὲ ἄλλοι* (Ptolemaeum dicit, Tyrannionem, Pamphilum) *ἀναλογίᾳ πειθόμενοι προπερισπῶσιν. ἐπείσθη δὲ ἡ παράδοσις* (Aristarcho haud dubie**). — Ce-

---

τὰ γὰρ διὰ τοῦ λως ἐπιῤῥήματα παραληγόμενα τῷ ε ὡς ἐπιτοπλεῖστον φιλεῖ περισπᾶσθαι. εὐτελῶς. ἐπιμελῶς. πρόσκειται ὡς ἐπιτοπλεῖστον διὰ τὸ εὐτραπέλως (trisyllabis opus erat), *εἰκέλως* (!).

*) Incidi primum legens Schol. E, 502.

**) De *εὐρύοπα* excidit.

terum si hoc loco rationem solam sequi voluisset Aristarchus verendum est ne turpiter ruisset neu paradosin tam facilem habuisset. Etenim in his omnibus mascul. in α casuum confusionem esse putavit (ut Herodianus) *Π*, 185 *ἀκάκητα ἡ διπλῆ ὅτι τῇ προσαγορευτικῇ ἀντὶ τῆς ὀρθῆς κέχρηται ὡς κυανοχαῖτα ἀντὶ τοῦ της.* v. ad *N*, 563. *B*, 107. Sed vocativorum regulae illa quattuor item absona, v. Herod. *A*, 175. 508. 540. Io. Al. 13.

§. 5. His iactis fundamentis Aristarchique in ponendis accentibus longe patente ratione confirmata spero me paratos fecisse lectores ad ea quae difficillima ad perspiciendum sunt ac vix certo diiudicari poterunt mecum disceptanda.

Γ, 20 *οὕτως Ἀρίσταρχος προπερισπᾷ δηϊοτῆτι ὡς ἀπὸ ὀξυτόνου εὐθείας· τὸ δὲ κεφάλαιον ἐκτέταται ἐν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδία.*

Substantiva in *ότης* antiquitus non altas in sermone Graeco radices egerant, Homerus sex habet *φιλότης, νεότης, κακότης, ἰότης, δηιότης* et quod dubitant utrum *ἀνδροτής* sit an *ἀδροτής**). Crevit abstractorum necessitas in scholis philosophorum (quod desiderium postea etiam sermo vulgaris saepe adiectivis generis neutri lenibat), et in his scholis propria eorum sedes et novarum excudendarum officina fuit, ut Lobeckius docuit ad Phryn. 350**). Dein omnes technici frequentant; paullatimque sermo Graecus etiam in communem usum sat multa recepit (prov. *ἰσότης φιλότης* Aristot. Eth.

---

*) Plerique recentiorum epicorum ut substantiva in *ύνη* immoderate auxerunt, sic in *οτης* haec Homerica exhibent.

**) De *ποιότης*, quod Plato finxit, accedit Schol. Plat. ad Theaet. 182. a. (p. 363). De iis, quae cum *τραπεζότης* et *κυαθότης* comparanda sunt, schol. Aristid. 455, 32. Quam haec Plato ada-

IX, 8, 2). Et primum facta sunt plurima ex adiectivis in os, quorum maximam copiam Plato habet, et fortasse in communem Graecorum usum alia nunquam venerunt*). Hoc certum est maxime ex hoc genere quo pertinet *δηιοτης* (quamquam inde ab Aristotele etiam quae a subtantivis sunt et alia**) apud scriptores frequentantur) Aristarcho ad iudicandum ingentem vocabulorum copiam praesto fuisse. Omnia accentum, habuerunt in penultima. De uno *κουφότης* accepimus, Athenienses dixisse *κουφοτής*, Arcad. p. 28 not. Quid movit eum ut *δηιοτής* et *ἀνδροτής* — an *ἀδροτής*? — (non dubitandum quin hoc etiam sic notaverit) in ultima notaret? Scilicet hic accentus antiquitus traditus erat. Mihi in his rebus versanti iterum iterumque occurrit, etiam in obsoletioribus vocabulis aliquam de accentu traditionem fuisse. Etenim etiamsi ponamus in versibus recitandis accentum voce non notatum esse quam saepe extra versum etiam Homericorum vocabulorum

---

maverit praeter *διαφορότης* pro *διαφορά* demonstrat *δικαιότης* (Protag. 331. b. Gorg. 508. a). — In iis, quae nunc de his substantivis Herodianus exhibet *περ. μον. λ.* p. 40. p. 33, non potest scripsisse quod legitur p. 33, 19 (cf. 28) *αἰνότης. τὰ εἰς της λήγοντα θηλυκὰ οὐδέ ποτε ἀπὸ τῆς νος καταλήξεως παρήχθη. σημειῶδες ἄρα τὸ αἰνότης ὄνομα.* Quomodo eum fugere poterat notissimum *δεινότης? δανότης* ipse attulit ex Sophocle (p. 40, 12). Praeterea nec ignota *μανότης, χαυνότης, ταπεινότης, πιθανότης, σεμνότης*, quae certe eo, quod nunc dicit, non excluduntur. Quod primum occurrit pro *αἰνότης* est *ἐνότης* (Longin. 11, 3. Plut. def. or. *ιγ'*) et *ἀπὸ τῆς εις καταλήξεως*. Chrysippeum *χαριεντότης* poterat facile negligere. Sed concedam facile nec hanc grammatici manum esse.

*) *Ἀνδροτης* ap. Homerum non tantum propter metrum, de quo uno adhuc dixerunt, mirationem facit. Hymn. Mart. 10 recentem aetatem, quam agnovit Hermannus, prodit etiam voc. *βιότης*.

**) Mira vox *ταὐτότης*, Aristot. metaph. p. 101, 1 Brand., dein apud alios.

proferendi occasio erat, partim coram discipulis in ludo, partim in rhapsodorum et philosophorum confabulationibus: ut facile cogitari possit multorum vocabulorum accentus quasi per manus traditos usque ad Alexandrinos pervenisse. Et cum idem sensus, qui ab initio vocibus suos accentus impertierat, qui in quibusdam a regula defecerat, etiam postea valeret in hominibus Graecis, eo magis ad verum et genuinum in hac re inclinasse censendi sunt: quamquam poterat subinde fieri (de hoc iudicandum erat grammatico) ut formis certae genti regionique propriis animo obversantibus ab eo, quod antiqua et communis lex et consuetudo Graecae linguae suaderet, deflecterent. — Cur vero antiquitus dixerint *δηϊοτής*, ego non magis quaero quam cur *ταχυτής* et *βραδυτής* praeter similium regulam invaluerint, cur Athenienses maluerint praeterea *τραχυτής* et *κουφοτής*. Ad ea quae de traditione et de sensu Graecis insito diximus, hic addere necesse, quod sane memorabile, de *οὐτάμενος*, *βλήμενος* et plurimis quae adhuc recensuimus, Herodiano Aristarchi argumenta videri ignota fuisse. Nonne inde licet concludere haec pleraque Aristarcho et aequalibus ne dubitabilia quidem fuisse, quae et posteriores regulae scrutatores et nos hodie mirantes vix assequimur? Attendant haec ingeniosores. Memorabilis res est et olim fortasse huic rei plus lucis allatura, quam nunc per nos licuit.

§. 6. Quod modo dixi quaedam certis regionibus propria ad obscurandum verum accentum facere potuisse, eo me duci patiar ad fragmentum ab Herodiano servatum *M*, 20, quo alia quaedam lex, quam Aristarchus tenuit, cognoscitur prudensque institutum. Sc. topicarum dialectorum proprietates exclusit.

Κάρησος. Τυραννίων ὀξύνει τὸ Κάρησος ὡς Παρνασ-

σός. οὕτως γὰρ ἀπὸ Κυζικηνῶν ὀνομάζεσθαι τὸν ποταμόν· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος βαρύνει ὡς Κάνωβος.. εἴπομεν δὲ ἐν ἑτέροις ὅτι οὐ πάντως ἐπικρατεῖ ἡ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν χρῆσις καὶ ἐπὶ τὴν Ὁμηρικὴν ἀνάγνωσιν, ὁπότε περὶ τοῦ Γλισᾶντα (B, 504) διελάβομεν, εἴγε Διονύσιος ἱστορεῖ τοὺς ἐγχωρίους συστέλλειν τὸ ι καὶ μὴ περισπᾶν. τό τε Λύκαστος ἱστορεῖ ὀξύνεσθαι ἡμῶν ἀναγινωσκόντων βαρυτόνως (B, 647). οὕτως οὖν εἰκὸς καὶ ἐπὶ τοῦ Κάρησος μὴ πεισθῆναι τὸν Ἀρίσταρχον ὁμοίως τοῖς ἐγχωρίοις προενέγκασθαι τὴν λέξιν. τάχα δὲ ἐπεὶ ἑώρα τὰ εἰς σος λήγοντα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ὀξυνόμενα τῷ ᾖ παραληγόμενα ἕτερον ἔχοντα σ, τοῦτο δὲ ἓν ἀναδεξάμενον, διὰ τοῦτο καὶ ἐξήλλαξεν αὐτὸ τῆς ἐκείνων τάσεως, εἴ γε τὸ Ἁλικαρνησσός δισσὸν ἔχει τὸ σ, Λυκαβησσός, Ταρτησσός. τὸ μέντοι Κάρησος ἓν ἔχει σ. ἴσως οὖν διὰ τοῦτο ἐξηλλάγη. Cf. sch. V. h. l. Arcad. p. 77. Eust. h. l. p. 890, qui Herodianea exhibet omnia.

Ad ea, quae egregie ab Herodiano disputata sunt, hoc tantum addamus, Aristarchum in ponendo accentu *Κάρησος* potuisse communem usum consulere. Neque enim hoc nomen ex usu evanuisse apparet ex Strab. l. XIII p. 415. — Ex eodem genere, quod Herodianus disceptavit, hoc est Schol. Apollon. Rh. II, 712 *Πλεῖστος δὲ ποταμὸς Δελφῶν, ὃν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων Πλειστόν φασι λέγεσθαι ὀξυτόνως ὡς καλόν. Διὸ καὶ Πλειστοῖο περισπωμένως ἐπὶ τῆς γενικῆς ἀναγινώσκουσι.* Illic quoque melior ratio in textu obtinuit, ne ex uno quidem cod. *Πλειστοῖο* notatum. — Steph. Byz. Ἴτων πόλις Θεσσαλίας, Ἰτωνά τε μητέρα μήλων (Il. B, 696). οἱ ἐγχώριοι ὀξυτόνως αὐτήν φασι. Id. Ἀγκών πόλις Πικεντίνων. ἴσως δὲ βαρύνεται κατὰ τοὺς ἐγχωρίους ὡς Ἄντρων (Ἀγχίαλον τ' Ἀντρῶνα Il. B, 697). Herod. K, 266 εἰσὶν οἳ ψιλοῦσιν (Ἐλεῶνος). ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης φησὶ δασύνεσθαι. ἔστι δέ τινα ἃ ἱστορίᾳ τοπικῇ κατέχεται. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τούτου. ἱστοροῦσι γὰρ οὕτως

δασέως τὴν πόλιν λέγεσθαι. πῶς οὖν ἐν τῷ καταλόγῳ ψιλῶς ἀνέγνωμεν „οἵ τ' Ἐλεῶν' εἶχον" (B, 500); φασὶ γὰρ κἀνταῦθα τὴν Βοιωτιακὴν εἶναι πόλιν*). Finis notae Herodianeae excidit, ubi monuerat etiamsi urbis incolae et accolae Ἐλεών dixerint, tamen hoc ad Homerum nihil pertinere.

§. 7. Rectissimum, quod hac in re probavit iudicium, in primis mihi spectatum est eo loco, quem hic subiungam, quo simul mihi viam muniam ad Herodianeam quandam vocem de Aristarchi accentibus recte diiudicandam. Σ, 39 in catalogo Nereidum:

ἔνθ' ἄρ' ἔην Γλαύκη τε Θάλειά τε Κυμοδόκη τε
Νησαίη Σπειώ τε Θόη θ' Ἁλίη τε βοῶπις**), cet.

ἐνθάδε ἐβάρυνεν ὁ Ἀρίσταρχος τὸ Γλαύκη εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ἐπιθετικοῦ τοῦ γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα (Π, 34), ἐπὶ δὲ τοῦ Νημερτής καὶ Ἀψευδής (v. 46) οὐκ ἐποιήσατο μεταβολὴν τόνου.

Non cuiuslibet erat sentire, quid inter Glaucen Thoenque interesset et inter has duas, quas a Deorum marinorum artificio vaticinandi Ἀψευδῆ et Νημερτῆ poetae dicere placuit. At interest utrum sic fingas nomina ut propriam adiectivi significationem audientis animo insinuari velis an ita ut in mera propria abeant. Sic Empedocles humanarum affectionum coetum more suo per allegoriam inducens, v. 11

ἔνθ' ἦσαν Χθονίη τε καὶ Ἠλιόπη ταναῶπις,
Δῆρίς θ' αἱματόεσσα καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις,

---

*) ? Strab. IX, 439.

**) Haec Aristarchi huius versus lectio, non quae Mützellio visa est in sententiis controversis (Hal. 1830), ut opportuno tempore ostendam.

Καλλιστώ τ' Αἰσχρή τε Θόωσά τε Δηναιή τε,
Νημερτής τ' ἐρόεσσα μελάγκαρπός τ' Ἀσάφεια.

Noluit poeta philosophus vulgaria quaedam nomina, ut frequens senatus esset, inducere, sed ea quae vi sua et natura animos legentium ad res significatas ducerent. Quare hoc loco nolim auctor esse ut *Δηναίη* scribatur vel *Αἴσχρη*, quod nutricis aptum nomen est, epigr. Call. XLIII (T. I p. 222 Iac.) vel unguentariae, epigr. Ascl. XXVII (T. I p. 150). Similiter statuendum de illis Homericis. Auctor, cum haec nomina finxit, non sapientiae severitate, sed, quod in hac quaestione idem est, poesis delectatione ductus est, sicuti qui Phaeacum nomina finxit ϑ, 111*). Ergo hoc dico, qui excogitabat haec nomina, noluisse eos qui audirent significationem celari, sed placuisse sibi sicubi commodum esset in aperiendo. Quare nec alio modo ad muliebrium similitudinem transformare voluit nec *Νημέρτη* dicere (ut *Εὐτέρπη*), sed tenuit Ἀψευδής et *Νημερτής* adiectiva**). Nec ab nostris poetis talia aliena sunt. Sic in carmine de callida vulpecula ursus, in quo in proprium evaluit a colore sumpta denominatio, subinde appellatur *ἐπιϑετικῶς* (der Braune). — *Νημερτής*, quam commode nobis occurrere vidimus in Empedocleis, transiit quoque ad Hesiodum, Theog. 261

Νημερτὴς δ', ἣ πατρὸς ἔχει νόον ἀϑανάτοιο.

Vides et hunc poetam advertisse nominis significatio-

---

*) *Ναύπλιος Κλυτονήου Ναυβολίδαο* Apollon. Rh. I, 124. — Cf. observationem Aristarchi *ὅτι ὀνοματοϑετικὸς ὁ ποιητής. E*, 56. *Z*, 18. *M*, 42.

**) Attendendum erit ad feminarum nomina in ος, quae pauca erunt. Ἄλος, v. Steph. B. s. v. Ἄτροπος. *Πάνδροσος.* Ἄγλαυρος. — *Πέρκαλος ἡ Χίλωνος ϑυγάτηρ* Herodot. VI, 65. — *Νημέρτης* et *Ἀψεύδης* profecto Graecis auribus non sonabant nisi virilia nomina.

nem, ut explicaret. Herod. Arcad. p. 28 *τὰ εἰς της πολυσύλλαβα θηλυκὰ βαρύνονται. τὸ δὲ νημερτής ἐπίθετον.* De loco Homerico cogitat.

§. 8. Hoc igitur exemplum declarat in vocabulis accentu distinguendis ratione uti Aristarchum et haudquaquam temere agere. Haec praeparatio esto ut sine erroris periculo legamus haec Herodiani, ad *B*, 153. *οὐρούς τ' ἐξεκάθαιρον. ἀνεγνώσθη δὲ κατ' ὀξεῖαν τάσιν. ὁ γὰρ Ἀρίσταρχος παρήγγελλεν. ἴσως δὲ σημειώδης ὁ τόνος. τὰ γὰρ εἰς ρος λήγοντα δισύλλαβα ἁπλᾶ ἔχοντα τὴν οὐ δίφθογγον ἐβαρύνετο, κοῦρος, θοῦρος, οὖρος. καὶ γὰρ ταῦτα περισσὸν ἔχει τὸ υ*). ἴσως οὖν εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ἐπὶ τοῦ ἀνέμου. καὶ γὰρ καὶ ἐπ' ἄλλων τὸ τοιοῦτο ποιεῖ ὁ ἀνήρ.* Adde ad *Π*, 415.

Ἀμφοτερόν. εἰς διαστολὴν τὸ κύριον ὀξυτόνως ἀνέγνω ὁ Ἀρίσταρχος ὡς δεξιτερόν. καὶ ἐπείσθησαν οἱ γραμματικοί. περὶ δὲ τῆς τοιαύτης ἀνωμαλίας τοῦ ἀνδρὸς ἐν ἑτέροις ἡμῖν εἴρηται.

Id significat, quod habebat *B*, 153, Aristarchum solere eiusdem formae significationes varias accentu distinguere. Si quidem innuere voluit eo prae ceteris Aristarchum inclinasse, falsa insimulatio est. Distinxit quidem *οὖρος οὐρός, δῆμος δημός*, non scripsit *Ἀψεύδης* et *Νημέρτης*, ut propria fierent, non distinxit *λίς* et *λῖς*, non quae alii distinxerunt, *ἀπό* et *ἄπο* (quaest. ep. spec. I §. 10 p. 23), *αἰπύ* et *Αἶπυ* (*B*, 592), *Ἰρη* et *ἰρή* (*I*, 150), *Κριός* et *Κρῖος* (v. E. M. 539**) ut vel mo-

---

*) Arcad. 69, 27 *τὰ εἰς ρος δισύλλαβα ἁπλᾶ παραληγόμενα τῇ ου διφθόγγῳ βαρύνεται, εἰ μή τις εἴη διαστολή, οὖρος ὁ ἄνεμος, οὐρός τόπος ὁ περιορίζων τὰς γαῦς.*

**) Nec in Orthographicls *Βῆσσα* et *βῆσσα*, ad *B*, 517. Cf. Steph. Byz. s. v.

destus in his differentiis fuerit, quos recentissimi quique grammatici immoderate auxerunt: sin distinxit vel usu vel ratione commotum fuisse credere par est. Quid? si ratio eum fefellit? Exploremus hunc locum de Ἀμφοτερός paulo accuratius ad quem spes est nobis aditum fore.

Schol. Σ, 319 hoc legimus: σκύμνος ὡς ὕμνος εἰς ἰδιότητα ἀνεγνώσθη· τὸ μέντοι ἀνδρωνυμικὸν ὀξύνεσθαι ἀξιοῖ ὁ Ἀσκαλωνίτης πρὸς διαφοράν. At nec scribitur nomen proprium Σκυμνός*) nec intelligi potest cur potius hoc vocabulum accentu ab appellativo distingui debeat quam Κύκνος, Λύκος, Ψύλλος, (Herod. Arcad. 53, 16), Λέων, Κάπρος (plures sunt, quos commemorat Pausanias), Σκύλαξ, Κόραξ, Ταῦρος, Γρύλλος, Δράκων, Μόσχος, Πῶλος, Τέττιξ, Μύρμηξ, Ἱέραξ (comprehendam una polysyllaba), Τίτυρος, Ἔριφος, Βάτραχος, Λάμαλις, Κόττυφος, Ἄνθρωπος (Eust. 847, 40. Suid.), item Βότρυς, Λάφνη, Ὑάκινθος, Στέφανος, et Βούτης, Ἕρση, Θώραξ (Pind. Pyth. X, 64), Δῆμος, Ἥρως (Euseb. hist. eccl. III, 36. IV, 20), Κόννος (Plat. Menex. §. 3. cf. Koen. Gregor. p. 291), Κοίρανος (Il. E, 677. P, 610), Τύραννος (Apollod. II, 4, 5. Euseb. h. eccl. VII, 32), Νεφέλη. Haec et multa similia nemo aliter scribit, quamvis et hodie ad propria per accentum distinguenda promtissimi sint. Causam, quod meminerim, nemo dixit. Scilicet inclinat sermo Graecus in hoc ad retrahendum accentum, non inclinat ad promovendum. Et substantivum quidem, in viri feminaeve nomen transformatum, in quo finem versus accentus promotus sit, mihi nullum unum praesto est; ut Ptolemaeum, cum Σκυμνός requi-

*) Σκύμνος ὁ Ταραντῖνος Athen. 20. a. 538. Geographus notus.

reret, errasse certissimum sit *). Sed in Ptolemaeo hoc conamen minus miramur, imo hunc ad declinandum usum promtum fuisse iam supra indicavi. Et nescivit regulam. Sed in adiectivis eadem valet lex ita ut in paucis quibusdam migretur. Vide mihi haec: *Δαίδαλος*, *Δόκιμος* (Diod. Sic. XVIII, 45 et saep. Pausan. I, 8, 1) *Ἔμπεδος* (Pausan. VII, 16, 3. Harpocr.) *Μέρμερος* Il. Ξ, 513. Pind. Nem. VII, 53. Pausan. II, 3. 6. 7. *Ἄγριος* Il. Ξ, 117. Anton. Lib. 21. *Ὄρειος* Anton. Lib. ib. *Ἄρειος* Niceph. Greg. 1130, 14. 1142, 17. *Ἰκέσιος* Andoc. Myster. 12. *Αἴσιος* Demosth. Aphob. 849 (T. II. p. 133. 134 Be.) 861 (144). *Δίκαιος* Conon Phot. 133. a. 38. quod falso scriptum *Δικαῖος* ap. Herod. VIII, 65. *Πρῶτος* Athen. 576. c. *Πρώτη* Crinagor. epigr. XLI. *Ἄρθμιος* Dem. 121. 122 (T. I p. 110. 111 Be.) 428 (I, 388). *Ἰφθίμη* (Od. δ, 797). *Μόρσιμος* (Aristoph. Ran. 151. Equ. 402. Pac. 800). *Ἄλκιμος* Plut. vit. Dem. 21. *Αἴσιμος* (Lys. contr. Agorat. §. 80 p. 279. Be. Aristoph. Eccles. 208). *Ἄνθιμος*, *Ὀνήσιμος*, *Ζώσιμος*, *Τρόφιμος*, *Μακάρτατος* ex Demosthene notissimus, *Ἄριστος* Arrian. VII, 15, 7. Strab. XIV, 682. *Ἀκρότατος* Parthen. amor. 23. *Κάλλιστος* Euseb. h. eccl. VI, 21. Et composita innumerabilia, *Ἄφοβος*, *Εὔνικος*, *Εὔνομος*, *Ἄποικος* (Strab. XIV, 633), *Εὐφίλητος*, *Ἀναίτιος* (Xen. Hell. II, 3, 2) *Ἄδικος* Vit. Pyth. 528. Et ut *Εὐώνυμος* Graecum nomen esse potest, sic *Εὐωνύμος* nihil est, ut scribere video Krebsium lect. Diod. p. 133 — **). Huc pertinent

---

*) Similis error latere videtur in iis quae E. M. 604 leguntur de *νῆις*, et praeterea alius.

**) Et M. p. 130, 40. „Vocativi compositorum in *ων* retrahunt accentum. *σεσημείωται τὸ ὦ Λακεδαῖμον καὶ Παλαῖμον* (v. Herodian. I, 182) *προπεριισπώμενα. θέλουσι δὲ καὶ τὸ Εὐδαίμων τὸ κύριον μὴ*

etiam *῾Αλιος, Κρόνιος, Ξένιος.* Sed haec, de quibus veterum praecepta habemus, paulo longiorem disputationem flagitant. E. M. p. 521, 10 *Κλονίος* (*B*, 495. *O*, 340) *ὄνομα κύριον. διὰ τί παροξύνεται; τὰ εἰς ος λήγοντα τριβραχέα ἐπὶ κυρίων παροξύνεται οἷον Σχεδίος* (*B*, 517. *O*, 515. *P*, 306) *Χρομίος* (*Δ*, 295. *E*, 160. 677. *Θ*. 275. *P*, 218. 494. 534. *λ*, 286). *Κλυτίος* (*Γ*, 147. *Y*, 238). *῾Οδίος* (*B*, 856. *E*, 39. *I*, 170). *Δολίος* (*δ*, 735. *ω*, 222. 387. 397. 409. 497). *Τυχίος* (*H*, 220). *ἀντιπίπτουσι δὲ κατὰ παράδοσιν τὸ ἥλιος* (cod. Par. recte *῾Αλιος*, *E*, 678. *ϑ*, 119. 369). *῎Ανιος, Ξένιος, Κρόνιος.* Schol. BL ad *B*, 495 *Κλονίος παροξύνεται, ἐπεὶ τὰ εἰς ος λήγοντα τῷ ι παραληγόμενα τριβραχέα ἐπὶ κυρίων παροξύνεται, Σχεδιός, Χρομίος, Δολίος. ἀντιπίπτει τὸ ῾Αλιος κατὰ παράδοσιν καὶ τὸ ῎Ανιος καὶ Κρόνιος καὶ Ξένιος.* Schol. ABV ad *E*, 683 *Χρομίον παροξυτόνως, ῾Αλιον προπαροξυτόνως· εἴπομεν* (*ὁ Δίων φησί* V) *τὰ τοιαῦτα τριβράχεα ἐπὶ κυρίων παροξύνεσθαι. καὶ ἐσημειούμεθα τὸ ῾Αλιος, Ξένιος, Κρόνιος. ἐπεκράτησε δὲ καὶ κατὰ τὴν ῾Ομηρικὴν ἀνάγνωσιν τὸ ῾Αλιος προπαροξυνόμενον.* v. Eust. p. 593, 30.

Apparet propter externam formam hic dissimilia misceri. Equidem de his sic iudico. *῎Ανιος*, quod ex raro genere formationis est, cum similibus aeque iudicandum, quae sunt *῎Αμφιος* et *῾Υπιος* (v. Et. M. 110, 41. 92, 42. Eust. 75, 10. 1081, 50). *Ξένιος, Κρόνιος, ῾Αλιος*, quae vere adiectiva sunt, ubi in propria abierunt, accentum suum tenuerunt: quod ex regula nostra

---

προπαροξύνεσθαι ἐν τῇ κλητικῇ ἀλλὰ περισπᾶσθαι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἐπιθέτου· ἐκεῖνο γὰρ προπαροξύνεται, εὔδαιμον ὡς κακόδαιμον. Quod idem habet Choerob. Bekk. 1245. Puto de nomine urbis hic cogitari, fortasse eius quae respicitur Arist. Av. 144. Huius vocativum ad *Λακεδαῖμον* applicandum esse facile credo. Cæterum *Εὐδαίμων* etiam viri nomen esse scio. (e. g. Eust. 1457. 10).

factum est. Sed fuit quaedam propriorum formatio in *ιος* quorum trisyllaba, si prima longa esset, accentum in prima habuerunt*), si brevis, in media. Ex illo genere apud Homerum sunt *Θέστιος, Αἴνιος, Μούλιος, Κτήσιος, Μάντιος, Θάλπιος, Φήμιος, Ὕρτιος.* Ex hoc: *Χρομίος, Κλυτίος, Τυχίος, Ἐχίος, Δρακίος, Στρατίος, Στιχίος, Κλονίος, Θρασίος, Σχεδίος, Ὀδίος, Δολίος, Φρονίος* cuius genitivus tantum occurrit ut *Στροφίοιο,* quorum apud Homerum pro adiectivo nullum est, praeter *δόλιος***). Nec adiectiva *Πλυτίος, Σκυφίος, Πλυτίος,*

---

*) Herod. Arcad. 41, 28. Excipit *Ἔρχιος.*

**) Nec *σχέδιος*: tantum adverbium *σχεδίην E,* 830. De accentu eorum quae vel Homerica sunt vel praeterea diserte commemorata ab auctore regulae, qui paradosi nititur, non poterit dubitari. Est autem Herodianus. Steph. Byz. s. *ἀκέλη. ὁ γὰρ τεχνικός. τὰ διὰ τοῦ ιος πάντα προπαροξύνεται κἂν τὸ τ ὑπάρχοι πρὸ τοῦ ι πλὴν τῶν τριβραχέων κυρίων.* Eust. 1588, 33 *παροξύνει δὲ αὐτὸ κατὰ Ἡρωδιανὸν ἡ συνήθης ἀνάγνωσις* (sc. *Ἅλιος*). Cf. Arcad. 40, 14. 18. 41, 16. 27. Saepius monitum de hoc accentu ab Eustathio. 395, 20. 1062, 31. 1068, 4. 1093. 1474, 30. 1516, 12. Haec omnia ex eodem fonte fluxerunt. Nunc vide nisi per grammaticos constaret, per libros nostros quam rei memoria paene tota intercidisset. Sic *Κλύτιος* ter legimus in Schol. Pind. Ol. II, 82. Item Apollod. I, 6, 2. III, 12, 3. Hesiod. ap. schol. Trach. 266. Apollon. Rhod. I, 1044. II, 1043. Sed Schol. II, 117 *Κλυτίος.* — *Χρόμιος* (Argivus, eorum qui pro Thyrea pugnarunt) Herod. I, 82. Alius, Geloni et Hieroni familiarissimus, Pindaro celebratus, Schol. Pind. Nem. I, in. v. 8. 49. 42. Nem. IX, 1. 3. 73. 93. 95. 121. Pyth. II, 34. Item *Χρόμιος* Hesych. Tzetz. Hom. 68. 97. Quint. Sm. ϛ', 616. Apollod. II, 2, 4. III, 2, 5. Et. M. 35, 25. — *Στράτιος* Polyb. XXX, 2. XXVIII, 6. XL, 4. Isaeus de Hagn. hered. § 8, 9, 10 et in argumento orationis saepius (semel codd. aliquot. *στρατίαν,* in quo fortasse vestigium veri latet). Demosth. in Macart. §. 19. §. 21. §. 48. Sed hoc loco cod. r. *Στρατίος.* Porro *Στράτιος* in epigr. ap. Strab. II, p. 74. Athen. 244. d. e. — *Στίχιος* Phot. 152. b. 36. — *Σχέδιος* Apollod. III, 10, 8. Apud Quint. I, 87 *Χέδιος,* l. *Σχ.* — *Κλόνιος* Apollod. III, 12, 8. Apud Diodorum IV, 67 correctum est a Wes-

de quibus testatur Herod. Arc. 40, 21. 41, 20. Aut igitur factum est ut *Δολίος*, quamquam est adiectivum, multis trisyllabis similis formae usui accommodare

---

selingio, ut *Τύχιος* a Tzschuckio ap. Strab. IX. p. 408. — *Θράσιος* Diod. XVI, 78. — Melius servatum *Ὀδίος* vel. *Ὁδίος* Iambl. vit. Pyth. 526. Tzetz. Hom. 57. Steph. Byz. s. *ὁδός*. Strab. XII. p. 551. *Δρακίος* Et. M. 286, 16. — *Στρόφιος* Pind. Pyth. XI, 55, Eur. Or. 746 Bothe. Iph. Taur. 844. 850. Schol. Pind. l. c. Schol. Od. *γ*, 307. Argum. Eur. Or. Quamquam de hoc suspicio esse possit sic ab ipso Herodiano et vulgo scriptum esse propter Eustathium p. 1030 *ὅτι πίπτει ἐνταῦθα Σχεδίος ἀρχὸς Φωκήων, ὅν τινες μὲν* (?) *προπαροξύνουσιν ὡς τὸ Στρόφιος, οἱ πλείους δὲ παροξύνουσιν ὡς τὸ Δολίος, Κλονίος, ὃ καὶ ἐνδέχεται μάλιστα πρὸς διαχολὴν τοῦ σχέδιος, ὃ δηλοῖ τὸν ἐγγύς*. Putandum igitur ex multis testimoniis, quae posuimus, inter exceptiones *Στρόφιος* casu excidisse? Certo crederem si Eustathii negligentem brevitatem in exscribendis aliis minus saepe expertus essem. — Satis igitur librorum corruptelas cognovimus in iis quae certa sunt. Quid igitur mirabimur, si reliqua eodem modo scripta inveniuntur? Notavi haec: *Φλόγιος* Apollon. Rh. I, 1054. II. 956. Quint. Sm. *II*, 242. Anonym. peripl. Ponti 12. (An *Φλογίος* pro *Φλεγίος* scrib. Herod. Arc. 40, 8?) *Θάλιος* Quint. Sm. *B*, 228. *Νύχιος* id. *B*, 364. *Μέλιος IA*, 85 (an *Μενίος*? v. Herodot. VI, 71) *Φύτιος* Athen. 35 b. Iamblich. vit Pyth. 528. *Ῥάκιος* Sch. Apoll. I, 308. Pausan. VII, 3, 1. *Λάκιος* Athen. p. 297. f. 590. c. *Σθένιος* (Neptuni equus) sch. *N*, 23. Hoc nomen apud Siculos frequens fuit, ut ex Ciceronis Verrinis scimus. Alia nominis forma est *Σθένις*, e. g. Strab. 546. [Et qui apud Plut. Pomp. 10 *Σθένις* est Thermitanus aut idem est qui apud Ciceronem audit Sthenius aut eiusdem familiae. Sic *Χρομίος* et *Χρόμις* (Hom.), *Ἐχίος Ἔχις*, *Στρατίος Στράτις* vel — *ττις*, *Θρασίος Θράσις* (Pausan. VI, 3, 2). *Λάγιος* Polyb. XL, 5. *Σόφιος* Pausan. VI, 3, 1 *Στόμιος* ib. *Γλύφιος* Eust. 1665, 50. *Φόβιος* Parthen. *ιδ'* Buttmannus ad schol. *γ*, 267 et Heinrichus add. ad. *α*, 325 scribere debebant *Χαρίος*. (de nomine v. Andoc. myster. 106). *Χθόνιος* Sch. Pind. Isthm. I, 41. *Φρασίος* disserte affert Arcad. 40, 22. *Σκυφίος* id 41, 20. Haec vel omnia vel pleraque (quid enim regulae conditorem non unum vel alterum fugere potuerit? sed quo quid notius eo minus) quin paroxytona sint equidem propter Herodiani regulam non dubito, postquam cognovimus in librorum nostrorum scriptura nihil impedimenti esse. Sed in eundem ordinem cogenda non opinor, quae

placeret, aut cum fictum est proprium *Δολίος* de adiectivo ne cogitatum quidem; sed ut ab *δόλος* factum *Δόλων*, sic alia forma item in propriis fingendis crebra *Δολίος*. Sic *Δράκων Δρακίος*, *Θράσων - ίος*, *Στράτων - ίος*. Et simile iudicium erit, si qua forte similia hunc accentum habuerunt, quamquam eiusdem formae inveniebantur adiectiva proparoxytona. De *Σκοτίος* testis est Herod. Arc. 40, 21. Huic analogiae haud dubie applicata sunt *Βαλίος* (equus Achillis), v. schol. *Π*, 149. Eust. p. 1051, 16. 1190, 11, 12; 1406, 53; cf. 1309, 4 (de adi. cf. Wern. Tryph. v. 84). Quod certe nisi sub hunc canonem cecidisset *Βάλιος* esset. Porro *Φρυγίος* (et viri et fluvii nomen est), quod diserte docet Herod. Arcad. 40, 8. 41, 20. Quamquam ex alio canone (§. 9.) accentum mutare non debebat. Et fluvius *Ῥοδίος* (quem ego non dubito a rosa dictum esse). Schol. *M*, 20: Eust. ib. p. 890 *ὁ δὲ Ῥοδίος ποταμὸς παροξυτόνως προφέρεται ὡς ὁ Ὀδίος καὶ ὁ Δολίος καὶ ὁ Τυχίος καὶ τὰ ὅμοια τριβράχεα κύρια.*

Iam si verum est quod Koehlerus docuit in Boettigeri libro qui inscribitur Archaeologie u. Kunst I, 1, p. 49 nomen *Ἀμφοτερος* tantummodo mythicum esse et postea abolevisse, facile concederemus Aristarchum errasse. Est autem universe Koehleri opinio (p. 24)

---

vel adiectiva eponyma sunt, ut Aristaei nomen *Νόμιος* (cf. Nonn. V, 215 *Ἀρισταῖος νόμιος καὶ ἐπώνυμος ἥρως*), vel adiectiva eiusmodi quorum radix obscurata est, ut nec in verbo iam nec in substantivo appareat, ut *Λάσιος* (inter procos Hippodamiae) Pausan. V, 21. Schol. Pind. Ol. I, 114. 127. Et sic sentio *Ὅσιος* scribendum esse episcopi nomen quamquam mihi nominativus vel accusativus non praesto est. Sed e. g. genitivi *Λαμίου* Aristoph. Eccl. 77. nihil obstat quo minus nominativus fingatur *Λαμίος*, quamquam ap. Polyb. XVII, 10 et Diodor. XVI, 48. est *Λάμιος*. Thuc. VI, 4 *Λάμις*: ut *Σθενίος Σθένις*, cet. Ab eadem radice erit unde *Λάμια*. —

Graecos omnino veterum heroum nominibus postea non usos esse. Sed fugerunt virum doctissimum Menesthei, qui sunt apud Demosthenem, Iason Pheraeus, fugit Σθένελος tragicus (Harpocrat., Athen. 367. b. 428. a.) Μενέλαος Dem. Phil. I T. IV p. 44, alius Alexandri aequalis Athen. 539. d et Arr. Telamo, in quem Lysiae oratio fuit (Harp. Εὐνεῖδαι, κάθετος), Ξοῦθος Atheniensis Dem. contr. Aphob. T. V, §. 11 p. 107 Be. Κραναός Isaeus Nicostr. her. p. 72 Be. Athen. 416 C. Τηλέμαχος, unde proverbium Τηλεμάχου χύτρα, Athen. 407. d. Ἀμφίων Thespiensis Ath. 629. Ζῆθος citharista Ath. 371. a. Νέστωρ Stoicus Tarsensis Strab. XIV p. 674 et Academicus ib. 675. Πέλοψ medicus, Galeni praeceptor, Galen. de libr. propr. p. 17. K. Πατροκλῆς historicus e. g. Strab. 508. 518. Τάνταλος ὁ Πατροκλέους Thucyd. IV, 57. Ἀχιλλεύς Atheniensium legatus ad Alexandrum Arrian. III, 6, 3. Δανάη Epicuri filia Athen. 593. b. Et cum his et similibus fugit eum Ἀμφοτερός, frater Crateri, Arr. I, 25. 12. 13. III, 2, 8. III, 6, 4. 5. et fratres, in quos Philippi regis festive dictum, Ἀμφοτερός et Ἑκατερός, Apophthegm. reg. Plut. I p. 705 Wytt. (v. Sturz. de nom. Gr. p. 32 Op.). Quare statuendum in his nominibus Graecos migrasse accentum simili sensu quo in longioribus quibusdam participiis, Τισαμενός, Ἀκουμενός, sim. ducti sunt, et in ipsis adiectivis δεξιτερός de regula exemerunt*).

§. 9. Hunc quo deducti sumus locum, qui est de transpositione accentus nominum in propria abeuntium, paulo fusius persequar, quod plura eo pertinentia su-

---

*) Falso scriptum Ἀμφότερος Pausan. VIII, 24, 14. Apollod. III, 7, 6.

persunt Aristarchi fragmenta, quae suis locis inseremus. Dicam primum de hominum nominibus, ut adhuc feci, geographica, urbium maxime, differens.

Postquam unam late patentem exceptionem posuimus, quando nomina in propria transeuntia accentum non mutent, transgrediamur ad aliam, quae continetur hoc Herodiani praecepto (Steph. Byz. s. *Αἰμονία*) *Ἡρωδιανός φησιν ὅτι τοῖς συνοικισταῖς συνεχῶς ὁμοφωνεῖ τὰ ἐθνικά, δηλονότι καὶ γραφῇ καὶ τόνῳ.* S. *Ἀβαντίς. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἄβαντος τοῦ Ἀργείου — τὸ ἐθνικὸν ὁμωνυμεῖ τῷ ἥρωι ὡς Ἴων, Θεσσαλός, Ἀχαιός, Τρώς, Δαναός, Λοκρός.* S. *Αἰνία. καὶ εἰ μὲν ἀπὸ τοῦ κυρίου Αἰνιᾶνος γέγονεν, εὔλογος ἡ ὁμοφωνία αὐτοῦ ὡς τὸ Τρώς καὶ Ἀχαιός.* Talia conditorum nomina (de quibus nos aliter iudicamus, sc. conditores ex urbium nominibus factos esse non contra) sunt: *Μολοττός, Βοιωτός, Αἰτωλός, Σικελός, Σικανός* (Steph. s. *Ἀγάθη*), *Κελτός, Ἰλλυριός, Τριβαλλός* (App. Illyr. 2), *Ἀρκάς, Ἕλλοι τὸ ἔθνος ἀπὸ Ἕλλου τοῦ Θεσσαλοῦ* Eust. 1057, *Δαναός*, cet.*). Excipiuntur *Τεῦκρος* et *Γραῖκος*, cum populi sint *Τευκροί* et *Γραικοί*. Steph. s. *Αἰνία* addit iis quae supra posuimus: *μὴ ὁμοφωνοῦντος τοῦ Τευκρός καὶ γυναικός* (l. *Γραικός*). Id. s. v. *Γραικός ὁ Ἕλλην ὀξυτόνως*, sequuntur quaedam mutila, dein *τὸ δὲ Γραῖκος κύριον βαρύνεται· τὸ οὖν ἐθνικὸν ὀξύνεται.* Idem s. *Ἀβαντίς* (v. supra) post *Λοκρός* addit: *τὸ δὲ Τευκρός διήλλαξεν. ὀξύνεται γὰρ.* S. *Αἰμονία. τὸ Τευκρός ὡς τριγενὲς ὠξύνθη.* Eust. 713, 20 *Τεῦκροι γὰρ οἱ Τρῶες ἢ* (i. e. *ἢ μᾶλλον*) *Τευκροί ὀξυτόνως, ὡς πολλοῖς δοκεῖ τῶν παλαιῶν ἀπό τινος ὁμωνύμου ἀνδρός.* Steph. *Τευκροί ὀξυτόνως οἱ Τρῶες.* Schol. Il. *Θ*, 284 *ὡς οὖν ἀπὸ Τρωικῆς γυναι-*

*) Apud Steph. s. *Ἀρταῖα* pro *Περσεύς* leg. *Πέρσης*, quod est sub *Πέρσαι*. Moneo propter Schneiderum gramm. Lat. III. p. 317.

κὸς τεχθέντα τὸν παῖδα Τεῦκρον ἐκάλεσαν προαναπέμψαντες τὸν τόνον καὶ ποιήσαντες κύριον. Τευκροί γὰρ οἱ Τρῶες ἀπὸ τοῦ βασιλεύοντος αὐτῶν Τεύκρου. Eust. 1967, 34 καὶ Τεῦκρος μὲν κύριον, Τευκρὸς δὲ ἐθνικόν. Item Herod. Arcad. p. 74. (Et Γραικός p. 50). — Praeterea Δαναός quidem dictus ex regula, sed — Δανάη.

Pergimus hinc ad id quod proximum est. Scilicet non conditores tantum ab urbibus terrisque nomina habent; sed constat haud raro Graecos pueris eiusmodi nomina imposuisse: propter varias causas. Schol. Aristid. 515, 24 υἱοὺς δὲ ἔσχεν ἓξ (Cimon) ὧν τοὺς μὲν τρεῖς ἀπὸ ἐθνῶν ὧν προὐξένησεν ὠνόμασε Λακεδαιμόνιον, Ἠλεῖον, Θετταλόν*). Cf. Athen. 439. f. de Antiocho magno: ἠράσθη παρθένου Χαλκιδικῆς — — — καὶ τοὺς γάμους συντελῶν ἐν τῇ Χαλκίδι αὐτόθι διέτριψε τὸν χειμῶνα . . . ἔθετο δὲ καὶ τῇ παιδὶ ὄνομα Εὔβοιαν. Nunc primum de iis quaerimus, quae ethnica sunt, valeatne eadem lex quae in conditorum nominibus valebat. Eandem valere nec nomen proprium a gentili differre respondet Eust. p. 325, 40 ad *B*, 701 τὸν δ' ἔκτανε Δάρδανος ἀνήρ. ἠγοῦν Δάρδανον ἄνδρα, ὡς ἐρρέθη, νοήσει τις ἀορίστως κατὰ ἐθνικὸν εἶδος ἢ ὀνοματικῶς τουτέστι κατὰ κύριον ὄνομα ὁμώνυμον τῷ ἐθνικῷ ὥσπερ καὶ Ἀχαιός κατὰ τὸν αὐτὸν Πορφύριον τραγῳδίας ποιητὴς Ἐρετριεύς ὁμώνυμος τῷ ἐθνικῷ. καὶ Λίβυς ὁμοίως ὁ Λυσάνδρου ἀδελφός. καὶ Ἐπειός ὁ τέκτων τοῦ δουρείου ἵππου κατὰ ὁμωνυμίαν τοῦ ἐθνικοῦ. καὶ Σκύθης ὁ Ἀκαδημαϊκὸς σοφὸς κατὰ φωνὴν ἐθνικὴν καὶ Μαίων Αἰμονίδης ὁμωνύμως τῷ Λυδικῷ ἐθνικῷ Μαίονι. οὕτως οὖν καὶ Δάρδανος εἴη ἂν κύριον, ὃς ἀνεῖλε Πρωτεσίλαον ὥσπερ κύριον καὶ ὁ Δάρδανος, ὃν ἀνελεῖ ὁ Ἀχιλ-

---

*) Paulo aliter de Lacedaemone (sic ibi dicitur) p. 518, 20, neque tamen ita ut repugnet.

λεύς, ὃς καὶ Τρῶα ῥίπτει που Ἀλαστορίδην ὁμώνυμον τῷ ἐθνικῷ Τρωί.

Talia sunt *Βοιωτός*, in quem sunt Demosthenis orationes, *Ἀργεῖος* Eccles. 202. Xen. h. Graec. VII, 1, 33. VII, 4, 14. *Δελφός* Andoc. myst. 132. *Ἠλεῖος*, *Ἀχαιός*, *Τυρσηνός* (Sybarita) Iambl. vit. Pyth. 526. *Δωριεύς*, Harpocr. Ath. 412. f. *Ἀβυδηνός* (testimonia ap. Ebert. dissert. Sic. p. 149). *Θυμβραῖος* (Hom.), *Ὑρκανός*, Suid. s. v. et s. *Πτολεμαῖος ὁ βασ. Θετταλός**). Et, ut hoc addam, eodem modo adiectiva, *Ἀττικός*, *Καρικός* Euseb. h. eccl. VI, 12. *Ἀχαϊκός*, *Ὀλυμπικός*, alia de quibus vide Sturz. de nom. p. 26 sqq. Eodem pertinebit *Φαρικός*, Sch. Nic. 395, quod ibi haud dubie nomen proprium est; in quo error est Hemsterhusii ad Luc. Nigr. 36**). Nunquam aliter scribuntur nisi doctorum commento. Vide quae infra dicemus de propriis in *ικός*. Ex gentilibus solum excipiendum erit *Ἀθήναιος* (Herod. Sch. *N*, 791. Arcad. 43, 14), quo nomine plurimos invenimus. Sed videndum, ne de hoc vocabulo recte iudicaverit Plut. def. or. 21 *καὶ γὰρ ἡμῶν ὁ μέν τίς ἐστι Δῖος, ὁ δὲ Ἀθηναῖος* (l. — *ήναιος*), *ὁ δὲ Ἀπολλώνιος ἢ Διονύσιος ἢ Ἑρμαῖος*. Is igitur *Ἀθήναιος* ducit a Deae nomine. Hoc si ita est, accommodavit se ad *Ἑρμαιος*, *Ἡραιος* (v. Herod. Arcad. p. 43, 8. Eust. 1562). Sin quis opponat plurisyllaba ex hoc genere, *Ἱστιαῖος*, *Ἑκαταῖος* (quamquam neutrum illi ab omni parte simile est) properi-

---

*) In alia accentus traiectio iam propter regulam supra positam cadere non potest ut *Ἴων*, *Αἴγυς* (Eust. 96), *Καρύστιος* Pergamenus (Ath.), *Αἰγύπτιος* Euseb. h. eccl. II, 21. *Βοιώτιος*. *Ὀπούντιος* Arist. Av. 1295. *Συρακούσιος* ib. 1298.

**) *Ἀχαϊκός*, quod Sturzius habet ex Corinth. 16. 17, notavi praeterea ex Theodoret. ther. 919.

spomena esse, respondebo fortasse eam ipsam ob causam, ne cum gentilicio consonet, usum loquendi in voc. *Ἀθήναιος* etiam praeter reliquorum analogiam ad trisyllaborum similitudinem sese accommodasse. Sin hoc quoque reiicietur, factum tenemus, causam nescimus. *) Ceterum cum reliquis supra *Θετταλός* posui, atque ut nullum apud grammaticos vestigium est hoc nomen transposuisse accentum sic vix semel et iterum in libris inveni *Θέτταλος*, quamquam frequens est, e. g. Herculis filius (v. Hom. Il. *B*, 679), Iasonis, — Cimonis, Pisistrati, Hippocratis, non ignobilis histrio. Ergo in hoc nomine (non licet nunc aliter iudicare) idem factum quod cognovimus in *Λαναός Λανάη*. Etenim de muliebri nomine constat. Schol. Nub. 747 *τὸ δὲ Θεττάλην Ἀττικοὶ βαρύνουσιν οἱ κατὰ Μένανδρον ὡς δαμάλην*. Steph. Byz. s. *Θεσσαλία τὸ Θεττάλη δρᾶμα Μενάνδρου βαρύνεται παρὰ Ἀττικοῖς εἰς ἰδιότητα τεθέν*. Ammon. 117 *ἄδελφε γοῦν λέγουσι τὴν πρώτην ὀξυτονοῦντες ὡς ἄπελθε, φησίν ὁ Τρύφων, παρατιθέμενος Φιλήμονα τὸν Λίξωνέα, καὶ Θεττάλην ὡς Μυρτάλην*. Recte, opinor, synecdromen indicat: quamquam haec in masculino quoque pelliciebat, si sermoni sequi libuisset (e. g. *Πίτταλος* Acharn. 1045. 1236. Vesp. 1472). Ceterum si quando meliores Mss. tractabuntur vel melius, diiudicabitur, idemne acciderit in *Λυδός*, quod nusquam aliter scribitur, et *Λυδή*, quod haud semel *Λύδη* scriptum inveni**): quamquam meliores illuc inclinant.

Nondum licet ab his propriis, quibus cum urbibus et gentibus cognatio est, discedere. Etenim conside-

---

*) An *Ὑμέναιος* hoc loco commemorari possit vel debeat nescio.

**) Dindorf. Ath. 597. a. *Λυδή*. Item Bekkerus Schol. Il. *Z*, 200. Cod. Photii lex. s. *ὀργεῶνες*. Schol. Apoll. Rh. Sed Photii bibl. (Bekk.) *Λύδη*, et Anthol., Schol. Dion. Perieg., al.

ravimus quorum forma cum gentiliciis et cum adiectivis affinibus conspirabant; sed ipsarum quoque urbium nomina in propria abeunt. Hic maxime iterum in censum veniunt conditorum nomina. Ubi character non obstabat, conditoris nomen saepissime ad nomen loci factum (v. Steph. Byz.). *Ὄλυνθος, Κάνωβος, Ἐτεωνός, Θάσος, Κολωνός* (Oed. Col. 48), *Κίος, Ἄβυδος, Ἄργος, Τροιζήν* (Strab. VIII, 374. Schol. Il. *B*, 847. Steph. s. v. et s. *Αἰμονία*; falso scriptum *Τροίζην* ap. eundem s. *Ἰβηρίαι*). Steph. s. *Αἰμονία τὸ δὲ Κρότων ὡς Κρανών καὶ Κολοφῶν πόλεων ἐστιν ὀνόματα* (l. *ἐστιν ὁμώνυμα*). Deinde: *εὑρίσκεται καὶ πόλεων ὁμοφωνοῦντα τὰ τῶν κτιστῶν ὀνόματα, Κάμινος* (? *Κάμειρος*) *καὶ ὁ κτιστὴς καὶ ἡ νῆσος* (haec verba aut infra ponenda post *Λέσβος* aut hic insulae nomen excidit). *ὁμοίως Τροιζήν, Κολοφῶν, Κόρινθος, Κῶς, Σικυών, Κύρνος, Λέσβος.* Sed cum tamen locorum nominibus sua regula, suus character esset, item propriis, nonnunquam necesse erat accentum migrare, ne lex, cui Graecae aures assueverant, deleretur. Steph. *Αἰσών πόλις Θεσσαλίας ἀπὸ Αἴσωνος τοῦ Ἰάσονος πατρός, οὗ τὸ ὄνομα διὰ τοῦ ο κλίνεται . . . . ὀξύτονον τὸ Αἰσών. τὰ γὰρ εἰς ων δισύλλαβα ἐπὶ πόλεων ὀξύνεται, εἰ μὴ διαστολὴν ἔχει σημαινομένου, ὡς τὸ Κρότων βαρύνεται, ὀξυνόμενον γὰρ δηλοῖ ζωΰφιον, ἢ χαρακτῆρι ὑπάγοιτο, ὡς τὸ Ἴτων συναπενεχθὲν τῷ Τρίτων, Γείτων* (sic), *Βίτων· οἷον Ηιών, Κραννών, Γυρτών, Νεών* . . . . . Nec dubito quin recte accentus positi sint ap. Eust. p. 333, 20 *Γυρτών, πόλις Θεσσαλίας* . . . . . *ἀπὸ τοῦ κτίσαντος αὐτὴν Γύρτωνος* (cf. Steph. s. v.) *Φαιστός*, sed heros *Φαῖστος*. Herod. Arcad. p. 79, 18 *τὸ Φαῖστος ἐπὶ τοῦ ἥρωος βαρύνεται.* Steph. *Φαιστός πόλις Κρήτης ὀξυτόνως· τὸ δὲ βαρύτονον κύριον.* Cf. Eust. 313, 16. *Φαῖστος* est etiam scriptor, qui scripsit Laconica, sch. Pind. Pyth. IV, 23. Clarum est, quod in conditoribus valet, alia quoque in propria

locorum nominibus consona cadere. Eadem quae de urbibus dicta sunt haud dubie etiam de montibus fluviisque valent. Sic nomen virile *Ἀλφειός* Eust. p. 297. Herodot. *η'*, 227. Phot. 13. b. 32. nec causa erit cur scribatur *Κάφισος*, quod notavi ex Plut. qu. conv. VIII, 4, *ε'*. *Κηφισός* est apud Herod. VII, 178. — Heros *Παρνασσός* Pausan. X, 6, 1.

§. 10. Adhuc maximam partem versati sumus in exceptionibus, quo iam ardor mutandi accentus aliquo modo restinguetur. Nunc ad ea transimus, quae videntur regulam facere. Sed hic quoque inveniemus nullam esse partem quin exceptiones habeat.

I. Nihil notius quam adiectiva composita in *ης*, ubi in propria transeunt, accentum retrahere. Hoc genus fingendorum propriorum tam usitatum fuit ut sint etiam huius formae propria, quorum adiectiva in usu non fuerunt, ut *Ἀντισθένης*, *Δημοσθένης*, *Ἀριστοφάνης* (*Μεγαλοσσάκης* Apollon. Rh. I, 1045). Regula tradita ab Herod. Arcad. p. 27, 17. schol. Pind. Ol. I, 38. Eust. p. 135. 1411, 40. 538, 30. 1424, 50. 1623. 58 (cf. 1967. Lob. Agl. 266 not.). Peccatur in his nonnunquam in libris, ut *Δεξιφανοῦς* Steph. s. v. *Φάρος*. Luc. conscr. h. 62 in ed. Herm. Recte Strab. VII, 792. *Τηλαυγής* Diog. La — prooem. 15. Phot. 438. b. 30. Procl. ad Cratyl. *κα'*, qui multis aliis locis recte scribitur *Τηλαύγης*. *Εὐμαθής* Dion. iud. de Isaeo 5, 7. Suid. *ἐμποδών*, de quo nomine diserte testatur Eust. p. 1623. *Διϊτρεφής* Pausan. I, 23, 2. 3. 4. 5. Suid. s. *πυτινᾶια*. Schol. Avv. 766. Restitutum nunc verum ap. Thucydidem (v. Poppo III, 75. VII, 29), et apud Aristophanem Avv. 798. 1415 (802. 1429 Dind.) ex Suida s. v. Eust. p. 76 diserte *Διιτρέφης κύριον*. Mirum esset si aliter haberet *Διοτρεφής* (v. ad Thuc. VIII, 64), quamquam in hoc nescio quo auctore po-

stulat Etymologus p. 435, 42. *Διοτρεφής* Strab. XIV, 659. *Διοτρέφης* XIII, 630. — Et similiter hic illic in aliis peccatur*). Quae vere regula exemerit usus, Eustathius docet p. 952, 16 *ὅτι Εὐμενής τὸ παρὰ τοῖς ὕστερον κύριον, περιάδεται δὲ ἐκείνοις, φυλάσσει τὸν τόνον τοῦ ἐπιθέτου κοινότερον ὡς δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς***). p. 583, 32 *τὸ Πυλαιμένης κύριον βαρύνοντες οἱ παλαιοὶ λέγουσιν ὅτι τὰ τοιαῦτα κύρια ὡς ἐπιπλεῖστον βαρύνεσθαι φιλεῖ· ἡ μέντοι συνήθεια πολλὰ διέφθειρεν ὀξυτονοῦσα ὡς τὸ Εὐτυχής καὶ τὸ Εὐμενής τὰ κύρια****). His fidem habere non dubito: addit Etymologus: *Εὐσεβής, Εὐπρεπής*. Hic auctor quantum fidei mereatur incertum: tota quam finxit regula, quae varia et diversa commiscet, non nimis commendatur. „*τὰ γὰρ εἰς ης κύρια ἀποστρέφεται τὴν ὀξεῖαν τάσιν καὶ ἢ βαρύνονταν ἢ περισπῶνται χωρὶς τῶν παρασεσημειωμένων. εἰσὶ δὲ ταῦτα. Εὑρετής, Εὐμενής, Εὐσεβής, Εὐτυχής, Εὐπρεπής, Νημερτής, Διοτρεφής, Ψευδής* (hoc et *Νημ.* supra iudicavimus, de *Διοτρεφής* non probabile visum) *καὶ ἐπὶ τοῦ συνήθους Καλοετής* (?).

§. 11. II. Nunc alia adiectiva recenseamus, quae

---

*) Poterat Ellendtius meus, etiamsi deficiat codd. auctoritas, scribere *Πολυείδους* Arr. III. 19. 11.

**) Libri nostri variant. Sic apud Diodorum. (XVIII. XIX.) nunc *Εὐμένης*, quamquam hic illic ex. codd. et vett. edd. notatur legi oxytonos (v. ad. XVIII, 3. 28). Item ap. Athenaeum (375. d. 689. a. 445. c. d). Strab. XIV, 769 ex Mosc., item XIV, 672. 665. Apud Arrianum *Εὐμενής* (v. Ellendt VII, 4, 7). Item Strab. XII, 537. Episcopus *Εὐμενής* Euseb. h. eccl. IV, 5. 11. — *Εὐτυχής* non memini me aliter legere.

***) Ex Arcadio p. 27, 21 concludi non potest hoc non docuisse Herodianum. Constat enim quam in hoc libro omnia depravata et lacunis plena sint.

quin accentum mutent dubitari nequit, quod vel grammaticorum testimonia sunt fidem merentia vel vulgo sic scribuntur in libris et quadam analogia se invicem videntur tueri. Primum quae a colore petita sunt (etenim ordines facere ex forma olim fortasse necessarium et facile erit, qui nunc est doctrinae grammaticae status fieri non potest), *Πύῤῥος* (v. Herod. Arcad. 74, 18), *Λεῦκος Δ*, 491 (v. schol. et Et. M. s. *Βάτος*), *Γλαῦκος, Γλαύκη* (v. Herod. Arc. 106, 11) *Ξάνθος* (et Et. *Βάτος*), *Ξάνθη* (v. Herod. Arc. 106, 3), *Θόη* id. 103, 19) *Ξοῦθος* (v. Herod. Arcad. 49, 1 et Et. M. p. 730 s. *στρουθός*), *Χλῶρος* (v. Herod. Arcad. 69, 10), *Ἐρυθρος* (v. Herod. Arcad. 74, 28), *Ἄργος* (v. Et. M. 136). Deinde aliud corporis vitium sive laudem indicantia: *Χῶλος* (*ὡς Πῶλος*, v. Et. M. 816, 22. Eust. 768, 30.), *Γόργος* (v. Herod. Arc. 46, 16), *Γόργη, Μύλλος* (v. Eust. 906 et Herod. Arc. 53, 15), *Ἴλλος* (v. Her. Arc. 52, 23), *Σίλλος* Pausan. *Π*, 18, 7. *Φαῖδρος, — ρα, Μίκκος, Μίκκα* (Plut. virt. mul. 15), *Σμῖκρος*, (v. Herod. Arcad. 73, 20), *Βράγχος, Σῖμος, Κύρτος* (v. Et. M. s. *Βάτος*), *Λάμπος* (v. Herod. Arcad. 74, 9), *Λάμπρος* (v. Herod. Arc. 74, 9), *Βλαῖσος* (id. 75, 17), *Ῥοῖκος, Σκίρος* (Her. Arcad. 37, 5). An *Δέξιος* nescio, sed putaverim. *Κόρωνος* (Hom., v. Herod. Arcad. 66, 9), *Τέρπνος, Στύγνη* (Apollod. II, 1, 4), *Δόλιχος* (cf. Dind. praef. Herod. *μον. λ.* VIII), *Χάροπος* (Arcad. 67, 14. nisi hoc per genitivum flexum v. schol. *B*, 672), *Ἄγκυλος* (v. Her. Arcad. 57, 7*) ,*Γλάφυρος, Βάλακρος.* — *Μένετος* (v. Herod. Arc. 81, 10): quamquam in hoc fortasse proprium antiquius est quam adiectivum et a *μένος* factum vel a *μένω* ad aliorum similitudinem: quo etiam *Ἄντος* et *Ἔρυτος* pertinent, Herod. Arcad. 82, 18. — *Ἀγόρατος* in quem

*) *Ἀγκυλίων* Vesp. 1397.

Lysiae or. 13. *Σίγηλος*, si Eustathio fides, 1967, 30 *Σίγηλος μὲν κύριον ὄνομα Ναρκίσσου, σιγηλὸς δὲ ὁ σιωπηλός* (cf. *Ὕδρηλος* Strab. XIV, 650). Sed apud ipsum p. 266, 20 scriptum *Σιγηλοῦ* et eo Strabonis loco, ex quo illic refert, IX p. 404. De *Φανος* quid doceat Herodianus ap. Arcad. p. 63, 41 incertum est, quod in ea regula partim epitomatoris partim librariorum culpa multa corrupta et confusa sunt (confusa sc. *μακροπαράληκτα* et *βραχυπαράληκτα*; pro *ὁ δίφρος* vid. leg. *ὁ λύχνος*). Attamen videtur *Φᾶνος* praescribere. Hodie *Φανός* habemus vel (quod nescio quid sit) *Φάνος*. Aristoph. Equ. 1256. Vesp. 1221. Demosth. Aph. p. 851 (cf. arg. *Φάνου*, et 861 *Φάνῳ*). Athen. 461. c.

His addamus quae ad animum pertinent vel quid omnino generalius praedicant. *Χρῆστος* (v. Eust. 1967), *Ἄρατος* (Herod. Arcad. 81, 24), *Ἀρήτη*, *Αἴνητος* (Pausan. III, 18, 5), *Αἰνήτη* (Apollon. I, 950), *Ἄνετος* (Herod. Arcad. 81, 12. v. Apolled. III, 5, 1), *Κλύτος*, *Κλεῖτος*, *Κλείτη* (Et. M. 517), *Κλῆτος* (Herod. Arcad. 78, 14), *Βλάστος* et *Ξύστος* (Euseb. h. eccl. V, 5, 20. VII, 5, 9), quae fortasse non iniuria huc referentur, *Ἄνεκτος* (Eust. 156), *Ἐπαίνετος* (v. Eust. 313, 20*), et haud dubie simplex *Αἴνετος*, *Ἔρατος*, *Ἔραστος* (Herod. Arc. 80, 23), *Ὀνόμαστος*, quod certe saepius sic scriptum invenitur, Polyb. XXIII, 13. 14. quamquam ex analogia reliquorum non praestarem: contra scriptum adhuc e. g. Herodot. VI, 127. — *Σόφος* (Herod. Arcad. 84, 15). *Φροῦρος* (id. 70, 3). *Βρότος* (v. Et. M. 215, 37. 38). *Μάλακος* (v. Eust. 1093, 50, qui sic notatum habuit ap. Ath. 267. a.), *Μαλθάκη*, *Θέωρος*, fre-

*) *Μεγαίνετος* Ran. 992. *Κλεαίνετος* Cleonis pater. *Νικαίνετος* Ath. 590. *Πυθαίνετος* Ath. 589. f. *Ξεναίνετος* et *Δημαίνετος* apud Isaeum et Aeschinem, *Εὐαίνετος* Herod. VII, 173. *Ἀριστaίνετος*.

quens ap. Aristophanem, *Κόραγος* (v. testimonia nominis ap. Ebert. Sicel. 36*).

§. 12. Sed vehementer falletur, si quis haec exceptione libera esse putet. *Κραναός*. *Ἀγλαός* (Suid. s. *Ἐρατοσθένης*) ut *Δαναός*. — *Γαληνός***) (quamquam *Γαλήνη ἡ Σμυρναία* Ath. 679. c. recte haud dubie). *Ποθεινός* antiquum et frequens nomen, cuius hanc ob causam exempla non ponam, sed feminini quod rarius est *Ποθεινή* (Ptolemaei concubina) Ath. XIII, 576. f. Polyb. XIV, 11. *Φαεινός* Schol. Eqq. 959. 1126. 1147. 1217. *κύριον ὄνομα Φωτεινή* Et. M. 276, 54. *Ῥαδινή* Strab. VIII p. 347. — *Ἀστεῖος* (archon) Demosth. Neaer. §. 35. *Ἡδεῖα* (meretrix) Plut. ne suav. qu. 16. — Adiectiva in *ικός*: *Φιλιππικός, Γενικός* (Suid.), *Βασιλικός* (Suid. Euseb. h. eccl. V, 13). *Ζωτικός* Euseb. h. eccl. V, 16. 18. v. supra p. 285.

Ἀγαπητός. *Φιλητός* Euseb. h. eccl. VI, 21. 23. *Νοητός* Phot. 94. a. 27. — *Πινυτός* episc. Euseb. h. eccl. IV, 21. 23. grammaticus Steph. B. s. *Βιθύνιον****). — De *Πινυτή* testatur Herod. schol. Ven. I, 150. *Πιστός* Phot. 532. b. 40 (cf. tamen 6. b. 38). *Φιδός* Et. 791, 12 (quem locum Jacobs. non meminerat lect. Stob. p. 66). Et quis nescit *Κρατερός*? Sed *Αἰόλος* hodie fere iam omnes nesciunt. Herod. Arcad. 56, 7 *τὸ δὲ αἰόλος εἴτε κύριον εἴτε ἐπίθετον παροξύνεται*. Sic Herodianus: et ipse Eustath., ubi ex Joanne Philopono

---

*) *Ἄγανος* Tzetz. Hom. 442. *Ὀτρήρη* Tzetz. Posthom. 8. Schol. Apollon. II, 1032. *Ὀτρηρή* apud Apollon. ipsum II, 387 et schol. h. l. *Ἱέρη* Tzetz. Posth. 558. *Ἱερή* Anteh. 279.

**) *Ῥιανός. Τιθωνός. Εὐηνός*, cuius non constans accentus.

***) *Συνετός* Diod. XI. 2 incertum.

admonet proprium ad distinguendum scribi *Αἴολος*, (631, 30. 1681.) cogitat non de ventorum deo sed de Sisyphi et Crethei patre, qui plane cum adiectivo nil commune habet sed cum gente Aeolorum (v. Odofr. Müller. prol. myth. 292). Nec *Ἀγανήν* libenter admittunt. „Accentum retraxi, non exspectato librorum assensu“ Jacobs ad Philostr. imag. XVIII (p. 31, 13). Attamen defensorem nacta Hermannum Bacch. 1141 „*Ἀγανή* accentu in media syllaba scribitur apud Nonnum, apud Theocritum carm XXVI, apud Oppianum Cyneg. IV, 239. 292. Sic etiam Danai filia apud Apollodorum, apud quem haec nostra *Ἀγανή* scribitur, ut in Aldina Euripidis et saepe alibi*): vide quem Elmsleii Baccharum editor Lipsiensis ad v. 229 citavit Jacobsium ad Anthol. Pal. vol. III p. 809. Eodem modo Nereis *Ἀγανή* apud Homerum Iliad. Σ, 42 et apud Eustathium nihil adnotantibus scholiastis, et apud Hesiodum Theog. 246. Sed *Ἀγανή* probare videtur Arcadius, qui p. 103, 9 ita scribit: *τὰ εἰς η καθαρὸν μονογενῆ οὐ πολλὰ βαρύνεται, Δανάη. Ἀγανή ὀξύνεται ἐπιθετικὸν ὄν*“. Errat vir praestantissimus: hoc dicit Herodianus (non Arcadius, cui ea tantum debentur in hoc libro quae non dicuntur): *Ἀγανή* oxytonos scribitur cum proprie adiectivum sit (quod in *Δανάη* e. g. non cadit). De masculino *Ἀγανός* idem praescribit p. 45, 15 *ἀγανός καὶ τὸ κύριον καὶ τὸ ἐπίθετον*. Cf. Ω, 251 *Δηΐφοβόν τε καὶ Ἱππόθοον καὶ Δῖον ἀγανόν*, quod Aristarchus notaverat „*ὅτι ἄδηλον πότερόν ἐστι τὸ κύριον ὁ δῖος ἢ ὁ ἀγανός*“. Abydenus quidam *Ἀγανός* Demosth. contr. Aristocr. §. 202. Ubi annotatum: „*ἄγανον Ω*“. — Denique Glycera omnem suavitatem repetit. Herod. Arcad.

---

*) v. Hesiod. Theog. 976. (schol. 246. parox.) Schol. Pind. Pyth. III, 173. Oi. II, 40. Multi ap. Diod. IV, 2.

101 τὰ εἰς ρα μακροκατάληκτα τριτύλλαβα παραληγόμενα τῷ ε μονογενῆ βαρύνεται, εἰ μὴ ἐπιθετικὰ εἴη, ἡμέρα, ἀσκέρα, εἶδος ὑποδήματος, διφθέρα, λακέρα. τὸ δὲ γλυκερά ὀξύνεται, εἴτε κύριον εἴτε ἐπιθετικὸν εἴη.

Si quis haec omnia vel uno canone comprehendere vel singulorum probabilem rationem reddere poterit rem gratissimam fecerit. Ingeniosum est, quod Herodiano incidit (*I*, 150) „καὶ ἔστιν ὁρίσασθαι τὰ μείναντα ὅτι ἐπαίνων ὀνόματά ἐστιν, οὐκ ἀναστρέφοντος τοῦ κανόνος· οὐ γὰρ τὰ ἐπὶ ἐπαίνου μένει“.

In huius observationis possessionem passis alis involantes conspicio qui sibi rei rationem videbuntur excogitare posse: quod ego quoque possum; illos admoneo benevole, ne quid detrimenti capiant. At quam attentas prudentibus hominibus aures praebebo, si me edoceant an re vera scripserit Herodianus quod legimus ad hunc versum Iliadis καί ῥ' ἔβαλε Κλεῖτον Πεισήνορος ἀγλαὸν υἱόν *O*, 445: Κλειτός ὄνομα κύριον· ὀξυντέον δὲ ὁμοίως τῷ ἐπιθέτῳ, ἐπειδὴ κόσμου ἐστὶ τὸ ἐπίθετον. Cod. Leid. hoc exhibet scholion: ἀμφίβολόν ἐστι πότερον τὸ κλειτόν ἐστιν ὄνομα ἢ τὸ ἀγλαόν. καί τινες μὲν τὸ Κλειτόν φασι, παράλογον· Κλεῖτον γὰρ ἔδει εἶναι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κλειτόν, ὃ σημαίνει τὸν ἔνδοξον, ἄμεινον οὖν τὸ μὲν κλειτόν ἀντὶ τοῦ ἔνδοξον, τὸ δὲ Ἀγλαόν ἀντὶ κυρίου ὀνόματος ἐκλαμβάνειν. Mihi illud, quod codex Venetus habet, longioris notae lacerum fragmentum videtur. Disceptaverat utramque sententiam Herodianus atque in hac disputatione locus erat quo de proprio Ἀγλαός (non de Κλειτος) dixerat „ὀξυντέον ὁμοίως τῷ ἐπιθέτῳ, ἐπειδὴ κόσμου ἐστὶ τὸ ἐπίθετον“, quo mihi ipsum κόσμου ducere videtur, quod de ἀγλαός aptissime dictum est; de κλειτός fortasse potius dixisset δόξης ἐστὶ τὸ ἐπίθετον vel similiter. Eust. h. l. nihil quam hoc: Κλεῖτος δὲ ἦν ὁ τοιοῦτος ἀντιτονούμενος τῷ κλειτῷ ἤτοι ἐνδόξῳ. —

Non mutare videntur accentum adiectiva in *αῖος* exceptis paucis a Deorum nominibus ductis. Ergo *B*, 842 *Πύλαιος*) *τοῦ Πύλαιος τὴν πρώτην ὀξυτονητέον πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ τοπικοῦ* putamus erratum esse ab Herodiano, fortasse iam ab Aristarcho. V. infra, ubi de *Πήδαιος* dicemus*).

§, 13. Superest ut de traiectione accentus in substantivis dicamus: quem locum devitaremus libenter ut impeditissimum; sed non sinit Aristarchi fragmentum. E. M. 539, 20 *Κρῖος ὄνομα Τιτᾶνος παρὰ τὸ κεκρῖ-*

*) Tyrannionis quendam in hac re errorem adeant ipsi qui haec curant *Y*, 72. — Ceterum perspicient intelligentes quid egerimus. In singulis librorum peccata afferre nihil poterat fructus habere sed taedii. Ne *Γόργος* quidem ubique recte scribitur. Nec conquisivimus in quibus Eustathium intelleximus sola Philoponi auctoritate niti; huic enim fidem habemus nullam. Nec attulimus quae aperte falso iudicata quamquam de accentu credimus; ut cum volunt Ulixis socium *Βαῖος* dictum ut distinguatur a *βαιός;* sed is est a Baiis. Nec quae nimium incerta ut nomen Macedonicum *Κοῖνος*, quod an sit *κοινός* recte, ni fallor, dubitavi, et *Κάκος* (Cacus) an sit *κακός*. Nec ubi nulla innotuit mihi fide digna grammatici observatio nec occurrit simillimorum exemplum, libris ut solent fluctuantibus, quibus ut satis demonstravimus ne conspirantibus quidem credendum. Sic *Βοηθός* scribendum an *Βόηθος* nihil in alterutram partem habeo quod valeat. — Nec ubi nimis mihi incertum utrum nomen an cognomen sit. Nec in quibus adhuc quidem adiectivorum nimis incertus accentus. Hanc ab causam composita in *ωψ*, *ωπός*, et composita cum perf. sec. (*Λαοδοκος*, sim.) nunc tangere noluimus. Et quaedam alia quae ut recte iudicentur antea sciendum est quod adhuc nescitur nec ipsum nisi difficili doctaque inquisitione expediri potest. Quae omnia profuerunt magis quam defuerunt. Sed nonnulla nomina, quae mihi fortasse usui esse poterant, haud dubie nescivi; et hoc est, quod veniam a lectoribus impetrare velim. — Si quaeris unde plurimum putem olim lucis accessurum, dico interpretationem glossematicorum vocabulorum, quae in vulgaribus nominibus latent.

σθαι· προπερισπᾶται πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κριός τοῦ προσηγορικοῦ. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος καὶ τὸ κύριον ὀξύνει· τὰ διὰ τοῦ ιος δισύλλαβα ἀρσενικὰ τὴν ει δίφθογγον ἀποστρέφεται, βίος, δῖος, Χῖος ὁ πολίτης τῆς Χίου· Θρῖος ὄνομα ποταμοῦ. Κῖος ὄνομα κύριον. Πῖος ὄνομα κύριον. Τῖος ὄνομα κύριον. οὕτως οὖν καὶ Κρῖος. Cet.

Hinc primum intelligimus Aristarcho nomen Titanis per ι scriptum esse non per ει, quae scriptura debetur ni fallor iis qui Titanem regium nomen (κρείων) potius decere putarent. At nunc is est Κρεῖος Hes. Theog. 134. 375. schol. h. l. Plut. Plac. Phil. T. IV p. 880. C. Et. M. 523, 48. Schol. Ξ, 274. Quamquam quid mirum? Legimus etiam Κρεῖος nunc apud Diodor. V, 66; prospera fortuna notae indicant hoc sine auctoritate factum esse; nam codex unus habet Κρειός i. e. Κριός, reliqui Κριός. Sed Apollod. I, 1, 3 Κρῖος. Apud Pausaniam VII, 27, 4 pro Κριός Siebelisius contra codices „nullus dubitavit" scribere Κρῖος. Porro Κριός Phrixi paedagogus Sch. Apoll. IV, 119. Palaeph. 31. Κριός (sic codd.) Euboeensis Paus. X, 6, 3. Vates Spartanus Paus. III, 13, 2 et 3 quater, nec codd. aliter quam Κριός. Denique nomen Aegineticum. Scribitur aliquoties in ed. Gaisford. Κρῖος apud Herod. VI. 50, 73. Sed apud eundem VIII, 92 Κριός, item Eust. ad Dion. per 511, et plus semel Schol. Nub. 1359 et ap. Aristoph. ipsum hoc versu. Hoc quoque si commemorandum est fluvius Achaiae, qui a Titane dicitur nomen habuisse, Κριός Paus. VII, 27, 4; nam Κρῖος Siebelisio debetur, ut Hermanno apud Aristoph. l. l. Sed res videtur ad liquidum perducta esse, quod plus est quam in his rebus expectari poterat. Nam sive id in tali re sequendum putas, quo codd. propendent, Κριός scribendum; sive antiquissimi et optimi grammatici, qualis Aristarchus fuit, auctoritatem omnibus codd. potiorem ducis, scribendum Κριός. Nam

ignoto potius et longe recentiori, cuius vocem Etymologus servavit, addicere sese, quae ratio est? Eadem, inquit, quae grammatici Etymologi, *Χῖος, Θρῖος, Κῖος, Πῖος, Τῖος*. Hoc, quae mea de recensione textuum opinio est, editori iam non licet dicere; mihi licet. Sed statim intelligo quae partim adiectiva sunt partim rara et barbara vocabula, quam prudenter huc arcessita sint. Imo haec ipsa, quam conquirit, analogia admonet nos et vix licet dubitare quin *Κρῖος* antiquitus Graecis auribus aliquid absonum habiturum fuerit. Quod per se ipsum valet aliquid; sed accedente Aristarchi auctoritate valet plurimum. Ardor vero quodcunque proprium accentu distinguentium iis, quae proximis §.§. disputavimus, repressus esse debet. Et inclinamus ut in substantivis minus etiam quam in adiectivis moris fuisse putemus. Caute haec iudicanda sunt. Si quis *Στερόπη* (non fabulosum tantum nomen est, v. Strab. X, 478) protendet et hoc accentu a subst. *στεροπή* distinctum dicet, non admittemus; *Στερόπη* enim non dictum a *στεροπή*, sed eodem modo factum ut *Μερόπη, Δρυόπη* (sch. Pind. Pyth. I, 121), *Καλλιόπη*, alia similia. Nec si quis *Αὔγη* pro certo exemplo afferet, satis valere concedemus. Potest enim esse (et ego esse arbitror) forma muliebris eius, qui est *Αὐγέας*, ut *Πέρση, Ἐρίφη* (Arcad. p. 115, 28), *Ἵππη, Λύκη*, et ut omnino in *η, εια, ις* feminina adiacent masculinis propriis cuiusque terminationis. *Ἰάχχη* nymphae nomen (Cer. 419) non profecto est idem quod *ἰαχή* (vel *ἰαχχή*) mutato accentu, sed mascul. *Ἴαχχος*, fem. *Ἰάχχη*. Thesei mater *Αἴθρα* non idem est cum subst., nam hoc, apud Atticos quoque, est *αἴθρη*. In *ις* est e. g. *Ἄνθις* (masc. *Ἄνθης* Strab. XIV p. 656), *Μύρτις* (hic enim accentus, ut videtur, probabitur), *Φίλτις* (Iambl. vit. Pyth. 532). Et ad hoc genus nominum pertinet *Φρόντις*. Il. *P*, 40 *Φρόντιδι δίῃ*. Quod ex his et similibus Herodiano

diiudicandum fuit, non ita ut facit. *Φρόντιδι*, inquit, (ad h. l.) *ὡς Ἤλιδι οὕτως Τυραννίων καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις. ὁ μέντοι κανὼν ὀξυτονεῖ τὸ φροντίς*, tum canonem suum ponit, dein haec addit: *οὕτως οὖν καὶ φροντίς, εἰ μὴ ἄρα ἐπεὶ κύριον τοῦτο καὶ βαρυτονήσεται.* Idem alii. Schol. D ad h. l. *τὴν παρατέλευτον δεῖ ὀξυτονεῖν ἵν' ᾖ κύριον θηλυκόν.* Item Eust. l. l. p. 1093, 60, ubi ex Herodiano hausit, 907, 10 ex Philopono. Item nomen virile *Φρόντις*, quod est *γ*, 282 male eam ob causam hoc accentu notatum dicunt ut distinguatur ab appellativo *φροντίς* (v. Eust. 907): sed qui poterat aliter, cum in ordinem cogendum sit multorum nominum virilium in *ις* exeuntium*)? Quasi dicas *Ἴσχυς*,

ὃς γῆμε Κόρωνιν

(hymn. Ap. 210. Pind. Pyth. III, 25. 56. Paus. II, 26, 5. III, 4, 3**) hunc igitur hoc accentu notari, ut distinguatur ab *ἰσχύς* (Eust. p. 1967). Sed non idem vocabulum est, imo a verbo *ἰσχύω* derivatum proprium, cui cum illo subst. fem. nulla ratio est. Valentem hunc Latine dixit Cicero Nat. D. III, 22.

Sed in hac re caeci fuerunt veteres nihil nisi externae formae inhaerentes. Sic ad eandem normam

---

*) Ut *Φρόντις* nomen muliebre et virile est, sic *Φίντις* masc. (Pind. Ol. VI, 22), et *Φίλτις* fem. (Iambl. v. P. 531). *Μύρτις* fem. sed idem masc. (Polyb. XVII, 14. Harpocr. s. v.) *Ὁ Μῆτις* Orphicorum. Et ut huius admoneam, quod forma ab illis paulo longius abest, *Ἀπόληξις*, (cuius de accentu haud dubie recte iudicat Bekker ad Dem. Macart. §. 48). De masc. *Κτῆσις* recte iudicat Schoemannus ad Isaeum Nicostr. her. §. 9. — Quod *Φρόντις* est idem alia nominis forma *Φροντία*, mater Iasionis, schol. Theocr. III, 50. *Φροντίδας* Iambl. 526.

**) H. l. Mosqu. peccat *Ἰσχύος*, ut apud Apollodorum III, 10, 3, in quo nullus unus accentus certus est.

explicant nomen urbis Ῥίπη (Il. B, 606), sc. ut distinguatur ab ῥιπή (Eust. 906, 50), cum tamen urbs plane ab alia radice dicta sit, sc. ab ῥίψ iuncus. Ut ad feminarum nomina redeam, Dionis filia Ἀρέτη scribitur Plut. Timol. 33, Ἀρετή Dio 58. Idemne nomen est cum ἀρετή? Potest esse; sed potest item esse fem. eius nominis, quod est Ἀρέτης (— ας) et Ἄρετις (Arrian.) et Ἀρετάων. — Herodianus testatur de his: Κραύγη*) τὸ κύριον, Arcad. 104, 29. Λαλάγη τὸ κύριον 105, 7. σεσημείωται τὸ τιμὴ προσηγορικόν, Τίμη δὲ τὸ κύριον βαρύνεται, 110, 15. Nam Πόμπη (τὸ δὲ Πόμπη κύριον ὂν παροξύνεται 113, 10) fidenter excludo. Mascul. est Πόμπος (Pausan. VIII, 5, 5), quod est ab adiectivo πομπός; hinc Πόμπη. — De Λαλάγη hoc dicam, si iam πλατάγη dictum est ubi vocabulum ex verbali significatione in certae rei notionem transiit, eundem accentum in proprio Λαλάγη adscitum esse consentaneum videri (Cf. Ἁρπάγη Et. M. 87, 38). Ut in Λαλάγη sic re vera ad distinguendum femininum dictum videtur Φύη mulier illa, cuius opera Pisistratus dolose usus est; nam sic scribitur Herod. I, 60. Ath. 609. d. Κορύφη ἡ Ὠκεανοῦ, Harpocr. s. ἱππία Ἀθηνᾶ. De Αλκη nihil certi dici potest; nam si recte scribitur Ἄλκη, ut scripsit Valesius h. eccles. Euseb. IV, 15 p. 356 Hein., incertum erit sitne a virili Ἄλκων vel Ἀλκίας; sin nomen hetaerae recte scribitur Ἀλκή ut scribitur apud Isaeum in or. de Philem. haered., qua in oratione saepius legitur*), nec hoc pro certo testimonio erit accentus non mutati; nam hoc

*) Nomen virile est Κραῦγις, quod non dico ut aliquid definiam sed ut docti iudicare possint.

*) Gell. IV, 11 feminam pulcra facie meretricem, cui nomen fuerat Alce.

fortasse non nomen est sed cognomen, quod de pluribus meretricum nominibus dici poterit, ut Σιγή Ath. 583. Ἰσχάς 587. Πλαγγών, quod frequens est.

Convertamus nos ad masculina. In his primum nemo mirabitur, Χελιδών non transisse in Χελίδων; (in ίδων — ονος fortasse nulla sunt vocabula Graeca, in ίδων — οντος certe non multa, memini fluvii Ἀκίδων — οντος). Herod. περ. μον. λ. p. 9 de oxytonis in δών exponens . . . . τὰ δὲ ἄλλα τρέπει τὸ ω εἰς ο, οἷον Χελιδών Χελιδόνος, εἴτε τὸ ὄρνεον εἴτε ὁ περὶ τελευτῶντος (l. τελετῶν, v. Lob. Agl. 1352) γράψας. Suid. Πύθου χελιδόνος, παροιμία τερατοσκόπου καὶ περὶ τελετῶν διειλεγμένου. Id. s. χελιδών. λέγεται δὲ Χελιδὼν καὶ χρησμολόγος τις τῶν παλαιῶν, καὶ ὁ Κλεοπάτρας κίναιδος. Ad ea quae non mutant accentum sine ulla dubitatione refero Καρκίνος. Et Ἰκτῖνος. „ὅτι δὲ καὶ Ἀττικὴ λέξις ὁ δημιουργὸς δηλοῖ καὶ Ἡρωδιανὸς ἱστορῶν ὅτι Ἰκτῖνος παρὰ Ἀττικοῖς οὐκ ἄσημος δημιουργὸς ὁμώνυμος τῷ ὄρνιθι, οὗ καὶ τὴν περισπωμένην φυλάσσει ἐν τῇ προπαραληγούσῃ“ (Eust. 1825). Quamquam hodie libri variant, v. Tzschucke Strab. IX p. 395. Ad ea, quae mutant, Λάγος (Arcad. p. 47), porro quaedam quae a verbis sunt et verbalem significationem habent: Τελέστης, Athen. 21. f. 502. a. 616. f. 617. b. 625. f. 637. a. Dionys. comp. v. p. 265 (ubi v. Schaef.) Plut. Alex. c. 8. Diodor. XIV, 46. Apollon. h. mir. c. 40. Eust. 1596, 20, Suid. de quo nomine quamquam nec omni dubitatione caret Eustathii testimonium (p. 1187, 20), ex Philopono, opinor, haurientis, nec ubique satis firma codd. fides, tamen idem sentio quod plerique editores ubique paroxytonos scribentes. Nam nimis facile illud Τελέστης se applicabat ad multa propria in εστης, Ὀρέστης, Θυέστης, Ὀφελέστης Θ, 274. Αἰγέστης Str. VI, 272. Ἐθνέστης Steph. B. s. v, Πευκέστης, cuius et apud alios mentio est et apud Diodorum et Ar-

rianum frequentissima. — *Ἀκέστης* (v. Steph. s. *Ἀκέστη*). *Ὀξύντης* (Paus. II, 15, 7). Cf. *Ἀμύντας*. *Νικήτης* (Suid. s. v. Eust. p. 156). *Φιλήτας* (? Suid. ib.). Sed — frater Penelopes ap. Eust. 1773 est *Ἀὐλητής*. Hic commemorabo *φυλακός Φύλακος*, Herod. Arcad. 51, 8 et ad Il, Ω, 566. Ut ab his verbalibus ad realia veniamus, in iis quae mutant accentum referendum *Φέλλος*, quod certum ex Herod. *περ. μον. λ.* p. 11, 24. *Χίτων* Herod. ap. Steph. B. s. *Βιστωνία*. *Κάρπος* (v. Et. M. 492, 20). *Φόρμος* scribitur Herodot. VII, 182.

Videamus aliorum farraginem, quorum accentus testimoniis grammaticorum non praestatur, sed ex libris cognoscendus est. Nam in hac brevitate excerptorum ne talia quidem ab omni parte certa testimonia sunt, quale est E. M. 219, 46 *σκινδαψός ὀργάνου ὄνομα καὶ κύριον*. Scribitur sic Phot. 152. Inter antiquissimas Musas est *Ἀοιδή* et *Ἀρχή*: inter Telchinas *Χρυσός* et *Χαλκός* (Eust. p. 171*). *Χρυσός* Arist. Vesp. 1251; *Λεώς* heros eponymos Atheniensium Paus. I, 15, 2. *Ναός* Eumolpi pronepos bis ap. Paus. VIII, 14, 8 (editores nunc correxerunt scilicet *Νάος*), Adrasti equus *Καιρός* Paus. VIII, 25, 5. *Παρθένος* Diod. V, 62. *Οἰωνός* Diodor. IV, 33. Pind. Ol. X, 76. *Βολβός* Ath. 22. c. Eust. 1602, 20. *Ἰχθύς* Ath. 346. e. (cf. 301. e) Eust. 1720, 30. *Κορυδαλλός* Herodot. VII, 214. *Θαλλός* Ath. 582. f. 587. a. Lysias de Aristoph bon. p. 648 R. (§. 46 Be.); qui inter epigrammatarios poeta est, in eo variant, partim *Θαλλοῦ* partim *Θάλλου* exhibentes, partim, quod depravatum ex *Θαλλοῦ*, *Θα-*

---

*) In his possit aliquis dicere tam expressam esse allegoriam ut eam ob causam accentus non mutatus sit. Mihi precaria excusatio videtur. Etenim saepissime videmus in talibus satis habuisse Graecos notionem, quam radix habet, adsumsisse, reliquam voc. formam ad quamcunque analogiam applicare.

λοῦ, v. Jacobs catal. p. 956. *Κίττος*, sed cod. ς' *Κιττός*, Demosth. Phorm. p. 908*). *Ἰπνός* Steph. B. s. *ταμεῖον*. *Κρωβύλος* Plut. Al. 22. Aesch. (*κρωβύλος* vid leg. pro *κροκύλος* Arcad. p. 56, 11: quo loco simul propr. *Κρωβύλος* confirmari videtur; cf. Suid. *Κρωβύλος κύριον καὶ εἶδος ἐμπλοκῆς*). *Ἡγεμών* Andoc. myst. 122. *Χειμών* Paus. VI, 9. *Φαρμακός* Harpocr. *Σωτήρ* episcopus, Euseb. IV, 19. 22. 30. *Ἀστήρ* Herodot. V, 63. Phot. 149. a. 4. Eust. 328, 40. Iam satis est, librorum ludibria sumus. Herod. Arcad. p. 19 *τὰ εἰς ηρ ὀξύνεται καὶ βαρύνεται. καὶ ὀξύνεται μὲν ἁπλᾶ ὄντα ἀρσενικά· ὁ δὲ λόγος τοῦ τ προηγομένου τοῖ η, στατήρ, ἐλατήρ, καμπτήρ, ἐξαυστήρ. ἐξαύτηρ δέ κύριον ὡς τὸ ἀμάτηρ καὶ ἄντηρ, καὶ ἄστηρ κύριον.* Eust. 1967, 20 (ex Philopono, ni fallor) de nomine urbis commemorat: *καὶ Ἄστηρ μὲν πόλις, ἀστήρ δὲ ὁ κατ' οὐρανόν.*

§. 14. Duo sunt Aristarchi fragmenta quae nos ad urbium nomina ducunt. Sed de his nunc non animus est omnia complecti, ne multa quidem, sed tantum quantum haec fragmenta flagitant**).

---

*) Temeni filius *Κίσσος* Strab. X. p. 480, qui scribttur *Κεῖσος* ap. Pausan. II, 19. 1. 2. II, 26, 2. II, 28, 3: reliquis locis sine var. l., ultimo vulgo *Κεισός*. Apud Scymn. Chium 531 *Κίσσον* restitutum ex *Κρίσσην* (*Ἄργους τε Κίσσον καὶ μετ' αὐτοῦ Τήμενον*. — Ego hoc nomen commemoro h. l. quod minimum increduli esset dubitare sitne hoc a *κισσός* hedera. Quin a *κίττα* esse possit, vix dubitandum. Nam finguntur nonnunquam hoc modo nomina. virilia a subst. fem. *Πρῶρος*, Iambl. vit. Pyth. 239. *Κύψελος* (v. Herod. V, 92) *Λίμνος* Plut. Alex. 49. *Λάφνος* Ath. 276. d. *Σφαῖρος* Pausan. II, 23, 1. *Στάφυλος* Schol. II, 175. Ath. Harp., Herodian Arcad. p. 57. 5 *τὸ δὲ στάφυλος παρώνυμόν ἐστι παρὰ τὸ σταφυλή. Θάλασσος* Alciphr. VII. — — Nonne huc pertinent etiam *Εὔβοιος* (Eust. 1224, 50). *Μελίβοιος*?

**) Id utile erit monere, quod supra de promovendo accentu diximus universe etiam in his valere.

B, 592 καὶ Θρύον, Ἀλφειοῖο πόρον, καὶ εὔκτιτον Αἰπύ

Ἀρίσταρχος ὡς ὀξύ. συγκατατίθεται δὲ αὐτῷ καὶ Ἀπολλόδωρος. Φερεκύδης δὲ ὁ Ἀθηναῖος τὸ μὲν εὔκτιτον κύριον ὄνομα παρέλαβε, τὸ δὲ αἰπὺ ἐπίθετον. ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου τινὲς τὸ μὲν εὔκτιτον ἐπίθετον, τὸ δὲ αἰπὺ κύριον ἐπεὶ καὶ ἐν ἄλλοις (*A*, 711) εἴρηκεν· ἔστι δέ τις θρυόεσσα πόλις αἰπεῖα κολώνη· (Cf. Strab. VIII, 349) ὃ νῦν εἴρηκεν αἰπύ. καὶ ὡς ἴδιον γενόμενον βούλονται βαρυτονεῖν. Πτολεμαῖος δὲ φησι μὲν κύριον εἶναι τὸ αἰπύ, οὐ μὴν συγκατατίθεται τῷ τόνῳ φάσκων ὡς ὅτι πολλαὶ πόλεις ὁμοφωνοῦσι προσηγορικοῖς, Ἕλος*), Αἰγιαλός. χρὴ μέντοι γινώσκειν ὅτι ἀναλογωτέρα ἀνάγνωσις ἦν ἡ βαρεῖα· τὰ γὰρ εἰς υ μονογενῆ οὐδέτερα βαρύνεται, πῶυ, μέθυ. ταῦτα ἐν τῇ προσῳδίᾳ καὶ ἐν τῇ καθόλου δὲ ὁμοίως ἀμφίβολον αὐτὸ ἐᾷ. ἐν μέντοι τῇ *Z* τῆς Ἰλιάδος (422) διαλαμβάνων περὶ τοῦ ἰῷ „οἱ μὲν πάντες ἰῷ κίον ἤματι“ φανερῶς λέγει ὅτι Ἀρίσταρχος ὀξύνει τὸ αἰπύ, καὶ ἐπείσθη αὐτῷ ἡ πλείστη χρῆσις.

I, 150 Καρδαμύλην Ἐνόπην τε καὶ Ἱρὴν ποιήεσσαν Ἀρίσταρχος ὀξύνει ὁμοίως τῷ ἐπιθετικῷ ἱρήν. εἰσὶ δὲ οἳ βαρύνουσιν εἰς ἰδιότητα, ὥσπερ ἐδηλώσαμεν ἐπὶ τοῦ Ῥίπην τε Στρατίην τε (*B*, 606), Ὄρθην (ib. 739). καὶ πάλιν καὶ ἐπ' ἐκείνων ἐλέγομέν τινα ὁμοτόνως μένειν, οὕτως καὶ ἐπὶ τούτων. Reliqua parte huius scholii iam supra usi sumus (§. 12**).

Ad *I*, 292 οὕτως Ἱρήν ὀξυτόνως ὡς ἐν τῇ καθόλου.

In his paulo aliter diiudicanda adiectiva quam in virorum nominibus. Multa enim vel ab initio vel plerumque apposito substantivo dicta, tum sine sub-

---

*) Hoc quam apte afferat nunc iudicare possumus.

**) De spiritu hi non videntur dubitare.

stantivo per ellipsin, partim montes et fluvii, partim insulae, pagi, regiones, oppida. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ καινὸν χωρίον προσαγορευθέν, ἐρυμνὴ καὶ ἀπότομος πέτρα Strab. VII 556. πικρὸν ὕδωρ fons VIII, 670. ὁ ψυχρὸς ποταμός, ὁ καλὸς ποταμός, ὁ βαθὺς ποταμός Arr. peripl. 7. Ἱερὰ ἄκρα XIII, 666, Λευκὴ ἀκτὴ X, 489. Γλυκὺς λιμήν VII, 324. Βαθὺς λιμήν IX, 403. Κωφὸς λιμήν 330. ἡ Κρεμαστὴ Λάριστα IX, 435. 440. Ἐρυθρὰ βῶλος. Ἱερὰ κώμη Polyb. XVI, 18. Alia quoque additamenta habebant adiectivis convenientia. Apollon. Rh. II, 686 εἰ δ' ἄγε δὴ νῆσον μὲν Ἑωΐου Ἀπόλλωνος τήνδ' ἱερὴν κλείωμεν. Strab. VI, 275 ταύτης δὲ μεταξύ πως ἐστι καὶ τῆς Σικελίας ἣν νῦν Ἱερὰν Ἡφαίστου καλοῦσι. Nullo modo scribi potest τῆς ἱέρας Ἡφαίστου, ut apud Polyb. XXXIV, 11. Est I, 60 τὴν ἱερὰν καλουμένην νῆσον. 61 τὴν ἱερὰν νῆσον. Schweighaeuserum mutandi prurigo incessit, v. ind. ἱερὰ Ἡφαίστου Diod. V, 7.

Demosth. Halonn. p. 86 R. Βωμὸς τοῦ Διὸς τοῦ ὁρίου, ὅς ἐστι μεταξὺ Πτελεοῦ καὶ Λευκῆς ἀκτῆς, οὗ ἡ διωρυχὴ ἔμελλε Χερρονήσου ἔσεσθαι, ὥς γε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Διὸς τοῦ ὁρίου δηλοῖ. ἔστι δὲ τουτί·

τόνδε καθιδρύσαντο θεῷ περικαλλέα βωμόν,
Λευκῆς καὶ Πτελεοῦ μέσσον ὅρον θέμενοι
ἐνναέται χώρης σημήϊον.

Num miramur? Nihil in his factum quam cum ἡ ἐρυθρά dictum est pro ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα. Χυτός Apollon. Rh. I, 990, qui est Χυτὸς λιμήν 987. Huc pertinent Πλαγκταί. Vicus Παλαιά Strab. XIII, 614. 568, sc. παλαιὰ κώμη XIV, 683. Ecce habemus etiam grammatici testimonium. Steph. Byz. Ἀγαθη πόλις Λιγύων ἢ Κελτῶν. Σκύμνος δὲ Φωκαέων αὐτήν φησιν ἐν Εὐρώπῃ. Τιμοσθένης δὲ ἐν τῷ σταδιασμῷ ἀγαθὴν τύχην αὐτήν φησιν· εἰ δ' οὕτω λέγοιτο καὶ ὀξύνοι-

τ' ἄν ὡς ἐπιθετικόν. ὡς τὸ Ἡραῖον τεῖχος καὶ Ἥραιον καὶ Ἑρμαῖος λόφος καὶ Ἕρμαιος*).

In hunc igitur ordinem mihi referendum videtur *Αἰπύ*, (quod sic apud Strabonem quoque legisse l. VIII Eustathium patet ex p. 297). Hoc proprie fuerit *αἰπὺ ὄρος*, ut *τραχὺ ὄρος*. Pausan. VIII, 13, 3 ἔστι δὲ ἀντικρὺ τῆς πόλεως ὄρος τραχύ. τὸ δὲ ὕδωρ τὸ ἐκτοῦ θεοῦ διὰ χαράδρας ῥέον κοίλης μεταξὺ τῆς πόλεως καὶ τραχέος ὄρους κάτεισιν — ἡ δὲ ἑτέρα τῶν ὁδῶν διαβάντι τὸ ὕδωρ τὸ διὰ τῆς χαράδρας ῥέον ὑπὸ τραχύ ἐστιν ὄρος. Porro aptissime huc trahetur *βαδύ*, i. e. *ἡδύ*, locus in Elide. Paus. V, 3, 3 ὑπερησθέντες δὲ ἀμφότεροι τῇ μίξει καὶ αἱ γυναῖκες καὶ οἱ ἄνδρες ἔνθα συνεγένοντο ἀλλήλοις πρῶτον αὐτό τε τὸ χωρίον βαδὺ ὀνομάζουσι καὶ ποταμὸν τὸν ῥέοντα ἐνταῦθα ὕδωρ βαδὺ ἐπιχωρίῳ φωνῇ. Praeterea ut recte de *Αἰπύ* iudices monendum vix habere Graecam linguam substantivum, cui se facile illud *αἰπύ* applicare potuerit, praeter unum *νᾶπυ* Homeri aetate recentius. Contra *Αἶπεια* in similitudinem cessit plurimorum. Hoc ipsum quod disputavimus satis declarat, quam res nobis hodie ad iudicandum difficilis futura sit. Nam primum in paucis scimus proprie addito substantivo dicta sint necne? Dein in his ipsis, quae proprie addita habebant substantiva, minime sententia nostra est non potuisse fieri ut transponeretur accentus. Si quis e. g. poeta concessa licentia usus omisit subst. vulgo non omitti solitum clarum est de transponendo accentu cogitari non posse. Sed incolae maxime et accolae saepe brevitatis causa substantivum omittentes ferri poterant ad commutandum accentum praecipue

*) Haec ultima sic scripsi ut edita sunt. Olim longae disputationis ansam praebebunt. Herodianus (ad *N*, 791) vult *Ἕρμαιος λόφος*, quod mihi falsum videtur. (Memini eorum quae dicta sunt ad Philoct. 1445).

accedente quadam similitudine. Sic illam, cuius iam antea facta est mentio, Vulcani insulam omisso Ἡφαίστου nusquam dictam esse ἱέραν non praesto. Quamquam scriptores Graecos potius dixisse ἱερά credimus Mss. huc inclinantibus. V. praeter locos Polyb. supra commemoratos Thuc. I, 88. Diod. V, 7. Strab. 277. Eust. 1644, 30. Et exhibuit sic cod. Paris. ap. Paus. X, 11, 3. Item Paris. in sch. Apoll. Rh. III, 42. IV, 761. Sed Flor. Ἱέρα. — Λιπάρα utrum dicta sit an Λιπαρά nulla iudicandi regula esset; nisi in hac omnium librorum consensus praestaret Λιπάρα, nec causa est diffidendi; quamquam in insulis saepissime factum ut addito νῆσος dicerentur. Sic Achillis insula Λευκὴ νῆσος, et omisso subst. λευκή Paus. III, 19, 11. Ant. Lib. κζ'. Arrian. peripl. κ'. Sed urbs Λεῦκαι Polyb. IV, 36. Strab. XIV, 646. 647. Ut Πύῤῥα, Κίῤῥα, Θέρμη, Θέρμαι, Θέρμα, quod ad reliquorum analogiam se accommodavit, quamquam haec neutralis forma allicit ad supplendum ὕδατα. Contra ut nunc hoc ponam τὸ γλαφυρὰ ὀξύνεται εἴτε ὄνομα πόλεως εἴη εἴτε ἐπίθετον, Herod Arcad. 101, 14.

Haec brevissime monere non absonum visum. Antequam enim haec quaestio perlustrari possit necesse est omnes quibus codices adeundi facultas est nihil de suo addant vel demant intelligendoque faciant ut nil intelligant.

§. 15. Herod. *E*, 65 Πήδαιον. Ἀρίσταρχος ὡς Πήδασον, καὶ ἐπεκράτησεν· καὶ ἴσως ἔχει ἀφορμὴν τοιαύτην ὡς πολλάκις τὰ τοιαῦτα τρίτην ἀπὸ τέλους ἔχει τὴν ὀξεῖαν, εἰ ῥῆμα αὐτῶν προκατάρχοι, ὥςπερ ἔχουσι τὸ βέβαιος (παρὰ γὰρ τὸ βέβηκα) ὡς τὸ Φίλαιος, τὸ Νίκαιος, τὸ Τίμαιος. τοιοῦτον οὖν καὶ Πήδαιος· οὐ γάρ, ὡς οἴεται ὁ Ἄβρων, παρὰ τὴν πῆδον· ἐοικὸς γὰρ μᾶλλον ἥρωϊ παρὰ τὸ πηδᾶν ἐσχηματίσθαι.

Propriorum in *αιος* trisyllaborum nec compositorum fere haec genera videntur esse.

1) Quae proprie ethnica sunt, ut *Θυμβραῖος*, *Ἰδαῖος*, (*Ἰδαία* Diodor, IV, 43) *Ἀκταῖος*, *Αἰτναῖος*, *Πισαῖος*, *Ἀσσαῖος*, *Ἀρναῖος*, *Νυσαῖος*. Properispomena ex regula supra exposita. Jambl. V. Pyth. 526 *Εὔαιος* Pythagoreus. Scrib. puto *Εὐαῖος*, ab *Εὔα*, quae est urbs Arcadiae.

2) Quae sunt adiectiva vel adiectiva esse possunt vel certe ab substantivis brevioribusque adiectivis in hunc canonem deflexa: *Ἀγκαῖος*, *Ἀγραῖος*, *Οὐδαῖος*, *Ἀνταῖος*, *Ὑλαῖος*, *Δαφναῖος*, *Ἀστραῖος*, *Ὀρθαῖος*, *Πλημναῖος*, *Μουσαῖος*, *Ἰσαῖος*. Properispomena. — Pertinet huc *Παλαῖος*, quod est a *πάλη*; nam falso Herodianus Arcad. p. 43, 29 *Παλαῖος τὸ κύριον, παλαιὸς δὲ τὸ ἐπίθετον*. Quod si ita se haberet, aut non mutatus esset accentus aut factum *Πάλαιος*.

Item falsus in hoc genere Herodianus in *Πυλαιος*, *B*, 842. *τοῦ Πύλαιος τὴν πρώτην ὀξυτονητέον πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ τοπικοῦ. καὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν Πύλαιον* (puto *πυλαῖον*). Quem puto iam Aristarchi errorem fuisse. — *Ὑλαιος*, quod praecipitur in Et. M. p. 193, 17 „a verbo *ὑλῶ*“ aut falsum aut corruptum est. — Nam sola excepta quaedam a Deorum nominibus ducta *Ἑρμαιος*, *Ἡραιος*, *Δίαιος*.

3) Quae ex brevioribus propriis in hunc ordinem transformata. *Πέρσης Περσαῖος* Heyne Apollod. p. 22. *Κλεάδας Κλεοδαῖος*, quamquam haec forma (v. Boeckh. Schol. Pind. Isthm. I, 15) etiam aliter iudicari potest. Sed in hunc ordinem commodissime refertur *Θειαῖος*, (Pind.) Nomen *Θείας* est Anton. Lib. *λδ'*. — Properispomena.

4) Quae sunt a verbis vel (si hoc minus placet dicere) quibus adiacent verba et verbalem significationem habent. *Φίλαιος*, *Νίκαιος*, *Τίμαιος*. *Νίκαια* (uxor Lysimachi) Strab. XII, 565. *Τίμαια* (uxor Agidis)

Ath. 535. b. *Πήδαιος. Πείραιος.* Sch. Harlei. *o*, 540 „οὕτως Ἀρίσταρχος". Hac nota vexatur Buttmannus. Sed est annotatio de accentu nominis *Πείραιος**). — Proparoxytona; certe ea proparoxytona, quae unam habent mediam consonantem: nam si qua duas habent an eidem canoni subiecta sint hoc nescio. Sic pater Tolmidae utrum *Τολμαῖος* an *Τόλμαιος* sit hoc aut res aut mea me inopia diiudicare vetat. Item non possum dicere de iis, quae a futuris sunt. *Μνήσαιος* est Quint. Sm. *I*, 88. *Ἀρησαῖος A*, 291.

5) Per se spectanda maxima copia peregrinorum nominum, quae Graeci in hanc formam deflectere amabant, sed maximam partem latet origo, Persica dico, Indica, Illyrica, similia (*Βαγαῖος, Μαξαῖος, Σαγγαῖος*, cet.). — Properispomena**).

§. 16. Ea, in quibus Herodianus Aristarchum commemorat, ut recte iudicemus tenendum est, quod iam supra tetigi, Herodiano partim monstruosa analogetarum et nihil non temere tentantium grammaticorum figmenta refutanda esse, de quibus nec Aristarcho nec Aristarchi aetate cuiquam in mentem venerat dubitare, quae tantum unius alteriusve grammatici sive pertinacia sive perversitate iudicii in dubitationem vocata fuerunt. Uti quosdam in simili re *Ὄλυμπος* et *Ὀδυσεύς* scribere maluisse accepimus, sic ut hoc commemorem nec defuit qui *μηνίς* pro *μῆνις* requireret. Nomen homini erat Glaucus Tarsensis. Res annotata ad *μῆνιν ἄειδε*. Et quid absurdius fingi potest quam quod Ξ, 21 erant

---

*) *Πείρεως* Y, 484. *Πειρώ* Et. M. 327, 11. *Πείρως* Tzetz Hom. 42. Haec non nimis miror. Sed *Πείροος*, (*B*, 844.) doctrina mea non assequitur.

**) Scribe *Τιθαῖος* Herod. VII, 88.

qui scribere vellent *διχθαδὶ ἢ μεθ' ὅμιλον* — ut sit decurtatum ex *διχθαδίη*. „*τὸ πλῆρές ἐστι διχθάδια ὥσπερ καὶ Ἀρίσταρχος βούλεται. διὸ τὴν χθα συλλαβὴν ὀξυτονητέον. παραιτητέον δὲ τοὺς βουλομένους εἶναι διχθαδίη ἢ μεθ' ὅμιλον καὶ τὴν δι συλλαβὴν ὀξύνοντας*". Partim ipse Herodianus certorum et vulgarium nec canone exemtorum accentuum causas positurus et rationes inquisiturus Aristarchi auctoritate vulgarem accentum confirmat. Herod. in Et. M. p. 678, 30 *ποθή· Ἰλιάδος α' Ἀρίσταρχος ὀξύνει*, cet. *Π*, 390 *χαράδρα πρὸ τέλους ἡ ὀξεῖα ὡς φαρέτρα· προείρηται δὲ τὰ τῆς ἀναλογίας· οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος. Π*, 324 *Ἄχρις. Ἀρίσταρχος ὡς μέχρις ἀνεγίνωσκε, παρὸ καὶ γέγονε*, cet. *Ξ*, 60 *ἐπιμίξ Ἀρίσταρχος ὡς κουρίξ. καὶ εἴπομεν ὅτι τὰ εἰς ιξ ἐπιῤῥήματα ὀξύνεται, σημειωσάμενοι τὸ πέριξ βαρυνόμενον*. Non minus, opinor, certa fuerunt *κυλλοπόδιον* ad *Φ*, 331. *Γ*, 182. *δύνηαι* (quod Tyrannio *δυνῆαι* esse voluit), *Z*, 229. *ἰῷ, ἰῇ Z*, 422. *Π*, 173. 224. *ληΐδα* (quamquam Menecrates voluit *λήιδα*) *Λ*, 677. *μογοστόκοι Λ*, 270. *ἔνεσαν Z*, 244. *οὔλη* (*κόμη*), quod plurimi grammatici secuti sunt, sed recentioris aetatis consuetudo notabat hoc vocabulum oxytonos *K*, 134. *φωριαμός Ω*, 228. Nam *φωρίαμος* Atticum Et. M. 804. *φύλακος* (quod nunc apud scriptores praevaluit) videtur sero probatum esse ab iis, qui vocem et esse genitivum brevioris formae et item notandum esse dixerunt (v. Eust. 1365, 47. Et. M. 765, 50), quamquam *ἀνακός* poterat admonere, hic caute agendum esse. Aristarchus scripserat *φυλακούς Ω*, 566, quod Herodianus probat et canoni subiicit *), Sch. l. l. Arcad. p. 51, 8. — *Λιτί* bene defensum ab Herodiano *Σ*, 352 (*εἰσὶ δὲ οἳ περισπῶσι*).

---

*) Herodiani canon est non Aristarchi, ut falso Eust.

cf. Ξ, 387. Nec dubitari potest, v. Wolf. Anal. II p. 507. *ἀνεκτῶς Θ*, 355. *ἀποῤῥώξ B*, 755. *ἀφυσγετός* (Tyrannio *ἀφύσγετος*). *Λ*, 495. *βηλός Λ*,591. Et. M. 196 (*Κράτης δὲ περισπῶν τὴν πρώτην συλλαβὴν Χαλδαϊκὴν εἶναι τὴν λέξιν ἀποδίδωσιν*). Herod. Arcad. 53. Quorum causas exponit Herodianus. An mavis cum quibusdam *ἐπισκοπός* quam cum Aristarcho *ἐπίσκοπος*, de quo Herodianus: „*καὶ γὰρ ἤδη ἡ συνήθεια ἐπίσταται τὴν τοιαύτην σύνθεσιν*“. *K*, 38. Quis porro Ascalonitae potius calculum adiiciat *δ*, 221 *νηπενθές τ᾽ ἄχολόν τε κακῶν ἐπιλήθον ἁπάντων* scribenti pro Aristarcheo adiectivo *ἐπίληθον* (ut *ἀντίτυπος*), quod sequitur Herodianus sch. h. l. *O*, 302 Aristarchus *Μέγην* „*καὶ ἐπείσθη ἡ παράδοσις*“. Contra Ptolemaeum et alios, qui requirebant *Μεγῆν*, ut *Ἑρμῆν* et *Ποδῆν*, egregie defensus ab Herodiano (cf. Choerobosc. Bekk. 1359). Cuius argumentis addi potest et hoc ipsum nomen apud Pindarum inveniri declinatum *Μέγα* Nem. VIII, 26, et pauca omnino videri contractionem passa esse et quaerendum esse, an propria in *έας*, quae sunt ab adiectivis, contrahi possint, *Πρωτέας*, *Ἀριστέας*, *Μεγαλέας* (Polyb. V, 87), et fortasse *Εὐρέας* et *Θρασέας**). Certe notiora ex hoc genere quae contracta dicuntur, *Ἑρμῆς*, *Ποδῆς*, *Κισσῆς*, *Θαλῆς*, *Ἀπελλῆς***), non sunt ab adiectivis. — Contra scripsit Aristarchus *Μενεσθῆν E*, 609, si fides schol. LV***). *Κατενῶπα* scripsit *O*, 320. Alexion et alii

---

*) Hoc ab subst. *θράσος* derivatur Et. M. 579, 25.

**) Nominativum tantum enotavi *Μέγης*, non *Μεγῆς*. — Vacillat *Μάνης* et *Μανῆς*.

***) Quod est in cod. B. L. *Μενέσθην. ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ὄρους Ὀρέστης, οὕτως ἀπὸ τοῦ μένος Μενέστης, καὶ μεταβολῇ Μενέσθης*, hoc non valet. Nam mutatur terminatio. Sic ab *Ὀρέστης* fit *Ὀρεσθεύς* Ath. 35. b. Ab *Μενέστης* novimus *Μενέσθιος* et *Μενεσθεύς*. Compara: *Εὔρυτος Εὐρυσθεύς*.

κατένωπα. Quod futilibus rationibus fulcit Herodianus; Aristarcheum defendit per metaplasmum ex ἐνωπῇ (ὡσεί τι κακὸν ῥέζουσαν ἐνωπῇ *E*, 374). Utcunque ἐνῶπα explicas non videtur alio loco habere posse accentum; inde κατενῶπα, quod sic scribendum sive ἐνῶπα substantivum est, sive (quod ego puto) adverbium, ut καταῦθι, ἐσαῦθις (κατιθύ, ἀποτηλοῦ, ἐξέτι) non reiecto accentu. Paradosis consensus testatus de λικριφίς Ξ, 363. διαμετρητῷ Γ, 344 (Ἀρίσταρχος περισπᾷ καὶ οἱ ἄλλοι· καὶ οὕτως ἔχει ἡ παράδοσις). De πινυτή *H*, 289 (cf. ὀνοτή. —? γενετή. ἀρετή). De ὠμηστής (quod Tyrannio volebat ὠμήστης et pro compos. habuit ab ἔδω) *X*, 67. cf. *A*, 454. *Ω*, 82. Non raro etiamnum occurrens voc. scriptum oxytonos. (Cf. ἀλκηστής). Nec iam post ea quae a nobis supra disputata sunt potest suspicio esse δῆμος et δημός tantum distinguendi causa ab eo inductum esse. (*Θ*, 240. Cf. *M*, 213. Eust. 710. 59). Nec hanc ob causam ἀκμηνός et ἄκμηνος (Eust. ad *Ψ*, 191 p. 1944, 30. schol. h. l. et Et. M. p. 49, 30, qui tamen locus turbatus est *). — De ὀνομάκλυτος non videtur dubitatum esse (*X*, 51. *K*, 109. Et. M. 215). Contra in ἀστρασι (de paradosi non traditum) plurimi et ipse Herodianus malebant ἄστρασι (ut ἔγκασι, πρόβασι), cum Aristarchus praetulisset ἀστράσι „ὡς πατράσι" *X*, 28. Vereor ne minus recte illi: nam ἔγκατα, πρόβατα speciem tertiae declinationis habent. Προςώ-

---

*) ἀκμηνός ab ἀκμή *Ψ*, 191 non potest dubium esse. „ὁ γὰρ διὰ τοῦ ηνός τύπος τὴν ὀξεῖαν ποθεῖ". Etym. Quid quod vel ἀμενηνός (cui ἀκμηνός comparari debet) oxytonon est, quamquam litteram privativam habet? — Quomodo in utroque quidam potuerint proparoxytonesin requirere (ne properispomenon dicam) non intelligo. Si quid dubitari licebat, licebat, an etiam ἄκμηνος pro ἄγευστος potius ἀκμηνός sit. — ἄκμηνοι καὶ ἄπαστοι Apollon. Rh. IV, 1295. ἄκμηνος δόρποιο Suid.

πασι similius est, quod tamen ipsum iam in nominativo declinatum *προςώπατα*. — In *ἐρύουσι* pro futuro ab Aristarcho erratum esse facile concesserim. Herodianus idem sequitur, Alexionem qui *ἐρυοῦσι* voluerat refutans: praesens dicit pro futuro positum, *ἐναλλαγῇ χρόνων*. Quod iudicium errore apud veteres grammaticos pervulgato nisum nec ab Aristarcho alienum putandum scio. Ergo si in hac re nihil habuit quod sequeretur quam iudicium suum ad errorem proclivis erat. v. Herod. *A*, 454. *Π*, 129*). — Mirum est quod dicitur *πρερύγος* scripsisse *B*, 316. *Ψ*, 875. Eust. *B*, 316 (p. 230, 40) *τὸ δὲ πτερυγος λάβεν ἀρέσκει τοῖς παλαιοῖς κατὰ τὴν Ἀριστάρχειον ἀνάγνωσιν, ὡς δ' ἄλλοι φασὶ κατὰ παράδοσιν ποροξύνειν, ἀπὸ εὐθείας ὀξυτόνου τῆς ἡ πτερύξ, ὃ δηλοῖ οὐ τὰ πτερὰ μόνα, τὸ μόριον δὲ μετὰ τῶν περικειμένων πτερῶν, καθὰ δηλοῖ καὶ Ἡρωδιανὸς εἰπὼν ὅτι τὰ εἰς υξ θηλυκὰ μονοσύλλαβα μὲν ὄντα ὀξύνεται· στύξ, νύξ, τρύξ. ὑπὲρ μίαν δὲ ὄντα συλλαβὴν βαρύνεται, κάλυξ, ἄντυξ, πομφόλυξ. τὸ πτερύξ σεσημείωται ὑπὸ Ἀριστάρχου ὀξυνθὲν διὰ τὸ ἐννοίας περιεκτικῆς εἶναι. οὕτω γάρ, φησίν, ἀνέγνωμεν ἐν τῇ β ῥαψῳδίᾳ.* Cf. Eust. ad *Ψ*, 875 (p. 1334, 20). *τὸ δὲ πτερύγος, ὃ δηλοῖ τὸ παρκῶδες τῆς πτέρυγος, κἀνταῦθα ὡς καὶ ἐν τῇ β ῥαψῳδίᾳ παροξύνει Ἀρίσταρχος τῶν ἄλλων προπαροξυνόντων* (puta apud Herodianum nominatos fuisse Ptolemaeum, Tyrannionem, Alexionem, cet.) *ὡς τὸ ὄρτυγος*. Sch. ADV ad *B*, 316. Et. M. 694 (Gud. 485). Tantum videmus Herodianum non ausum esse reiicere et fortasse non tam propter Aristarchum quam propter paradosin. — Difficilia iudicatu sunt *ἀνόπαια*, *α*, 322. *ἐπητής ν*, 232. *ἠθεῖε Z*, 518. — Quod rarissime factum ut Aristarchus

*) Cur *ὁτεδή* scribere maluerit nescimus sed quae contra disputat Herodianus *A*, 493 rem non tangunt. Tota quaestio enim orthographica est, ut *ἐπεὶ δή*, *ἐπειδή*.

non conspiraret cum paradosi, accidit in περκνος Ω, 316. et, quod unum ex omnibus miramur, in ἁμαρτή. E, 656 τὸ ἁμαρτῇ δασέως. περισπᾷ δὲ καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης καὶ οἱ πλείους. ὀξύνει δὲ ὁ Ἀρίσταρχος βουλόμενος αὐτὸ τοῦ ἁμαρτήδην ἀποκεκόφθαι. διὸ καὶ κατ' αὐτὸν χωρὶς τοῦ ι γεγράψεται. ἐπικρατεῖ μέντοι τὸ περισπώμενον, γενόμενον παρὰ τὸ ἅμα καὶ τὸ ἀρτᾶ. Cf. alt. schol. ib. et Φ, 162. Eust. 592. Hoc notandum Aristarchum adverbium ἁμαρτήδην (sic puto non ὁμαρτήδην) in Homero suo habuisse pro ὁμαρτήτην N, 584. Attamen satis mirari non possum tantopere hic Aristarchum a via sua deflexisse. Nam ἁμαρτή est etiam contra canonem adverbiorum in τη, monente Herodiano Φ, 162. — Quod Photius habet p. 200 λαβέ· ὀξυτονεῖν φασι τοὺς περὶ Ἀρίσταρχον παρὰ τὴν χρῆσιν καὶ τὸ ἔθος, pertinet ad aliquem locum scriptoris Attici, ubi scholiastae fusius de Attica prosodia λαβέ a vulgari usu (χρῆσις καὶ ἔθος) discedente exposuerant, qua in re ut in Homericis factum vidimus ad Aristarchi auctoritatem, a quo primo libri accentibus distincti erant, recurrerant. — Ex altera Photii nota p. 510 σησαμῆν περισπωμένως καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Σέλευκος· ἡ δὲ χρῆσις ἑτέρως intelligimus Aristarchum (pertinent haec quoque ad certum quendam poetae locum) ex analogia et usu antiquo dedisse σησαμῆ, quod posterior usus corruperat in σησάμη. — Quo minus temere fecisse putabimus quod contra ἀμυγδάλη scripsit et de fructu et de arbore, Athen. 53. a. In reliquis ex hoc genere quod sciam non fructus item dictus ut planta (σῦκον συκῆ, ῥόδον ῥοδῆ): quod plurimum interest. Fructus nomen ad arborem translatus est (ut ἐλάα); quamquam etiam ad reliquorum similitudinem dici poterat arbor ἀμυγδαλῆ.

N, 212 legimus ἰγνύην Ἰωνικῶς μετέβαλε τὸν τόνον, ἐπεὶ τὸ ἀκόλουθον ἴγνυά ἐστιν, ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ ιά τῆς καθόλου. Hunc locum tetigit Lobeck. Phryn. p.

30ȝ, non satis sibi clarum esse professus. Tetigit idem Herod. Φ, 242, sed nec eo clarius fit, nec observatione hac, quae est in Bekkeri Anecd. ind. *ἰγνύα. ὀρύα, Ἀρίσταρχος (?) συστέλλει τὸ α καὶ ἐκτείνει τὸ υ καὶ προπαροξύνει, ἐναλλαγὴν τόνου καὶ χρόνου πεποιηκώς, ὥς φησιν Ἡρωδιανός.* —

In schol. Pindaricis commemoratur Ol. V, 54 Aristarchum legisse *ὑγιέντα ὄλβον*, alios *ὑγίεντα* (ut *χαρίεντα*). Ad Homerum redimus.

§. 17. Eam legem qua plurimum profecit Aristarchus, quam sibi ubique posuit, hic quoque secutus est, ut quod ex Homero ipso effici posset, in iis huic uni duci sese addiceret.

Ad Ω, 8 (Et. M. 668, 30) *ἀλεγεινά τε κύματα πείρων Πάμφιλος περισπᾷ λέγων τὴν πρόσθεσιν τοῦ ι μὴ ἐξαλλάσσειν τὸν τόνον. εἰ δὲ περῶ οἶδεν ὁ ποιητὴς τὸ ῥῆμα καὶ περόωσι* (ζ, 272) *καὶ περάᾳ μέγα λαῖτμα* (ε, 174) *δῆλον ὅτι καὶ πειρῶν. ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος βαρύνων ἀναγινώσκει ὡς κείρων. φησὶ γοῦν οὕτω γενόμενος ἐπὶ τοῦ παννυχίη μὲν ῥ' ἦγε καὶ ἠῶ πεῖρε κέλευθον* (β, 434). „*τὸ πεῖρε διδάσκει ἡμᾶς καὶ τὴν πείρων μετοχὴν βαρύνειν. ὡς γὰρ ἔκειρε κείρων οὕτως ἔπειρε πείρων. εἰ γὰρ περιεσπᾶτο ἦν ἂν ὁ παρατατικὸς ἐπείρα. ἔστιν οὖν διττὸν τὸ ῥῆμα, καὶ τὸ μὲν σὺν τῷ ι* (ins. *οὐ*) *περισπασθήσεται*“. Cf. alterum schol.

A, 364 *βαρύνεται ἡ μετοχή* (στενάχων). *διδασκόμεθα δὲ ἐξ ἐκείνου· τοὺς δὲ βαρὺ στενάχων προσέφη κρείων Ἀγαμέμνων, χειρὸς ἔχων Μενέλαον, ἐπεστενάχοντο δ' ἑταῖροι. ἡ γὰρ ἐπίζευξις τοῦ ἐπεστενάχοντο διδάσκει ὅτι καὶ τὸ στενάχω βαρύνεται. εἰ γὰρ ἦν περισπώμενον, ἐστεναχοῦντο ἐγένετο ὡς ἐνεοοῦντο. καὶ ἡ κλίσις δὲ τοῦτο*

δείκνυσι· βαρὺ δὲ στενάχοντος ἄκουσα, οὐχὶ στεναχοῦντος, καὶ ἡ δοτικὴ „βαρὺ δὲ στενάχοντι“. Schol. BL sic: στενάχων, ὁ Σιδώνιος περισπᾷ, ὁ δὲ Ἀρίσταρχος βαρύνει· τὰ πολλὰ γάρ, φησί, κινήματα ὡς ἀπὸ βαρυτόνου γέγονεν· „βαρὺ δὲ στενάχοντος ἄκουσα“ (η, 98), „ἐστενάχοντο δ' ἑταῖροι“ (Δ, 154). Ariston. Ψ, 1 στενάχοντο· ἡ διπλῆ ὅτι εἰ ἦν στεναχῶν ὡς φρονῶν οὐκ ἂν οὕτως ἔλεγεν στενάχοντο· ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ τοῦ φέρων ἐφέροντο, οὕτως ἀπὸ τοῦ στενάχων στενάχοντο λέγει. — Δ, 154 στενάχων) ὅτι δεῖ βαρυτονεῖν τὸ στενάχων ὡς ὀρέγων. καὶ γὰρ στενάχοντο ὡς ὀρέγοντο.

Ξ, 421 ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἰάχοντες ὡς ὀρέγοντες· ὅθεν βαρυτονεῖν δεῖ ἰάχων ὡς ὀρέγων. Tyrannio ἰαχῶν E, 302 (ubi v. Herod.) et ἰαχοῦσα E, 343.

P, 688 κυλίνδει. Ἀρίσταρχος βαρύνει. ὑγιῶς πάνυ διὰ τὰ κινήματα· κυλίνδετο γοῦν φησιν (Θ, 81. λ, 598) οὐχὶ ἐκυλινδεῖτο, καὶ „ἡ δὲ κυλινδομένη καναχὴν ἔχε“ (Π, 794). διὸ καὶ βαρέως τὴν κυλίνδων ἀναγινώσκομεν „μέγα κῦμα κυλίνδων“ (ε, 296).

M, 337 γεγωνεῖν. Ὁ Ἀσκαλωνίτης βαρύνει ὡς ἀνύειν. Ἀρίσταρχος δὲ περισπᾷ ὡς φιλεῖν. καὶ ἔοικε μᾶλλον περισπώμενον εἶναι παρὰ τῷ ποιητῇ. ὡς γὰρ ἐνόεον καὶ ἐφίλεον, οὕτως καὶ ἐγεγώνεον ἔφη. ἠμὲν ὅσ' ἐφρασάμην καὶ Τηλεμάχῳ ἐγεγώνεον (ρ, 161, — νευν). ἀπαρέμφατόν τε προηνέγκατο τὸ γεγωνέμεν „ἦ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε γεγωνέμεν“ (Σ, 223). προσέθηκα δέ παρὰ τῷ ποιητῇ, ἐπεὶ οἱ μετ' αὐτὸν καὶ ὡς βαρύτονον αὐτὸ ἔκλιναν καὶ ὡς περισπώμενον.

M, 201 ὑψιπέτης. Ἀρίσταρχος ἐβάρυνεν εὑρὼν τὸ „ὠκυπέτα χρυσέῃσιν ἐθείρῃσιν“ (H, 42) οὕτως κεκλιμένον ὡσεὶ καὶ ἀπὸ τοῦ παντοπώλης παντοπῶλα. πρόδηλον δὲ κἀκ τῶν διαλέκτων. ὑψιπέτας γὰρ εὑρέθη. —

E, 511 ἀρηγών. Ἀρίσταρχος ὀξυτόνως· καὶ δῆλον ἐκ τῆς πλαγίου „δοιαὶ μὲν Μενελάῳ ἀρηγόνες“ (*Δ*, 7*).

C. II.

De interaspiratione.

Rem explicabo paene ieiunam nec multum utilitatis allaturam, sed tandem aliquando intelligendum est quid sibi illa interaspiratio velit, quae frequenter veteres grammaticos legentibus offertur.

§. 1. De vocabuli ἄαπτος etymo et significatione quae quamque discrepantes fuerint grammaticorum sententiae accurate ab Herodiano expositum legas in Schol. Ven. *A*, 567 ἀάπτους: οὕτως ψιλῶς προενεκτέον· οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος. ἤκουε δὲ τὰς δεινὰς καὶ ἀπτοήτους. ὁ δὲ Ζηνόδοτος καὶ αὐτὸς

---

*) De enclisi et anastrophe Aristarchi doctrinam quatenus innotuit una cum reliquorum grammaticorum praeceptis exposui in quaestionum epicarum specimine primo. Quem libellum nec totum huc transferre possum nec commode dissolvi potest. Si quidem Aristarchi studia doctorum studia excitasse videro faciam ut ille libellus plurium in manus venire possit.

ὁμοίως τῷ πνεύματι, εἰς τὰς ἰσχυράς δὲ μετελάμβανεν*). ἐν δὲ ταῖς Ἀριστοφάνους γλώτταις διὰ τοῦ ε ἐγέγραπτο ἀέπτους**): εἰσὶ δὲ οἱ ἀπροσπελάστους ἀποδιδόασιν, ἀπὸ τοῦ ἅψασθαι, ὧν οὐδεὶς ἂν ἅψαιτο δι' ἰσχύν. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ παρὰ τὸ ἰάπτω γεγενῆσθαι, ὃ σημαίνει τὸ διαφθείρω καὶ βλάπτω. ἔνθεν τὸ „πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν". καὶ μέσον αὐτοῦ κατ' ἔλλειψιν τοῦ α „μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν" (*A*, 454)· ἔνθεν καὶ ὁ ἴψ· ἔστι δὲ θηρίον διατρῶγον τὰ ξύλα. ἀπὸ δὴ τούτου τοῦ ἰάπτω τὸ ἀϊάπτους ἦν, καὶ κατ' ἔλλειψιν τοῦ ι ἀάπτους ἤτοι τὰς μὴ δυναμένας διαφθαρῆναι καὶ βλαβῆναι κατ' ἐπίτασιν τὰς ἄγαν δυναμένας βλάψαι καὶ διαφθεῖραι. Quae hinc in commentarios suos transtulit Eust. p. 150, hoc unum addens Aristophanem cum scriberet ἀέπτους intellexisse οἱονεὶ ἀῤῥήτους, ἃς οὐ δύναταί τις εἰπεῖν, ἢ δυσπαρακολουθήτους, αἷς οὐ δυναταί τις ἕπεσθαι (cf. Schol. D ad l. l.): quod fluctuat in Aristophanis lectione interpretanda, iure dubites, num grammatici illius sententia ad haec tempora pervenerit, Herodiani sententiam in lexico suo exposuit Suidas. Nec reliquorum glossographorum verba, unde nil novi edocemur, transscribere operae pretium videtur, duobus exceptis, unde novae grammaticorum accedunt auctoritates. Phot. ἀάπτους· οἱ μὲν δασύνοντες τὸ δεύτερον α ἀκούουσιν ἀπροσπελάστους, ὧν οὐκ ἄν τις ἅψαιτο· οἱ δὲ ψιλοῦντες ἀπράκτους (l. ἀπτοήτους)· οἱ δὲ τὰς ανεκφεύκτους καὶ χαλεπάς. Ἀππίων δὲ δασύνει· βού-

---

*) Cf. schol. Θ, 209. de απτοεπές .... ἢ παρὰ τὸ ἁπτόν τὸ ἰσχυρόν. Sed propter Aristarchum hoc totum apponendum est: ἡ διπλῆ ὅτι δασύνουσιν ἁπτοεπές, Ἀρίσταρχος δέ ψιλοῖ. ἐμφατικώτερον δὲ τό ψιλοῦν καὶ ἴσως ἦν παρὰ τὸ πτοεῖσθαι ἡ ἄγαν πτοοῦσα ἢ παρὰ τὸ ἁπτόν τὸ ἰσχυρὸν, ὥστε εἶναι δεινοεπές.

**) sch. *N*, 318 pro Ἀρίσταρχος lege Ἀριστοφάνης.

λεται γὰρ ἀποδιδόναι, ὧν οὐκ ἄν τις ἄψαιτο ἢ τὰς πολλοῖς προσπελαζούσας: Etym. M. 1, 35 ὅτε κέν τοι ἀάπτους χεῖρας ἐφείω — παρὰ τὸ ἅπτω ἅπτοὺς καὶ ἀάπτους, ἤγουν τὰς ἄγαν ἁπτομένας· ἢ ὧν οὐκ ἄν τις ἄψαιτο, οἱονεὶ ἀπροσίτους ἀπροσπελάστους· τὸ δὲ καθαπτὸς ἐν πεύκῃσι Παρνασοῦ, παρ' Εὐριπίδῃ — ἐκ τοῦ καθάπτω γέγονε, καθαπτός. οὕτω Φιλόξενος.

2) Herodianus ad Ω, 235 ἐξεσίην) Ἀρίσταρχος δασύνει τὴν δευτέραν συλλαβήν. παρὰ γὰρ το ἴημι, φησίν, ἐγένετο. ἐπιφέρει γὰρ „πρὸ γὰρ ἧκε πατὴρ ἄλλοι τε γέροντες". παρὰ δὲ τὸν ἥσω μέλλοντα ἡ ἑσία ἐγένετο καὶ ἡ ἐξεσία ὡς καὶ παρὰ το θήσω θεσία· πῇ δὴ συνθεσίαι τε (B, 339). τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τοῦ „τῶν ἕνεκ' ἐξεσίην". οὕτως δὲ καὶ Νικίας. Νεοπτόλεμος δὲ ὁ Παριανός, λέγων παρὰ τὸ ἐξιέναι πεποιῆσθαι τὴν λέξιν, οἷον τὴν ἔκπεμψιν, ἀξιοῖ ψιλοῦν· ἄμεινον δὲ τῷ Ἀριστάρχῳ πείθεσθαι· ἠπίστατο γὰρ ὁ ποιητὴς καὶ τὸν ἥσω μέλλοντα δασυνόμενον „ἥσω γὰρ καὶ ἐγὼ" (P, 515). παρὰ δὲ τοὺς μέλλοντας ὁριστικοὺς ἐγένετο τὰ τοιαῦτα ὀνόματα οὐ παρ' ἐνεστῶτας ἀπαρεμφάτου ἐγκλίσεως. θύσω γοῦν θυσία, ἄξω ἀξία, δώσω δοσία· οὕτως οὖν καὶ παρὰ τὸν ἥσω ἑσία καὶ ἐξεσία. Transtulit summam rei in commentarios suos Eust. p. 1347.

3) Herodian. Ω, 247 δασέως δίεπ' παρὰ τὸ ἔπω δασυνομένου· οὕτως καὶ Ἀρίσταρχος καὶ οἱ πλείους. οἷον διὰ τῶν ἀνδρῶν ἐπορεύετο καὶ διΐστα αυτούς. καὶ οὕτως ἔχει τὰ τῆς ἀναγνώσεως. cf. sch. A ad B, 207 δίεπε. διὰ τοῦ στρατοῦ ἐνήργει· πρόδηλον δὲ κἀκ τῆς συναλοιφῆς, ὡς ἔφεπε. Quod qui dubitari potuerit, disces ab Eustathio p. 203, 10 ἔστι δὲ διέπειν τὸ τάσσειν ἀπὸ τοῦ ἔπω τὸ λέγω ἢ καὶ ἐκ τοῦ ἔπω τὸ ἀκολουθῶ. Hesych. δίεπε διεῖπε*), διέτασσε.

---

*) Oed. Tyr. 847. H.

4) *N*, 381 ἀλλ' ἔπευ, ὄφρ' ἐπὶ νηυσὶ συνώμεθα ποντοπόροισιν
ἀμφὶ γάμῳ.

Hoc loco Herodianus: *συνώμεθα. τοῦτο δὲ Ἀρίσταρχος δασύνει, ὑγιῶς. ταὐτὸν γὰρ τῷ συνθώμεθα· ἐσχημάτισται οὖν ἀπὸ τοῦ ἵημι. δηλοῖ οὖν τὸ κατὰ τὸ αὐτὸ ἀφῶμεν τὰ τῆς διανοίας· εἰσὶ μέντοι οἳ ἐψίλωσαν οὐκ εὖ. X*, 1261 *συνημοσύναι*: quod ad suam muniendam sententiam non videtur ab Aristarcho neglectum fuisse. v. Apollon. lex. p. 746. Qui secus acceperunt, praesens formae mediae verbi *εἰμί* ad similitudinem formarum *ἔσο, ἧμην, ἔσομαι* adhibuisse perspicuum est. V. Eustathius ad *v*, 106. Herod. *O*, 10.

5) *Π*, 558 κεῖται ἀνήρ, ὃς πρῶτος ἐσήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν,
Σαρπηδών —

Hic locus advertit attentos Homeri lectores, quod non Sarpedonem sed Hectorem primum in Graecorum munimenta insiluisse antea poeta cecinerat *M*, 437 *πρίν γ' ὅτε δὴ Ζεὺς κῦδος ὑπέρτερον Ἕκτορι δῶκεν, Πριαμίδῃ, ὃς πρῶτος ἐσήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν* et 462 *ὁ δ' ἄρ' ἔσθορε φαίδιμος Ἕκτωρ*. cf. 465 *οὐκ ἄν τίς μιν ἐρυκάκοι ἀντιβολήσας, Νόσφι θεῶν, ὅτ' ἐσᾶλτο πύλας*. Sarpedonem contra dixerat tantummodo muri pinnas primum disturbasse *M*, 397 *Σαρπηδὼν δ' ἄρ' ἔπαλξιν ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσιν Εἶλχ' ἡ δ' ἔσπετο πᾶσα διαμπερές*. Quare nonnulli, atque in his Lysanias, grammaticus antiquissimus, Eratosthenis magister (Suid. s. Ἐρ.) eo loco, de quo disputamus, intellexerunt *ἐσήλατο*, h. e. concussit, a verbo quodam *σάλλεσθαι*. Sic enim haud dubie voluerunt, ut *πάλος πάλλεσθαι* (v. Heysch.) sic *σάλος σάλλεσθαι*, non *σάλειν*, uno *λ*, ut apud Eustathium scriptum est. Iam ipsam difficultatem et quo pacto dissolverint verbis Herodiani accipe: *Ἀρίσταρχος καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ*

δασύνουσι, Αυσανίας (Πορφύριος V.*) δὲ ψιλοῖ, προσνέμων τὸ σ τῷ η· σάλασθαι (l. σήλασθαι cum Eustathio) γάρ φησι σημαίνειν τὸ ἀποσπᾶν καὶ σαλεύειν. ὁ δὲ σαλεύσας πρῶτον τὸ τεῖχος Σαρπηδών ἐστιν, ὁ δὲ εἰςπηδήσας Ἕκτωρ. φησὶ γοῦν· Σαρπηδὼν δ' ἔπαλξιν ἑλὰν χερσὶ στιβαρῇσιν ἔλχ', ἡ δ' ἔσπετο πᾶσα". ἐπὶ δὲ τοῦ Ἕκτορος „ῥῆξε δ' ἀμφοτέρους θαιρούς", εἶτα ἐπιφέρει „ὁ δ' ἔσθορε φαίδιμος Ἕκτωρ". ἄμεινον δὲ πείθεσθαι Ἀριστάρχῳ δασύνοντι, ἐκδέχεσθαι δὲ ἡμᾶς οὕτως τὸ ἐςήλατο, ὅτι πρῶτος ἐφήλατο καὶ ἐπεπήδησε τῷ τείχει. [ὅρα γοῦν ὡς οὐκ εἶπεν ὅτι πρῶτος διῆλθεν. ὁ μὲν γὰρ Ἕκτωρ πρῶτος διῆλθεν, ὁ δὲ Σαρπηδὼν πρῶτος ὥρμησεν ἐπὶ τὸ τεῖχος· „ὣς ῥα τότ' ἀντίθεον Σαρπηδόνα θυμὸς ἀνῆκε τεῖχος ἐπαῖξαι" (M, 308) ὥστε τὸ ἥλατο ταὐτὸν εἶναι τῷ ὁρμῆσαι]. Ultima verba, quae et ab antedecedentibus discrepant nec exstant apud Eustathium, ab homine nescio quo male sedulo inconcinne assuta sunt. Apud Eustathium eadem legimus p. 1075, sed is refert praeterea primum Aristarchum cum ἐςῆλατο praeferret explicuisse ἐφήλατο, tum alteram lectionem non admodum placuisse veteribus, καὶ οὐδὲ πάνυ ἀποδεκτέα τοῖς παλαιοῖς (ἡ ἐξήγησις), denique Apionem et Herodorum (i. e. Herodianum) in hoc loco explicando cum Aristarcho stetisse: quod ipsi vidimus.

6) Schol *A* ad Σ, 77 ὁ Ἀσκαλωνίτης ἀεκήλια οἷον οὐχ ἥσυχα οὐδὲ εἰρηνικά, ἐπεὶ ἔκηλος ὁ ἥσυχος, ὥστε στέρησιν αὐτῶν ἐκδέχεσθαι. οὕτως δὲ καὶ Ἀρίσταρχος οἷον ταραχώδη. ἢ ἀκούσια ἃ οὐκ ἂν τις ἑκὼν πάθοι. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀλεξίων. —

---

*) Nomen Porphyrii, quem hunc locum eadem ratione interpretatum esse Eustathius testis est p. 1075, commentator longe recentissimus, cui scholia V. debentur, pro Lysania minus sibi cognito substituit. Porphyrii est alterum scholion in Venetis ad h. l.

7) Ψ, 34 ἡ διπλῆ ὅτι ψιλῶς προενεκτέον κοτυλήρυτον· οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ῥύσεως ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἀρύσαι. κοτύλη δὲ εἶδος ποτηρίου κοίλου. Ἀρίσταρχος πολὺ ὥστε κοτύλῃ ἀρύσασθαι (Cf. Et. Gud. p. 341, 20 κοτυλήρυτον — παρὰ τὸ ἀρύσω ἄρυτον καὶ ἐν συνθέσει κοτυλήρυτον ὥστε ψιλωτέον τὸ ρ).

8) Ω, 110 αὐτὰρ ἐγὼ τόδε κῦδος Ἀχιλλῆι προτιάπτω. Ἀπολλόδωρος καὶ Ἀρητάδης καὶ Νεοτέλης καὶ Διονύσιος ὁ Θρᾷξ διὰ τοῦ τ τὴν πρόθεσιν γράφουσι καὶ δασύνουσι τὸ α, ἵνα ᾖ προσάπτω ἀνατίθημι. οἱ δὲ χωρὶς τοῦ τ ἔγραψαν καὶ ἐψίλωσαν τὸ α, ἵνα ταὐτὸν ὑπάρχῃ τῷ προιάλλω οἷον δίδωμι, προσπεύδω. οὕτως δὲ καὶ Ζηνόδοτος καὶ Ἀρίσταρχος ἐν τοῖς πρὸς Κωμανόν.

9) Ε, 289 ταλαύρινον Ἀρίσταρχος ψιλοῖ τὸ ρ. οὐ γάρ φησι σύνθετον δεῖ νοεῖν τὸν σχηματισμόν, ἀλλὰ κατὰ ἁπλῆν ἔννοιαν, τὸν εὔτολμον καὶ ἰσχυρόν. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀριστοφάνης. Τρύφων δὲ σύνθετον αὐτὸ ἐκδέχεται, παρὰ τὸ ταλαὸν καὶ τὴν ῥινόν, ὁμοίως τῷ ταναόποδα ταναύποδα. εἴτε δὲ λεκτὸν ἔχει τὸ ἐπὶ τέλους εἴτε παρέλκει, ὀφείλει φυλάττεσθαι τι πνεῦμα. οὕτως γὰρ διελάβομεν καὶ περὶ τοῦ μελιηδέος οἴνου, ᾧ καὶ αὐτὸς συγκατατίθεται. ἡ μέντοι παράδοσις ἐπείσθη Ἀριστάρχῳ. Recepit haec Philemon lex. technol. p. 150 Os. — Hoc loco miramur Aristarchum neque dubito quin plerique una nobiscum miraturi sint. Itaque dubitamus Eustathio aures praebere de Aristarchi rationibus aliter tradenti ac probabilius? p. 549 ἔστιν οὖν ἐκ τοῦ τάλας καὶ τοῦ ῥινὸς ταλάρινος καὶ πλεονασμῷ αἰολικῷ τοῦ υ ταλαύρινος, ὡς ἄρηκτος αὔρηκτος. διὸ καὶ τῶν παλαιῶν οἱ μὲν ἐψίλουν τὸ ρ τοῦ ταλαύρινος, ὡς καὶ Ἀρίσταρχος· οἱ δὲ ἐδάσυνον, ὡς ἁπλῶς ἀπὸ τοῦ ῥινός γενόμενον, καθὰ προεῤῥέθη. At ego auctor sim, ne quid contra Herodianum credamus Eustathio. Res haec est: ut alii grammatici sic Aristarchus putat in com-

positis nonnunquam alteram significationis partem delitescere (*Π*, 768. *X*, 319): et quidem ita saepe ut nos nec intelligamus cur ita velit nec quid consequatur. Attamen factum est: et suam in hac re sententiam ut indicaret spiritu usus est: ubi delitescere significationem indicare volebat, mediam aspirationem non posuit. Sic in vocabulo *εὐρυὸδείης*. *Π*, 635. Idem docuere de *ὠκύαλος*, „*τάχα ἐπεὶ μηδὲν ἄλλο ἢ τὸ ὠκύ ἐκ τῆς λέξεως σημαίνεται*“, *O*, 705. Et. M. 471: et in exemplis Homericis hoc verbum *ψιλῶς* circumferebatur „*ἐψίλωσαν τὸ α, παραγωγὴν δεξάμενοι καὶ οὐ σύνθεσιν. καὶ οὕτως ἡ παράδοσις ἐπείσθη*“ (Schol. Ven. l. l.). Improbat Herodianus et improbabat in similibus: *Δ*, 346 in verbis *δασυντέον τὸ μελιηδέος* eius iudicium agnoscimus: v. schol. *E*, 289 modo adscriptum: refutandi erant, qui aliter statuerant. Etym. M. p. 577, 29 *μελιηδέα ψιλῶς· ἀρκεῖ γὰρ τὸ μέλι πρὸς τὸ ἐμφανίσαι τὴν ἡδονήν*. Hesych. *μελιηδές μελιτῶδες, ἥδιστον. διὸ καὶ ἐψιλοῖτο. παρῆχθη γὰρ παρὰ τὸ μέλι. ἔνιοι δὲ ὡς μέλι ἡδύ. διὸ καὶ ἐδάσυνον.*

Aliud ex hoc genere est quo ad Aristarchum reducimur. Hoc est Sch. V ad X, 332 (*ἐμὲ δ' οὐδὲν ὀπίζεο νόσφιν ἐόντα*) *οὐδὲν ψιλῶς, ἵνα παρέλκῃ τό δέν. δύναται δὲ καὶ δασέως*. cf. ad 512. Schol. A ad *A*, 244 *πλεονάζει τὸ δεν. ἰσοδυναμεῖ γὰρ τῷ· οὐκ ἔτισας· Ἀρίσταρχος παρέλκειν λέγει τὸ δεν, Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν γλώσσαις εἶναι τὸ πλῆρες οὐδὲ ἕν. πολλοῖς γὰρ καὶ τῶν ἄλλων γραμματικῶν δοκεῖ τρία εἶναι μέρη λόγου, οὐ καὶ δὲ καὶ ἕν*. Quod nec Ar. nescivit. Ad Aristarchum pertinet etiam schol. *Π*, 274 *οὐδέν. ἢ διπλῆ ὅτι τὸ δεν παρέλκεται ἔστι γὰρ ὅτι τὸν ἄριστον τῶν Ἀχ. οὐκ ἔτισεν*. Et *Ω*, 370.

Haec quì consideraverit testimonia, facillime per-

spiciet, cui rei Aristarcho illi spiritus in mediis vocabulis servierint. Scilicet si de verbo aliquo vel alii dubitaverant vel videbatur dubitari posse utrum illud compositum sit an minus, utrum cum voce a leni spiritu incipienti compositum an ab aspero, quid ipsi videretur illorum signorum ope adhibita indicabat. Quae apparet cum reliquis accentibus uno eodemque loco habenda esse. Usus est simul in compositis ut indicaret, utrum secunda pars vocis expressam significationem haberet, an delitesceret: quod discipulos scire volebat*).

§. 2 Et de Aristarcho diserta quidem praeter ea quae congessimus testimonia desunt, quibus in vocibus de illa in mediis vocabulis aspiratione locutus sit. Sed licet tamen de pluribus suspicari, de nonnullis paene pro certo affirmare. — Et. M. p. 779, 9 *ὑπερικταίνοντο. πόδες δ' ὑπερικταίνοντο* (Ψ, 3) *Κράτης τὸ ἄγαν ἐφάλλοντο* (l. *ἐπάλλοντο*) *ὑπερικταίνοντο* (l. *ὑπερεξετείνοντο*). *Λυσανίας ἐπὶ τοῦ τρέμειν φησὶ τετάχθαι***). *ἢ δασύνεται, ὥστε εἶναι ὑπερικνοῦντο. οἱ δὲ πόδες διϊκνοῦντο διὰ τὴν χαρὰν ὑπὲρ τὸ μέτρον τῆς δυνάμεως.* Cum his conferas schol. ad l. l. *ὑπερικταίνοντο*) *Ἀρίσταρχος ἀνεπάλλοντο καὶ ἐκινοῦντο*

*) Antiqui grammatici haud dubie pro signo spiritus usi sunt „*τὸ διχοτόμημα τοῦ H*“ (Choerobosc. Bekk. p. 780.) Hanc formam describit Priscian. de acc. c. 2. Schol. Dion. gr. (qui ex. codd. indiciis videtur vel Porphyr. vel Theodosius esse) p. 683. Alius p. 692. Diomedes ib. 780. Cf. Apul. de nota aspirationis §. 39. — Semicircularem ii qui scripserunt quae edita sunt Arcad. p. 188. 191. (Cf. Mazocch. T. H. 127. not. 14). — Illi simul hanc formam habent, circumflexi *A*, hi alteram nobis usitatam.

**) Lysaniam lectionem *ὑποακταίνοντο* ante oculos habuisse suspicatur Ruhnkenius ad Tim. p. 21.

προθυμουμένης αὐτῆς βαδίζειν ταχέως, μὴ δυναμένης δέ, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ διὰ τὸ γῆρας· οἱ δὲ (ins. Κράτης) ὑπερεξετείνοντο. ἄμεινον δῆθεν ἐκινοῦντο, παρὰ τὸ ἵκταρ, ὅ ἐστιν ἐγγύς. καὶ γὰρ προείρηκε, γούνατα δ' ἐρρώσαντο. ταχέως οὖν ὑπερικνοῦντο, ὅ ἐστι παρεγίνοντο. Apollon. lex. Hom. p. 804. ὑπερικταίνοντο. Τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἐν τῇ Ῥαψῳδίᾳ· ὁ γὰρ Ἀρίσταρχός φησι ἄγαν ἐπάλλοντο, προθυμουμένης αὐτῆς βαδίζειν μὲν ταχέως, μὴ δυναμένης δὲ, ἀλλὰ κατὰ βραχὺ, διὰ τὸ γῆρας. (Sensum expressit ut Virgilius: studio properabat anili IV, 641). φαίνεται τοίνυν τὸ πλῆρες κατὰ Ἀρίσταρχον ἐρικταίνοντο. καὶ δῆλα τὰ τῆς ἀναγνώσεως· ἔνιοι δὲ — Quae quamvis plena confusionis et obscuritatis sint, tamen illud apparet et primis iam nascentis grammaticae temporibus de hac voce dissensum fuisse et sententiam suam explicuisse Aristarchum et totam de eo vocabulo disputationem cum quaestione de media aspiratione arctissime coniunctam fuisse, cum quidam ἱκνεῖσθαι inesse putarent, alii aliud: quanta dubitandi fuerit opportunitas magis etiam patebit Eustathium conferenti ad. l. l. p. 1936. De vocabulo ἵκταρ vel ἴκταρ, quod ad explicandum adhibetur, vid. Schol. Theog. 691 et Ruhnk. Tim. p. 149. —

Denique cum Hellanicus Aristarchi aequalis sit (v. Grauert Rhein. Mus. I, 3 p. 208) propter eius dubitationem suspicari licet et ipsum Aristarchum ad β, 185 quaestionem de interaspiratione tetigisse. Scil. β, 185 hoc schol. est: ἀνιείης δασυνητέον. ἔστι γὰρ ἀντὶ τοῦ ἀναπείθοις ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κυνηγῶν τῶν ἐφιέντων τοὺς ἱμάντας τοῖς κυσί. ψιλοῖ δὲ Ἑλλάνικος παρὰ τὴν ἀνίαν ἐκδεχόμενος τὸ λυποίης· εἰ δὲ τοῦτο, ἐχρῆν γράφειν ἀνιῴης· τοιαύτη γὰρ ἡ δευτέρα συζυγία. Apponam de Hellanico Grauerti verba p. 208 „zugleich erscheint er als einer der Grammaticer, welche im Ho-

mer alle Dialecte fanden". Sc. eas etiam quas olim dialectos fuisse fingebant.

Atque has de medio spiritu disputationes sicuti a principibus grammaticis institutae fuerunt, valuisse deinceps in commentariis Homericis ex locis allatis affatim constitit. Reliquum est ut ceteras, quae ad haec carmina pertinent, eius generis quaestiones, auctorum nominibus nunc magna ex parte carentes, sed ex Herodiani prosodiis Homericis excerptas paene omnes, huc conferam.

Etym. M. p. 340, 25 *δασύνεται δὲ τὸ ἐνέτησιν ἀπὸ τοῦ ἐνίεσθαι τοῖς ἱματίοις.* Pertinet ad Ξ, 180. Locus Etymologici illinc petitum scholion est. —

Z, 348 *ἔνθα με κῦμ' ἀπόερσε, πάρος τάδε ἔργα γενέσθαι.*

Schol. A *ἀπόερσε· ψιλωτέον· τὰ γὰρ φωνήεντα καταλήγοντα εἰς τὸ ρ ἐπιφερομένου τοῦ σ ψιλοῦσθαι φιλεῖ, ἄρσαντες — οὕτως γὰρ ἐλέγομεν περὶ τούτου καὶ ἐν τῇ Α ῥαψῳδία* (136) — cet. Haec Herodiani sunt. — Cf. Etym. M. 377, 40.

Ω, 540 *ἀλλ' ἕνα παῖδα τέκεν παναώριον* — Schol. A *παναώριον*) *οἱ μὲν ἐδάσυναν, ἵνα ἐκδέξωνται τὸν κατὰ πάντα ἄωρον. οἱ δὲ ἐψίλωσαν ἐκδεχόμενοι τὸν εἰς πάντα πεφροντισμένον. ἄμεινον δὲ τὸ πρότερον. τοῦτο γὰρ ἐθέλει σημαίνειν.* Cf. Eust. 1364 *παναώριον δὲ ἢ τὸν πάντῃ ἄωρον λέγει, παρὰ τὴν ὥραν τὸν καιρόν, διὸ καὶ ἐδασύνετο παρά τισι κατὰ τὴν προπαραλήγουσαν. ἢ παρὰ τὸ τὴν ὥραν τὴν φροντίδα, τὸν πάνυ πεφροντισμένον. ἢ ἀνάπαλιν ὡς ἐν ἤθει τὸν πάνυ δίχα φροντίδος, ὅθεν τινὲς καὶ ἐψίλουν αὐτό. νοῆσαι γὰρ φιλαύτως τὸν πάντῃ ὡραῖον, ἅ δή τινες εἶπον, ὀκνήσοι τις ἄν.*

N, 450 ὃς *Μίνωα τέκεν, Κρήτῃ ἐπίουρον.* Aristarchus *ἐπίουρος* ut *ἐπίκουρος*: interpretatus *τὸν φύλακα· μέμνηται δὲ καὶ ὁ Δίδυμος τῆς ἀποδόσεως. ἐκεῖνο δὲ προστίθησιν ὁ Τρύφων ὅτι ὁ ἐπίουρος, ὡς ἐπίσκοπος, οὐ πάντως ἔχει ἐγκείμενον τὸν οὐρὸν τὸν φύλακα κατὰ ταύτην τὴν ἀπόδοσιν· τί γὰρ κεκώλυκε παρὰ τὸ ὁρῶ εἶναι ἐπίορον καὶ ἐπίουρον τὸν ἐπιορῶντα, ἐψιλῶσθαι δὲ διὰ τὴν ἐπένθεσιν τοῦ υ* (v. Eust. p. 149. Apollon. de adv. 558, cl. pron. p. 72. Tzetz. exeg. Il. p. 62. Schol. Ven. *Ξ*, 340) *καὶ ἡμεῖς δὲ συγκατατιθέμεθα τούτοις.* Herodiani verba sunt. —

Φ, 262 *χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ) τινὲς ἐδάσυναν τὸ προαλεῖ, παρὰ τὸ ἄλλεσθαι ἐκδεχόμενοι τὸν σχηματισμόν. ἄμεινον δὲ ψιλοῦν, ὡς καὶ ὁ Ἀσκαλωνίτης, φάσκων ἀπὸ τοῦ ἀλίζεσθαι γεγενῆσθαι, τουτέστιν ἀθροίζεσθαι, ὥστε σημαίνεσθαι τὸ κατωφερῆ. καὶ γὰρ τοῦ χωρίου ἐστι τὸ ἐπίθετον.* —

μ, 89 *τῆς ἤτοι πόδες εἰσὶ δυώδεκα πάντες ἄωροι) ἄωρος* derivant nonnulli, ut Eustathius ait, ab *ὠρεῖν τὸ φυλάσσειν*, alii aliter, *ἔνιοι δέ, φασί, δασέως ἀναγινώσκουσιν· ἵνα εἶεν ἄωροι οἱ ὠμοὶ καὶ σκληροὶ καί ἄγριοι, ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀώρων καὶ μὴ πεπόνων ἤτοι πεπείρων καρπῶν. ἔνθα ὅρα τὸ δασέως ἀναγινώσκουσιν ὡς τοῦ ω μεγάλου ἐνταῦθα ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις ἑρμηνείαις ψιλουμένου, ἐν δὲ τῇ ῥηθείσῃ δασυνομένου διὰ τὴν ὥραν, ἡ δηλοῖ τὸν καιρόν. ὅτι δὲ οἱ παλαιοὶ ἐν μέσῳ λέξεων ἐπνευμάτιζον τὰ φωνήεντα καὶ ἡ ἰλιὰς δηλοῖ.*

Ξ, 340 *τὸ εὔαδεν ὁ Ἀσκαλωνίτης ψιλοῖ, λέγων ὡς ὅτι τὰ δασυνόμενα ἐν τῇ ἐπενθέσει τοῦ υ ψιλοῦνται ὡς ὅλος οὖλος. οὕτως οὖν καὶ τὸ ἕαδεν εὔαδεν γένοιτο ψιλούμενον. ἐγὼ δὲ πρὸς τήν συνήθη ἀνάγνωσιν* (l. *ἐγὼ δὲ προστίθεμαι τῇ σ. ἀ.*) *δασύνουσαν* (l. *σῃ*) *τὸ α, ψιλοῦσαν δὲ τὴν ευ δίφθογγον. καὶ ἔχομεν ἐκεῖνο εἰπεῖν, ὡς εἰ ἴδιον συνθέτων λέξεων τὸ καὶ κατὰ μέσον δασύνε-*

σθαι, οἴδαμεν δὲ καὶ τὸ ἅδε ῥῆμα συνεχῶς παρὰ τῷ ποιτῇ (add. δασυνόμενον), εἰκότως ἂν φήσαιμεν ὅτι τὸ εἶ ἐπίῤῥημα προσῆλθεν καὶ οὕτως ἐφυλάχθη τοῦ ῥήματος ἡ δασεῖα ὡς ἐν λέξει συνθέτῳ· τὸ μέντοι ἔαδε διαίρεσις ἐστι τοῦ ἧδε. Herodiani.

A, 358 κατασίσατο;

ὄφρα δὲ Τυδείδης μετὰ δούρατος ᾤχετ' ἐρωὴν,
τῆλε διὰ προμάχων, ὅθι οἱ κατασίσατο γαίης,
τόφρ'. —

Schol. A κατασίσατο ψιλωτέον· ἀπὸ γὰρ τοῦ εἴδω βαρυτόνου ὁ σχηματισμός. Sch. BL ἐφάνη παρὰ τὸ εἴδω· ἢ κατήχθη, παρὰ τὸ εἴω τὸ δηλοῦν τὸ πορεύομαι. Mirum esset, si Herodianus tam perverse hunc locum intellexisset ut verbum κατασίσατο ab εἴδω derivaret atque per ἐφάνη explicaret „ubi ei humi apparebat hasta". Hoc illis posterioribus relinquendum, quorum commenta in Scholiis B et L legimus, unde illud εἴδω in scholion codicis A puto invito auctore migrasse. Equidem ab Herodiano putaverim εἴω profectum esse. Inquisiverunt enim veteres in rationes, cur lenis esset verbi εἶμι appellatio: Eust. p. 1407 ψιλοῦται δὲ τὸ εἶμι καὶ τὸ εἶς ἀντὶ τοῦ πορεύῃ, ἔρχῃ διὰ τὴν ἐπένθεσιν τοῦ ι· ἄλλως γὰρ δασύνεσθαι ὤφειλεν ἀπὸ τοῦ ἔω τὸ πορεύομαι. Forma εἴω ubique a grammaticis adhibita in formis vocabuli εἶμι explicandis, E. M. 121, 29. Schol. Hes. Scut. 23. — Fortasse fuerunt, qui eo de quo dicimus loco κατασίσατο a καθ — ἕω (καθίημι) derivarent, sensu intransitivo (cf. Buttm. gr. I p. 545), iique ab Herodiano refutati. Sed haec mera suspicio est.

E, 164 ἀέκοντας, στέρησίς ἐστι τοῦ ἑκόντα τὸ ἀέκοντα. διὸ δασυντέον τὸ ε. πταίει οὖν Νικίας ψιλῶν τὸ ε. οἴεται γὰρ τῷ ἄκοντα ἐπεντίθεσθαι τὸ ε, ὅπερ οὐκ ἔστι. τὸ γὰρ ἄκοντα συναλοιφή ἐστι τοῦ ἀέκοντος· διὰ τί δὲ τὸ α ἐψιλώθη, ἐν ἑτέροις ἔφαμεν. Scilicet quod privativum esset, *A*, 301: quod semper lenem spiritum habet.

V ad *K*, 466 *δέελον δὲ τὸ εὔδηλον, ἀπὸ τοῦ δήειν, φησὶν ὁ Ἀρίσταρχος, τὸ εὑρετόν.* Alterum Schol. *ταὐτόν ἐστι τῷ δῆλον· διὸ καὶ τρίτη ἀπὸ τέλους ἡ ὀξεῖα, καὶ ψιλοῦται τὸ δεύτερον.* An fuerunt qui de *ἔλη* cogitabant? Hoc eo magis puto cum hac ratione etiam vocabulum *εὐδείελος* explicarent, v. Buttm. lexil. II p. 190. — Quod de Aristarcho traditur falsum est; hic enim ut *δέελος* acceperit testis Aristonicus: *ἡ διπλῆ ὅτι ὃ ἡμεῖς λέγομεν δῆλον αὐτὸς εἶπε διελὼν δέελον.*

I, 61 *διΐξομαι: διελεύσομαι τὰ πράγματα ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους. δασυντέον τὸ διΐξομαι. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἵκω ἐγένετο· ἐπιφέρει γοῦν „ἀτὰρ οὐ τέλος ἵκεο μύθων“* (v. 61) ALV. Hoc ego satis recens esse iudico scholion.

Ψ, 135 *καταείννυον. δασέως δὲ τὸ εἵννον· ἀπὸ γὰρ τοῦ εἰνύω ἐστὶ ῥέματος, ὃ παρῆκται παρὰ τὸ ἕω δασυνομένου.*

Sch. *ρ*, 352 *ἀνδρὶ προΐκτῃ. Ἴκτης ψιλωτέον, παρὰ γὰρ τὸ παραβάλλειν τὴν χεῖρα καὶ αἰτεῖν δωρεάν. ἢ ὁ πρὸ τοῦ αἰτεῖν ἱκετεύων, εἰ δασύνεται.* H. e. *προΐκτης*, si est a *προΐξ, προΐκτης*, si est *ὁ πρὸ ἱκετεύων.*

Nonnulli *ἐνδίεσαν Σ*, 584 non a *δίημι* illud esse putantes sed *ἐνίεσαν* inserto *δ*. Refutat eos Herodianus ad *Σ*, 162 *ἔστι γάρ τι δίημι ῥῆμα, παρ' οὗ καὶ τὸ δίεσαν πληθυντικὸν ὡς ἐτίθεσαν· „αὕτως ἐνδίεσαν ταχέας κύνας ὀτρύνοντες“* (584). *παραιτητέον γὰρ τοὺς οἰομένους πλεονασμὸν εἶναι τοῦ δ καὶ δασύνοντας· διδάσκει γὰρ ἡμᾶς ὁ ποιητὴς καὶ δι' ἄλλης κλίσεως τὸ ἀκόλουθον κίνημα. ὡς γὰρ τίθενται οὕτως δίενται „ἵπποι ἀερσίποδες πόλεως πεδίοιο δίενται“* (*Ψ*, 475). Cf. ad *Σ*, 584. Vid. de *ἄναλτος A*, 521 (?). *Πολυδίψιον Ἄργος* nonnullorum ap. Strab. VIII p. 370. — (*οὐδάλα ρ*, 455). — *ξυνέηκε A*, 8. *ἀνιεμένους β*, 300. *ἐξέμεν A*, 141.

§. 3. Maximam partem Homericorum exemplorum

absolvimus. Extra Homericos quoque cancellos idem in mediis vocabulis usus grammaticus aspirationis, eaedem quaestiones a doctis linguae Graecae perscrutatoribus celebratae. Sic Galenus de verbo στενυγρῶσαι exponens: πυκνῶσαι δεῖ τὰ παρὰ τοῦ προσήκοντος εὐρυσμένα· διὸ καὶ τὴν δευτέραν συλλαβὴν τοῦ στενυγρῶσαι ψιλοῦντας, οὐ δασύνοντας ἀναγνωστέον ἐστίν· οὐ γὰρ ἔγκειται τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ λέξει, καθάπερ ἄν τις οἰηθείη, μὴ γινώσκων ὑπὸ τῶν Ἰώνων τὸ στενὸν ὀνομάζεσθαι στενυγρόν. (Comm. β′ in Hippocr. morb. vulg. VI, in. T. V p. 457 Bas.). — Suidas in λαρινός . . . . οἱ δὲ τὴν ρι συλλαβὴν δασύνουσιν, ἵν' ᾖ λαρινούς τοὺς μεγαλορίνους (cf. Arist. Pac. Schol. 922).

Praecipue in homonymorum ac synonymorum significationibus disparandis spiritus ratio observata est. E. M. 406, 8 εψια, τὰ ἀπὸ λόγων ἔχοντα παίγνια· οἷον ἔπεα ἔπη. καὶ φιλέψιος· δασύνεται μὲν φιλοπαίγνων· ψιλοῦται δὲ φιλολόγος: ad quae conferenda quae de ἐψιάασθαι commentati sunt, in primis ap. Etymologum atque apud Eust. p. 1831, 1.

Eodem, nisi prorsus falsus sum, aliae duae pertinebant observationes, nunc quidem miserabiliter luxatae vel contractae: Etym. M. p. 227, 51 γέρανος ὁ ὄμβρος ὑπὸ Κυρηναίων· παρὰ τὸ τὴν γῆν ῥαίνειν· οὕτως Ἐρρένιος Φίλων ἐν τῷ περὶ χρηστομαθίας. φησὶ δὲ τὴν δευτέραν δασύνεσθαι. Altera est Etym. Gud. p. 123 γέρρα, εἴτε σκηνώματα ἐν οἷς τὰ ὤνια ἐπιπράσκετο, εἴτε τὰ δερμάτινα αἰδοῖα, εἴτε τὰ ὑποδήματα. Φίλων ἐν τῷ περὶ χρηστομαθίας φησὶ δὲ τὴν δευτέραν δασύνειν. Hic primum attendas rem nobis esse cum Herennio illo Philone in synonymis distinguendis diligenter versato; tum, si res tanti est, conferas quae in Etym. Gudiano de voce γέρα dicta sunt neve dubites, haec fere de vocabulo γέρρα ab illo praecepta fuisse: γέρα αἱ τιμαί δι' ἑνὸς ρ, παρὰ τὸ ἐρῶ. καὶ ψιλοῦται ἡ δευτέρα· γέρρα δὲ εἴτε τὰ σκηνώ-

ματα — εἴτε — εἴτε — διὰ δύο ρ. καὶ ἡ δευτέρα δασύνεται. Illud autem, quod antea posui de vocabulo *γέρανος*, sic fere scriptum fuisse tibi persuadeas: *γέρανος τὸ ζῶον. ἀπὸ τοῦ τῆς γῆς ἐρευνᾶν τὰ σπέρματα οἱονεὶ γηρευνός τις οὖσα*). *ψιλῶς· γέρανος δὲ ὁ ὄμβρος ὑπὸ Κυρηναίων. παρὰ τὸ τὴν γῆν ῥαίνειν· καὶ δασύνεται.*

Sed hoc studium perduxit eos, ut erant ad cuiusque generis argutias propensi, ut certas quasdas regulas proponerent, quo non singulis in vocabulis significationes separarent, sed tota genera verborum spiritu distinguerent. Qua in re nihil memorabilius quam quod adiectiva composita, si quidem altera pars aspere profertur, aspirationem retinere docent; sed si eadem adiectiva in nomina propria abierint, abiicere: *εὐαίμων*, sed *Εὐαίμων* (Il. *H*, 16) et *Πολυαίμων*; *ὠκύαλος*, *εὐρύαλος*, sed *Ὠκύαλος*, *Εὐρύαλος* cum similibus, *φίλιππος*, sed nomen proprium *Φίλιππος*. Et. M. 396, 43. 821, 25. Eust. 1396, 10. — v. Sturz. opusc. p. 70. — Hoc vel primus instituit vel in primis celebravit Ptolemaeus Ascalonita, quem vocabulorum etiam per principalem spiritum distinguendorum studiosum fuisse, ab Eustathio discere licet p. 555 (*ἀλύειν ἀλύειν*). Hoc igitur legimus in scholiis A (ad *E*, 66) *Εὐαιμονίδης ψιλοῖ ὁ Ἀσκαλωνιτης, ἵνα κύριον γένηται, ὥσπερ καὶ τὸ Φίλιππος καὶ Μελάνιππος.* Sensit cum eo Aelius Dionysius. Ad scholion *O*, 705 recentior grammaticus notulam adiecit, in qua haec traduntur .... *Διονύσιος δὲ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἐν τετάρτῳ Ἀττικῶν ὀνομάτων οὕτως ἔφη. Φίλιππος μὲν τῆς μέσης δασυνομένης τὸ προσηγορικόν. οὕτως γὰρ καὶ ἐν Τηρεῖ Σοφοκλέους ἀναγινώσκομεν, ἥλιε φιλίπποις Θρηξὶ πρέσβιστον σέλας· Φίλιππος δὲ ψιλῶς ὁ Μακεδών.* 'Aelium Dionysium intelligendum esse,

*) Vid. Zonaram, Etym. M. Gud.

lexici sexcenties Eustathio ad partes vocati conditorem, Suidae nomine Atticistae insignitum, qui et ipse Halicarnessensis fuit (Phot. cod. 152 p. 99 Be. Eust. p. 228 *Αἴλιος Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεύς*) minime dubitandum est: etsi is, cuius per manus haec nobis tradita est observatio, fortasse ipse de eo, quem nos solemus Halicarnassensem dicere, Dionysio cogitavit. Sed ille indoctus homo erat, quod vel vocabuli *προσηγορικός* perversus usus indicat*). Verum vidit Villoiso praef. Il. p. XXIX [ult; de rhetore nostro et historico ne cogitare quidem debebat Harles. ad Fabric. T. IV p. 399. Regulas de aspiratione ab Aelii Dionysii opere minime alienas videri oportere, intelliges ex Eust. p. 138**) 1417***).

Et Herodiano universe quidem hoc non contemnendum videbatur praeceptum, ut apparet ex Schol. *H*, 167 *ψιλωτέον τὸ Εὐαίμονος εἰς ἰδιότητα, προείρηται δέ*: (quae ipsa Herodiani verba esse vel locutio *εἰς ἰδιότητα* indicat, quam ille in hac re frequentat) et *O*, 705 †). Sed de vocabulis cum *ἵππος* compositis res ei

---

*) Sic inveni *E*, 29 in V. L.

**) „*χαίρουσι γάρ, φησί, τῇ δασείᾳ οἱ ἀττικοί*“.

***) *Αἴλιος γοῦν Διονύσιός φησιν* „*ἦδος τὸ ὄξος δασύνουσιν ἀττικοὶ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα*“ cet.

†) *ἐψίλωσαν το α, παραγωγὴν δεξάμενοι καὶ οὐ σύνθεσιν καὶ οὕτως ἡ παράδοσις ἐπείσθη. καὶ τάχα ἐπεὶ μηδὲν ἄλλο ἢ τὸ ὠκὺ ἐκ τῆς λέξεως σημαίνεται. ἡ δὲ ἁλός γενικὴ ἐν τῇ συνθέσει ἐπὶ μὲν κυρίων ψιλὸν ἀποφέρεται τὸ πνεῦμα, Εὐρύαλος Ἀμφίαλος Ἀστύαλος, ἐπὶ δὲ ἐπιθετικῶν τὸ ἴδιον τηρεῖ πνεῦμα* „*πολλαί ἐν ἀμφιάλῳ Ἰθάκῃ*“ (od. *α*, 395) „*ἀγχίαλόν τ' Ἀντρῶνα*“ (Il. *B*, 677,) *ὕφαλος. ὥστε καὶ κατα τοῦτο ἐλέγχεται τὸ ὠκύαλος ψιλούμενον. — Θ*. 276. *καὶ Πολυαιμονίδην Ἀμοπάονα καὶ Μελάνιππον*) *ψιλωτέον πάντα, ἵνα κύρια γένηται* si cui propter *Μελάνιππος* non videtur Herodiani esse non repugno.

non ita certa videbatur, possintne adiectiva aeque ac propria ψιλῶς proferri, quod λεύκιππος et similia adiectiva aspiratione carere videbat. Sic Eustath. p. 524 *Ἡρωδιανὸς δὲ περὶ τοῦ ὡς ἐῤῥέθη κατὰ τὸ Φίλιππον πνευματισμοῦ νοήσας ἑτεροῖόν τι φησιν, ὅτι Φίλιππος μὲν τὸ κύριον ἀξιοῦσιν οἱ γραμματικοὶ ψιλῶς λέγεσθαι, δασέως δὲ τὸ ἐπίθετον, ἀγνοοῦντες, ὅτι καθ' ἓν ἑκάτερα δύνανται εἶναι. καὶ γὰρ λεύκιππος λέγεται παρὰ Στησιχόρῳ ἐπιθετικῶς· καὶ Λεύκιππος ὀνομάζεται ὁμοίως ὁ Φοίβης καὶ Ἑλαείρας πατήρ. ὥστε ψιλοῖ αὐτὸς ἐν ἀμφοῖν τούτοιν τοῦ ἵππος τὴν ἄρχουσαν, καὶ οὐκ ἐν μόνῳ τῷ κυρίῳ.*

Sed tertia quoque servata est de hac re sententia *E*, 76, ubi verbis iam supra adhibitis „*Εὐαιμονίδης: ψιλοῖ ὁ Ἀσκαλωνίτης, ἵνα κύριον γένηται, ὥσπερ καὶ τὸ Φίλιππος καὶ Μελάνιππος*“ haec annexa sunt: *ἔστι μὲν οὖν ὃ λέγει πιθανόν (διὰ τοῦτο γοῦν καὶ τὸ Πολύμνεια πῇ μὲν ψιλοῦμεν, πῇ δὲ δασύνομεν, καὶ τὸ Εὐρύαλος Ἀγχίαλος), οὔγε μὴν ἀληθές. εὑρέθη γὰρ τὸ Πάνορμος δασυνόμενον, καὶ Ἔφιππος ὁ Κωμικός.* Is igitur propria una cum adiectivis putavit aspero spiritu insignienda esse. A quo haec ratio profecta sit nescio; eum qui id, quod tractamus, scholion ita scripsit ineptum fuisse scio et quae apud veteres legisset minime intellexisse. Etenim quam intelligenter atque rei suae convenienter exemplum *Πολύμνεια* elegerit, mirabere ubi quid sibi voluerit perspexeris. Perspicies autem ex Hesychio: *Πολυμνεία ἡ θάλασσα, ἡ πολὺ μνίον ἔχουσα. καὶ ὄνομα κύριον.* Observatio illa de voce *Πάνορμος* fluxit, opinor, ex scholiis ad *ν*, 195 (*λιμένες τε πάνορμοι**).

---

*) Eust p. 524 de adiectivo loquitur „*καὶ ὅτι εὕρηται τὸ πάνορμος δασυνόμενον.*“ Proni fuerunt recentiores ad distorquendum

Ex Ptolemaei Herodianique praecepto diiudicandum schol. *E*, 333 *κακῶς ὅσοι δασύνουσι τὸ υ Ἐνυώ. ἄμεινον γὰρ ψιλοῦν, ἀναπέπλασται γὰρ πολεμικὴ θεός, ἧς οἱ νεώτεροι ποιηταὶ υἱὸν εἶναί φασι τὸν Ἄρεα. καὶ διὰ τοῦτο καλεῖσθαι Ἐνυάλιον μητρωνυμικῶς.* cf. et alterum schol. ib. — Hoc dicit, apparere *Ἐννώ* Deam esse bellicam: vocabulum igitur proprium esse et in medio aspirandum. Fuerunt ergo, qui etymon finxerant huius vocabuli tale, ex quo secunda syllaba aspiratiouem requireret.

§. 4. Veterum grammaticorum morem spiritum in mediis quoque vocabulis ponendi, qui certe in accuratioribus valuit exemplaribus, nostri quoque codices hic illic retinuerunt. Saepius factum esse in codice Homeri Veneto, observavit Villoiso Anecd. II p. 119. De codice Ambrosiano fragmentorum Iliadis notavit Mai, p. 582 ed. Berol. „Spirituum quoque notae coaeva manu pinguntur formis priscis *H* et |— vel —|. Atque hi spiritus saepe numero praetermittuntur; nonnunquam in vocabulo medio a me observatos memini". Et ad M, 434 *ἀνέλκει*. „In Ambros secunda syllaba notatur aspero et acuto" ed. Berol. p. 593. Item aliquoties in cod. Aegyptiaco, cuius notitiam accepimus in Museo Philologico Cantabrigiensi (v. Nro. I a. 1831 p. 178). Atque aliquanto saepius inveniri coniicio quam adhuc ab editoribus minus huic rei attentis notatum est. Sic Alberti in not. ad Hesych. p. 9 ediderat locum ex lexico Apollonii: *ἀΐπτους· οἱ μὲν δασύνοντες —*

---

eam quam exposuimus Ascalonitae regulam. Huc pertinet, quod Ω, 235. ubi de verbo *ἐξεσίη* sermo est, in cod. V. legitur: *οἱ δὲ ψιλοῦσι διὰ τὸ ὄνομα γεγενῆσθαι*! Scil. *ὀνόματι κυρίῳ* hoc proprium esse legerat!

attamen neque apud Villoisonum qui eo codice usus est, unde apographum suum Alberti acceperat, spiritus ille comparet: neque apud Tollium idem illud apographum edentem.

Villoisonus postea factus diligentior, quod nos semicircello illo semel fraudare cogitavit, id compenset hoc, quod ab eo petimus testimonio, praef. Il. III: „Duplicem in quibusdam vocibus spiritum, ut in ἀναίρέω, cet. in nonnullis Epicteti codicibus Regiis invenisse se testatur le Fevre de Villebrune p. 6 praef. suae Epicteti Enchirid. 1782“. Vestigia eius notae in schol. Phoen. 656, ubi Ald. et Basil. praebent *Εὐβοίοις*, et in schol. Ar. Avv. 873 (*Εὐβαῖος*) indagavit Lobeckius Agl. 1044.

Eustathii aetate signum spiritus in mediis vocabulis aboleverat: hac ratione ille p. 524 *οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐν μέσῳ λέξεων ἐπνευμάτιζον καὶ τὰ φωνήεντα καὶ τὸ ρ*: et paulo post: *ἀπὸ γοῦν τῶν τοιούτων καὶ ἑτέρων δὲ πλειόνων σημειούμεθα, ὡς οἱ ἀρχαῖοι οὐ μόνον ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν λέξεων τὸ ρ στοιχεῖον καὶ τὰ φωνήεντα ἐπνευμάτιζον.* p. 1715 *ὅτι δὲ οἱ παλαιοὶ καὶ ἐν μέσῳ λέξεων ἐπνευμάτιζον τὰ φωνήεντα καὶ ἡ ἰλιὰς δηλοῖ.* 1396 *περὶ δὲ τοιούτων ἀρχαϊκῶν πνευματισμῶν ἐν τοῖς εἰς τὴν Ἰλιάδα σαφῶς γέγραπται.* Ex his patet quomodo intelligendum sit illud quod dicit p. 150 *ὅτι δὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οὐ μόνον τὰ ἀρκτικὰ τῶν λέξεων φωνήεντα ἐπνευματίζοντο, ἀλλὰ καὶ τὰ διὰ μέσου ἐν ταῖς συλλαβαῖς ὡμολόγηται ὑπὸ τῶν ἀντιγράφων, ὡς ῥηθήσεται καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς· ὅπερ δηλοῖ που καὶ ὁ Ἀθήναιος.* Hoc est: Athenaeus testatur (p. 397 e.) in comicorum exemplaribus legi *ταὦς*. Cf. praeterea eum p. 1347. 1828.

In communem usum scribendi hoc signum interaspirationis, apud Atticos certe, fere non receptum fuit. Qui de hac re quaesivit Osannus ad Marmora Elginiana p. 71 sqq. praeter tabulas Heracleenses inquibus saepius occurrit, et unum exemplum ex lithostroto Praenestino (*ΕΝΗΥΑΡΙΣ**) ex Herodis Attici inscriptione attulit *ΕΝΗΟΔΙΑ*. His ne Boeckhius quidem (corp. inscr. I. p. 43) habuit quod adderet praeter exemplum unum *ΤΡΙΗΕΜΙΠΟΔΙΟΣ*: quod quidem ex inscriptione Euclide antiquiore est.

§. 5. Poterunt haec facere ad rectius iudicandum de pronuntiatione. Bischoff, qui „de spiritus asperi in mediis verbis Graecis pronuntiandi ratione" quaerere instituit in programmate anno 1826 edito „inde ab antiquissimis temporibus certe ad alterum post Chr. n. saeculum spiritum in mediis verbis fuisse pronunciatum" (p. 10) defendit. Ad quam rem praeter communes quasdam et pervulgatas rationes inscriptionum testimoniis et aliquot grammaticorum usus est. At inscriptionum auctoritas vidimus quam precaria sit, grammaticorum praecepta ad pronuntiationem non pertinere sed ad usum scholae satis superque patefecimus. Sed si quid inde concludi potest, potest contrarium. Nam quomodo de vocabulo *Φίλιππος* minime illo ex communi usu remoto contendere potuerunt, si adspiratio vel omnino vel satis clare audita fuit? Et si contendebant cur qui spiritum defendebant de communi pronuntiatione verbum iniecerant nullum? Certissimum utique atque

---

*) Memorabile sane quod inter ea vocabula quae Latine cum aspero spiritu scribenda sint Wolfius Anal. litt. I, p. 306. affert exhydris. Iam confer Boeckhii verba l. l. p. 44. „Postremo quod in lithostroto Praenestino est *ΕΝΗΥΑΡΙΣ* largios potuisse ex Italico usu derivatum esse."

tutissimum videtur statuere non in omnibus regionibus, ubi lingua Graeca dominaretur, nec in omnibus vocabulis idem valuisse: sicuti Romani quantumvis ad adspirationem promtiores, nunquam, opinor, Philhippus scripserunt. Graecos Italiae ad pronuntiationem spiritus paulo magis inclinasse, ex iis quae paulo ante disputata sunt ultro nascitur suspicio: illud alterum vel ex antecedente litera pendebat, vel quod in quibusdam vocabulis, quae possent composita videri, commissura hiabat. Per se enim facile in compositione aspiratio eliditur: ad quod advertit nos locus quidam Apuleii de Orthographia §. 63 „Anhelo, ut halo, unde descendit, cum aspiratione annotatur. Sed Plinio in compositione aspiratio colliditur". Mihi nondum constat utrum *φιλἕλλην* sim an *φιλἓλλην*. Apud Atticos, quos vulgaris deinde lingua secuta est, iam mature media illa aspiratio in plurimis vel evanuit vel fere delituit: obtinuit in paucis, quae non composita sed apposita essent nec longo usu latebat iunctura. Nam *διὅτι*, et *εἰσὅ* Apollonii Dyscoli temporibus pronuntiatum fuisse, aliquot mihi eius testimonia persuaserunt. De syntaxi p. 319, 19 *πρόδηλον γὰρ κἀκ τῆς συνούσης δασείας ὡς οὐχ ἓν ἁπλοῦν ἐστι τὸ διότι.* de coni p. 599, 18 *καὶ δῆλον ὅτι τὸ διότι, ἔχον τὴν αὐτὴν ἀνταπόδοσιν, ἔχει ἐγκείμενον πτωτικὸν τὸ ὅτι, σαφὲς ποιοῦν κἀκ τοῦ πνεύματος, καθὸ μέση ἡ δασεῖα.* de adv. 612, 12 *ὅτι πρωτότυπόν ἐστι τῶν εἰς ὡς ληγόντων τὸ ἕως, δῆλον, οὐ μὴν τὸ ἰσοδυναμοῦν εἰσό, καθὸ καὶ ἐν τόνῳ καὶ ἐν πνεύματι ἐπιστάσεως ἐδέετο· ἐν πνεύματι μὲν οὖν, ὡς ἀδύνατόν ἐστι τὴν ἐν φωνήεσι δασεῖαν ἐπὶ τέλους εὑρέσθαι.* cf. synt. p. 333, 10 *ἐνεκλίνετο γὰρ* (sc. in *εἰσό*) *ἡ πρόθεσις ἐξ ὀξείας τάσεως εἰς παράθεσιν παραλαμβανομένη, ὅπερ παρεπόμενόν ἐστι πάσῃ προθέσει· μόριόν τε τὸ ὁ ὠξύνετο μετὰ τοῦ συνόντος πνεύματος, ὃ παρεπόμενον ἦν πάσῃ λέξει οὐκ ἐχούσῃ πρὸ αὐτῆς ἑτέραν λέξιν.* Nonne haec certo testantur in vere

compositis non auditum fuisse spiritum? Nonne clarissime dixerat in *διότι* si ex particula *ὅτι* factum esset, ita ut vera compositio esset (uti in *ἐπίπροσθεν*) non audiri debuisse spiritum? Sed in appositione requirit aspirationem. cf. de adv. 537, 29. De *διό* vide quae plane cum his consentiunt apud schol. Dion. p. 967, 25.

§. 6. Deducti sumus ad huius disputationis caput ultimum. Hic nitebantur pronuntiatione. Colligendum enim, quid veteres docuerint de interaspiratione in vocabulis simplicibus. Bene factum quod excellentissimorum grammaticorum disertis uti licet testimoniis. Apollonius Dyscolus synt. p. 319, 19 *πρόδηλον γὰρ κἀκ τῆς συνούσης δασείας ὡς οὐχ ἓν ἁπλοῦν ἐστι τὸ διότι, καθὸ οὐ παρεμπίπτει ἡ ἐν τοῖς φωνήεσι δασεῖα ἐν μέσαις ταῖς λέξεσιν, ἕνεκα τοῦ τοιούτου σεσημειωμένων ὡς ἀλόγων ὄντων ἢ ἀπὸ Λακωνικῆς διαλέκτου παρεισδεδυκότων εἰς τὰς ἄλλας διαλέκτους, ὑπὲρ ὧν ἐν τῷ περὶ πνευμάτων ἠκριβώσαμεν. Ἀλλ' οὐ τοῦτο φημὶ αὐτάρκες διότι συνεστάναι ἐκ διαφόρων μερῶν τοῦ λόγου, ἐπεὶ οὐδὲν ἐκώλυε τοῖς σεσημειωμένοις ὅμοια αὐτὰ καθίστασθαι, τῷ εὐοῖ, εἶεν* (l. *εὐάν*) *καὶ ἔτι τῷ παρ' Ἀττικοῖς ταώς.* Reliquas dialectos quibus usitata fuit in mediis simplicibus aspiratio (pro Σ) Argivam, Eretriensem, Pamphyliam et Oropiam recenset Etym. M. p. 319, 12. Qua de re post Valckenarium dicere (ad Theocr. p. 274 sqq.) non necesse. De *γεροῦα, γεροχία* vid. Od. Müll. Dor. II, 91. Pergam equidem Apollonii testimonia de abnormi interaspiratione recensere. De coni p. 509, 18 *καὶ δῆλον ὅτι τὸ διότι ἔχον τὴν αὐτὴν ἀνταπόδοσιν ἔχει ἐγκείμενον πτωτικὸν τὸ ὅτι, σαφὲς ποιοῦν κἀκ τοῦ πνεύματος, καθὸ μέση ἡ δασεῖα, ὑπαγορεύουσα τὴν διὰ πρόθεσιν ἐν τῇ παραθέσει. οὐ γὰρ δή γε καὶ αὐτὸ μόριόν ἐστι τῶν ἡμαρτημένων, ὁμοίως*

τῷ εὔαδεν (l. εὐάν), εὐοῖ. Idem docuit et rationes addidit Herodianus, ut cognoscimus ex loco quodam iucundissimo Theognosti, quem Bekkero debemus Anecd. p. 1433 καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς (Herodianus) φησὶν ὡς οὐ δεῖ τὰ σχετλιαστικὰ τῶν ἐπιῤῥημάτων καὶ εὐκτικὰ, οἱονεὶ βακχικὰ ὄντα (l. οἷον οὐδὲ τὰ βακχικὰ, v. E. M. s. ἰώ) ὑπὸ τὴν ἐντεχνον ἀκολουθίαν ἄγειν, εἴγε οὐδὲ μέρη λόγου τινὲς εἶναι ταῦτα ἐνόμισαν· πασχούσης γὰρ ψυχῆς ἢ διακόρου ὑπὸ οἴνου οὔσης ἄλογοι δηλονότι καὶ αἱ ἐκφωνήσεις αὐτῆς. διὸ ἐπ᾽ αὐτῶν ἔσθ᾽ ὅτε τὸ δασὺ πνεῦμα ἀλόγως ἐν τῇ ληγούσῃ συλλαβῇ ὁρᾶται, ὡς ἔχει τὸ εὐοῖ, εὐᾶν, εὐᾶν. Schol. Dion. gr. p. 951 τὸ εὐοῖ, εὐάν ἀλόγως δασεῖαν ἔχουσι ἐν τῷ τέλει ἁπλᾶ ὄντα, εἰ μή τις εἴπῃ τὸ σφοδρὸν πνεῦμα τοῖς βακχιάζουσιν ἁρμόζειν. Coram eiusmodi testibus obmutescant imperite reclamantes quos respicit Eustath. ad Dion. v. 704 Εὐοῖ Βάκχε ὑμνητικὸν τὸ λόγιον, ὥςπερ καὶ τὸ εὐὰν, ὅθεν καὶ τὸ εὐάζειν καὶ Εὔιος. ταῦτα οἱ μὲν ἐδάσυνον ὡς ἐνθουσιαστικὰ πρωτόθετα ἐπιῤῥήματα, οἱ δὲ ἐψίλουν ἀντὶ τοῦ εὖ οἱ τουτέστιν αὐτῷ. At hos ne ita quidem rem suam agentes ferendos putasset Apollonius. Nam qui interiectionem ὠοιοί ex οἷ factam esse autumaverant eos hoc modo increpat de adv. 537, 29 πῶς δ᾽ οὐχὶ καὶ γελοῖον ἐν τῷ ὠοιοί (ins. τὸ οι) ἐκ τρίτου ἀντωνυμικοῦ παρακεῖσθαι (h. e. ἐν παραθέσει εἶναι); πῶς πάλιν δεδιπλασίασται; ποῦ ἡ δασεῖα τῆς ἀντωνυμίας, ἢ ποῦ ἡ περισπωμένη. Ex Latinis libris Euhoe et Euhius vel furca expellas recarret tamen vid. Gesner. et Lobeck l. l. Quod is ex codd. Lucretii V, 743 attulit Euchius, in eo agnoscimus incredibilem recentiorum Latine loquentium ἀγροικίαν, qui vel michi et nichil adsciverant (Apul. de nota aspir. 45): quod ipsum quoque in codicibus est (v. Pertz. Ital. Reise p. 56).

Sed subsistamus paullisper in illo Herodiani prae-

cepto „ὡς οὐ δεῖ τὰ σχετλιαστικὰ τῶν ἐπιῤῥημάτων καὶ εὐκτικά, οἷον οὐδὲ τὰ βακχικὰ (h. e. interiectiones omnes Dion. gr. p. 642) ὑπὸ τὴν ἔντεχνον ἀκολουθίαν ἄγειν“. Hoc ut hoc loco in adspiratione adhibuit sic alibi in constituendo accentu. Etym. M. s. ἰώ. εἶτα τὸ ὦ περισπᾶται, τὸ δὲ ἰώ ὀξύνεται — ἀλλὰ σχετλιαστικὸν καὶ βακχευτικὸν οὐχ ὑποπίπτει ἀναλογίᾳ. Arcad. p. 183 τὰ εἰς οι καὶ εἰς αι σχετλιαστικὰ παραλόγως περισπῶνται. Manavit hoc ad Grammaticos Latinos. Priscian de acc. fin. „Interiectio nullam regulam retinet, tamen in fine vel in medio acuitur, ut papae, evax“. Id. Inst. gramm. XV, c. 7. „Optime tamen de accentibus eorum docuit Donatus quod non sunt certi. Quippe cum et abscondita voce, id est non plane expressa, proferantur, et pro affectus commoti qualitate confundantur in eis accentus“. Intelligenter haec dici facile concedimus quippe qui vel Ἄπολλον*) et δέσποτα illum suum abnormem accentum homunculis potentiorum vel opem implorantibus vel saevitiam perhorrescentibus deberi arbitramur (cf. Buttm. gr. p. 179). Quare aspirationem quoque in illis „naturaliter effutitiis“, ut scite a Varrone vocantur, (de ling. lat. VII, 5 p. 369) commoto perturbatoque animo debitam saepe regulis exemtam esse consentaneum est. cf. Priscian I c. 5 p. 25 Kr. de aha et vaha. Apul. de not. aspirat. de ha §. 10, de hei §. 14, de hem §. 16, de heus et heu §. 20. Eustath. p. 855, 19 ἰστέον δὲ ὅτι εὕρηται παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ἆ καὶ μετὰ δασέως πνεύματος καὶ ὀξείας προφερόμενον. καὶ κεῖται ἐν ἐπιλογῇ λέξεων ἀρχαίᾳ, ὅτι ἃ ἃ δασυνθὲν γέλωτα δηλοῖ. cf. Suidam, qui docet ἁ θαυμαστικὸν etiam aspirari. Quae omnia cum vernaculo sermone mirifice conspirant. —

*) Ἄπολλον ἔφη ἀναβοήσας καὶ θεοί Heliod. Aethiop. II, 99.

Nunc fortasse intelligemus, quo fundamento nitantur, quae de ἰού et ἰοῦ veteres praecipere notum est. — Schol. Ven. I, 262 de εἶα loqui videtur, non ut Bekkerus putat de εἰᾶ. —

Sed in singulis pernoscendis magnopere cavendum est ne ad inutilem vel etiam ineptam accurationem delabamur. Quod quibusdam veterum accidisse fortasse non iniuria tibi intelligere videaris ex hoc loco Apuleii de not. aspir. 45 p. 117: Aha vero, vaha, naha, ohe et si quae sunt aliae interiectiones, quae in medio aspirentur, gratia significationis aspirari dicuntur: sicut etiam eiusdem significationis causa quaedam in capite, quaedam in fine aspirantur, ut heu, oh. Ipse enim affectus, quo interiectiones promuntur, cogit eas interdum praeaspirari. Non enim ad placitum sunt verae interiectiones, velut ceterae orationis dictiones, sed naturales, unde etiam omnium sunt nationum interdum communes*). — Sed illinc abnormis aspiratio in εὐοῖ, εὐᾶν explicatur.

Iam missis turbulentis, quibus Bacchus gaudet, exclamationibus convertamus nos ad Iunonis delicias:

---

*) Omnino enim non poterant curiosi homines in sobria egregii grammatici doctrina acquiescere; sed ab interiectionibus ad verba et nomina transferentes paene incredibile est ad quantas ineptias delati fuerint. Attamen haec quoque historiae grammatices amatoribus iucundum erit cognoscere. Lenius iudicandum de hinnio, quod „aspiratur, quia cum augmento spiritus hinnitus profertur“ (Apul. asp. §. 28). Vix hoc ferendum (Apul. aspir. 42). „U ante l aspiratur in hululo, quoniam ab hui interiectione oritur.“ Et §. 38. „Horreo aspiratur, ut ipse aspirationis horror cum eiusdem verbi significatione concordet.“ Haec vero iam vehementer ridicula, quae tradit §. 39. Vocem hostis aspirandam esse. „Concordat etiam in hoc nomine aspirationis signum cum re, quae significatur. Ita enim effigiatur nota aspirationis secundum veterem

τὸ χρυσοῦν — ὀρνίθων γένος,
τοὺς καλλιμόρφους καὶ περιβλέπτους ταῶς.

Ecce iterum in asperrimos strepitus incidimus, ut quod

---

scripturam, quasi biceps gladius inter duas hostiles partes." Ap. §. 6. Concordat etiam in hoc nomine, quod est homo, aspirationis nota cum re significata. Quoniam enim hoc nomen praeter aspirationis signum notum est in facie hominis notari, nota aspirationis annexa signum est divinae hominis faciei annexae, de qua facie scriptum est „et inspiravit in faciem eius speculum vitae." Id §. 44, ubi de aspiratione barbarorum vocabulorum loquitur, quorum ea esse aspiranda, quae ab ipsis linguarum, unde ducta sint, peritis aspirentur: Sic Heinricus, Humbertus „quoniam constat testimoniis eiusdem linguae peritorum, quod haec nomina ab eisdem Transalpinis non sine aspiratione spiritus proferantur. Sunt tamen qui putant eiusmodi vocabula egregiorum virorum gratia aspirari, ideo quod ipsum generale honoris vocabulum non sine aspiratione notatur." Festus: „Heluo dictus est immoderate bona sua consumens, ab eluendo. Cui aspiratur, ut aviditas magis exprobetur: fit enim vox incitatior." Haec sunt de spiritu. Quae pleraque non antiquum auctorem habent sed antiquae doctrinae sunt. Qua haec nituntur doctrina de consensu significationis cum forma vocabulorum, ea nobis latius persequenda est. Est ea satis antiqua. Didymi legimus observationem Athen. p. 392. f. *σχεδὸν τὰ πλεῖστα τῶν ὀρνέων ἀπὸ τῆς φωνῆς ἔχει τὴν ὀνομασίαν* (cf. Varro. p. 80. Sp.): quam illum non ita posuisse tantum, sed sicubi res ferebat, in usum convertisse suum, ex schol. Ar. Avv. 302. iudicium facimus. Nam cum dubitarent interpretes utrum rectius scriberetur *κήρυλος* an *κέρυλος*, is sententiam tulit „*τὸ κατὰ φύσιν ὄνομα κέρυλος εἶναι.*" Discipulus eius Trypho iam *ὑπὲρ σκάμματα*. Et M. s. *φιλήτης* docemur, Tryphonem *φιλήτης* pro decurtato habuisse ex *ὑφειλέτης*, *ὅτι συνέπαθεν ἡ φωνὴ τῷ σημαινομένῳ ... ὁ γὰρ κλέπτης ἔνδειαν ποιεῖ, οὗ χάριν καὶ φωνῆς ἔνδειαν ἐνεδέξατο*: et eandem ob causam *ἡμικύκλιον* ex *ἡμισικύκλιον*, *λιμός α λείπω* factum putavit. Dolemus sane doctissimum ceteroquin grammaticum in ineptias incurrisse.

Sed pergamus doctrinae illius vestigia sublegere, ut pateat, laetaene fuerint segetes. Etymol. M, p. 812. 3 *χιράδες, αἱ τῶν χειρῶν ῥαγάδες. συνέπεσε δὲ ἡ φωνὴ τῷ σημαινομένῳ. ἐπειδὴ γὰρ τὸ χιράς ἔνδειάν τινα σημαίνει (τὰς γὰρ τῶν χειρῶν ῥαγάδας δηλοῖ· ἡ δὲ ῥαγὰς τοῦ ὁλοκλήρου ἔνδειαν ἔχει. τὸ γὰρ ἔχον ῥαγάδας οὐκ ἔστιν*

oculi gaudent doleant aures. — Ita aspirasse Atheniense propter certissima illustrium grammaticorum testi-

---

ὁλόκληρον) τούτου χάριν διὰ τοῦ ι γράφεται. In contrariam partem hic annectamus de causa augmenti observationem grammatici aliquanto haud dubie recentioris: Et. M. p. 820, 25 ἄξιον δὲ ζητῆσαι, διά τί πάντοτε μεγεθύνεται ὁ παρατατικός; καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι ἐπειδὴ ὁ παρατατικὸς πλέων ἐστὶ κατὰ τὴν σημασίαν τοῦ ἐνεστῶτος (ὁ γὰρ ἐνεστὼς ἀκαριαῖός ἐστι, καὶ ἅμα τῷ λέγεσθαι ἔχει καὶ τὸ εἶναι. ὁ δὲ παρατατικὸς παρατεταμένην ἔχει τὴν σημασίαν) τούτου χάριν ὡς πλεονεκτῶν κατὰ τὴν σημασίαν τὸν ἐνεστῶτα, πλεονεκτεῖ καὶ κατὰ τὴν ἀρχήν. — Varro l. l. V, 24 p. 122. Sp. „Vallum vel quod ea varicare nemo posset, vel quod singula ibi extrema vacilla furcillata habent figuram litterae V“. Apul. de diphtong §. 25. Saeculum per e breve deberet notari, quoniam a sequor, vel ut placet Varroni (V. 2. p. 193 Sp.) a sene derivatum est. Sed quia rem productissimam designabat, placuit ut eius principalis syllaba significationis causa produceretur et per dipthongum plane dignosceretur. Sen. quaest. Nat. II, 56 Dicimus enim ut splendere sic fulgere. At illis (antiquis) ad significandum hanc e nunibus subitae lucis eruptionem mos erat media syllaba correpta ut dicerent fulgere. Ioann. Diac. Allegor. Thecog. Hes. 549. Gsf. πολλὰς δ' εὑρήσει τις συμπασχούσας λέξεις τοῖς ὑπ' αὐτῶν σημαινομένοις καὶ μιμουμένας αὐτά. καὶ μάρτυς τοῦ λόγου τὸ λιμός ὄνομα ..... καὶ τὸ ἰδέα ὄνομα καὶ τὸ εἶδος μαρτυροῦσι. Τὸ γὰρ ἰδέα διὰ τοῦ ι γράφεται, τὴν τῶν ἰδεῶν ἐκείνων ὑποσημαῖνον ἁπλότητα τῶν Πλατωνικῶν ..... Tangit eandem rem p. 567, de χίμαιρα et χείμαῤῥος exponens. Praeterea (549): Ἀλλ' ὅπερ ἐλέγομεν. τῆς ἐπ' ἄπειρα τῶν ἀριθμῶν προόδου ἡ τοῦ πνεύματός ἐστι δασύτης δηλωτική. Docet cur omnes numeri, quorum principalis litera est ε, aspirentur excepto ἐννέα. ὁρμὴν γὰρ ὡσανεὶ φυσικὴν ἔχει τὸ ἕν εἰς σκεδασμόν τε καὶ πληθυσμόν, ἣν δὴ ῥοπὴν ὑποσημαίνειν ἐθέλει τοῦ πνεύματος ἡ δασύτης. cf. de ἕξ p. 551. De ἐννέα p. 548. et 551 infr. „ἐννέα δὲ εἴρηται ἀπὸ τοῦ τὸ ἐκχυθὲν ἓν καὶ διὰ τῶν ἄλλων προελθὸν μέλλειν ἐν τῇ δεκάδι, δευτερευομένῃ οὔσῃ μονάδι, πάλιν ἑνοῦσθαι καὶ πρὸς ἑαυτὸ στρέφεσθαι καὶ ἀνακάμπτειν. Ὅθεν καὶ ψιλοῦται, τὴν συστολὴν τὴν πρὸς ἑαυτὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ψιλοῦ ἐμφαίνοντος.“ Scilicet aut hic Pythagoreus est aut nemo: τί τὸ σοφώτατον; ἀριθμός. δεύτερον δέ; τὸ τοῖς πράγμασι τὰ ὀνόματα τιθέμενον (Iambl. vit. Pyth. 82). — Denique addimus hoc ex recenti scholio (B. L.)

monia dubitari nequit. Athen. p. 397. e. *ταῶς δὲ λέγουσιν Ἀθηναῖοι, ὥς φησι Τρύφων, τὴν τελευταίαν συλλαβὴν περισπῶντες καὶ δασύνοντες. καὶ ἀναγινώσκουσι μὲν οὕτως παρ' Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, πρόκειται δὲ τὸ μαρτύριον* (397 c.), *καὶ ἐν Ὄρνισιν Ἀριστοφάνους* (101)

Τηρεὺς γὰρ εἶ σύ; πότερον ὄρνις ἢ ταῶς; καὶ πάλιν (269).

Ὄρνις δῆτα τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δή που ταῶς;

λέγουσι δὲ καὶ τὴν δοτικὴν ταῶνι, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ Ἀριστοφάνης (884). Praeterea Seleuci testimonium est ib. p. 398 a. *Σέλευκος δ' ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ Ἑλληνισμοῦ* „*ταῶς παραλόγως δὲ οἱ Ἀττικοὶ καὶ δασύνουσι καὶ περισπῶσι*“. Tertii testis gravissimi Apollonii (synt. p. 319) iam antea mentionem fecimus. Exceptio ansam dedit de lege docendi. Nam sic ille pergit apud Athenaeum (397 e.) *ἀμήχανον δὲ παρ' Ἀττικοῖς καὶ Ἴωσιν ἐν τοῖς ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀνόμασι τὴν τελευτῶσαν ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομένην δασύνεσθαι. πάντως γὰρ εἶναι ψιλὴν αὐτὴν ἠκολούθηκεν, οἷον νεώς, λεώς, Τυνδάρεως, Μενέλεως, λειπόνεως, εὔνεως, Νείλεως, πρᾶος, υἱός, Κεῖος, Χῖος, δῖος, χρεῖος, πλεῖος, λεῖος, λαιός, βαιός, φαιός, πηός, γόος, θοός, ῥόος, ζωός. φύλαρχος γὰρ οὖσα καὶ ἡγεμονικὴ τὴν φύσιν ἡ δασύτης τοῖς τελευταίοις μέρεσι*

---

ad *O*, 626: ubi quum *δεινὸς ἀήτης* alii scriberent, pars *δεινὸς ἀήτη*, magister argutissimus habuit quomodo litem dirimeret: „*τινὲς νοήσαντες κακῶς θηλυκῶς ἐκφέρουσιν· ἡ γὰρ ἀρσενικὴ ἐκφορὰ ἐμφαντικώτερον τὸν λόγον ἀπεργάζεται καὶ τὸν ἄνεμον σφοδρότερον ἀποδείκνυσιν.*“ Hic scilicet sapientior, quam veteres linguae conditores, quorum mentibus nec *θύελλαι* nec *ἄελλαι*, ventis videlicet rapidiores, absona videbantur. Ceterum ab his grammaticorum nugis recta via retro ducimur ad vetustissimam philosophorum quaestionem de vocabulis *φύσει* an *νόμῳ* ortis. Hinc illa promanarunt. Sed differo, iam diutius affluenti materiae me indulsisse sentiens.

τῶν ὀνομάτων οὐδαμῶς ἐγκαθείργνυται. Quae hoc loco de vi et natura aspirationis exposita habes, Tryphoni, ut antea apparebat, accommodatissima. Argutius etiam aliquid in eandem sententiam excogitavit Seleucus l. l. (398 a.) τοῖς πρώτοις τῶν φωνηέντων κατὰ τὰς ἁπλᾶς τῶν ὀνομάτων ἐκφορὰς συνεκφέρεσθαι ἐθέλει (sc. τὸ πνεῦμα), καὶ ἐνταυθοῖ προάττουσα καὶ τάχιον ἐκθέουσα δι' ἐπιπολῆς ἐστι τῶν λέξεων. τεκμαιρόμενοι οὖν Ἀθηναῖοι καὶ διὰ τῆς τάξεως τὴν ἐνοῦσαν τῇ προσῳδίᾳ φύσιν, οὐκ ἐπὶ τῶν φωνηέντων τιθέασιν, ὥσπερ τὰς ἄλλας, πρὸ δὲ τούτων τάσσουσιν· εἰ δὲ τοιαύτη ἡ δασύτης, μήποτε ἀλόγως κατὰ τὴν τελευτῶσαν συλλαβὴν ὁ ταῶς πρὸς τῶν Ἀττικῶν προσπνεῖται.

Vides his grammaticis rem miram accidisse, sed hoc ipso esse certissimam. Causam si quaeris, me ignorare profiteor. Audebo tamen referre, quae de ea re non dicam inquisivi sed ludens cogitavi. Nam primum occurrebat, ut hoc unum nomen aspirationem communem haberet cum bacchicis illis interiectionibus, possetne communem etiam aspirationis caussam habere. Quare quod plerasque aves a suis vocibus nomen accepisse constabat, videbatur quaeri posse, sitne inter eas

καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις τιθασὸς οἰμώζων ταώς

Anaxilas Ὀρνιθοκόμοις ap. Athen. p. 655 a.). Id cum non improbabile esset, eum non multum morabamur, qui apud Athen. p. 397 fidenter pronuntiat: „ὠνόμασται δὲ ταῶς ἀπὸ τῆς τάσεως τῶν πτερῶν“: tum prorsus illum contemsimus, de origine vocis Varronem nacti adstipulatorem (V, 11 p. 81 Sp.) et doctissimum λεξιλόγον Adelungium. Hunc attendamus: „welche (Namen) insgesammt eine Nachahmung seines natürlichen Geschreies sind, welches, besonders bei der Pfauhenne, sehr deutlich Pfa — u lautet“. Denique iucundum erat, cum de aspiratione Buttmanno eandem coniecturam incidisse animadvertebamus, gramm. II, 2 p. 380.

— Aliam causam indicavit Bohlenius in dissert. de mercat. veteris Indiae, script. soc. German. Reg. I p. 71. Scilicet Arabice pavo est „Tawus".

C. III.

De spiritu vocabulorum principali.

Iam accingo me ut tertium huius dissertationis caput perscribam, de spiritu vocabulorum principali: sed deest paene materia. Herodian. *Z*, 239 de spiritu vocis ἔτης disputans, quod Alexio esse volebat ἕτης: „ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὐδὲν ἀντικρυς περὶ τοῦ πνεύματος ἀπεφήνατο". Puto Aristarchi tempore, ut in accentibus saepe factum vidimus, non dubitatum esse. Herodianus Aeschyli Euripidisque usu non dubitabili (οὐτ' ἔτης, οὐκ ἕτης) defendit. — Sed in paucissimis quae in hoc genere supersunt Aristarcheis mirum est complura esse quae vel non probata vel non probabilia sunt: quod et in accentibus et in ipsa interaspiratione in magna exemplorum copia rarissime factum vidimus. Primum ἧϊε Φοῖβε. Herod. *O*, 365 *Ἀρίσταρχος δασύνει, ἀπὸ τῆς ἕσεως τῶν βελῶν· οἱ δὲ περὶ τὸν Κράτητα ψιλῶς, ἀπὸ τῆς ἰάσεως. καὶ οὕτως ἐπείσθησαν οἱ γραμματικοὶ πρὸς διάφορον ἐτυμολογίαν διαφόρως ἀναγινώσκειν. ἀγνοοῦσι δὲ ὅτι ὁ χαρακτὴρ μάχεται· ἀεὶ γὰρ τὸ η πρὸ φωνήεντος*

ψιλοῦται, ἠώς ἦϊα. Inde esse ἠώς ἕως, ἦλιος ἠέλιος. Tum concludit de ἦϊε: ὥστε εἴτε ἐκ τοῦ ἦϊος δασυνομένου ἐστὶν εἴτε ἐκ τοῦ ψιλουμένου μόνως ψιλωτέον. Apollinem medicum non esse Aristarchus observaverat (v. p. 181): ergo qui ducerent ab ἰᾶσθαι ut Crates his obsistendum erat: egregiam Herodiani regulam nescivit; qui verum etymon nec ipse vidit. —

Alterum est εἵατο i. e. ἧσαν, non εἷατο i. e. ἧντο *O*, 10. *Ω*, 83. *ν*, 106. Quid Aristarchum moverit ut vel ab Aristophane descisceret, qui probabat εἷατο (ad *Ω*, 83) non traditum. Nec probat lenem spir. Herodianus *O*, 10. — Tertium est ἄρθεν *Π*, 211 Ἀρίσταρχος δασύνει. δεῖ δὲ ψιλοῦν, ὡς ἐπεδείξαμεν ἐν τῇ *Α* ῥαψῳδίᾳ (136) διαλαμβάνοντες περὶ τοῦ ἄρσαντες κατὰ θυμόν. Eo loco Herodiani nota excidit: legimus hoc: (ABL ex Eust.) ἄρσαντες. Ἀρίσταρχος δασύνει. ἔνθεν γάρ φησι γεγονέναι καὶ τὸ ἅρμα. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ψιλοῖ (cf. ad *Z*, 348), λέγων ἀπὸ τοῦ ἄρω, οὗ ὁ μέλλων αἰολικῶς ἄρσω· τὸ δὲ α καὶ τὸ ε πρὸ τοῦ ρ ὄντα ἑτέρου φωνήεντος ἐπιφερομένου ψιλοῦται (quae sub hanc generalem regulam non cadunt hic omissa v. lex. spir. post. Ammon. p. 211). — In ἐάφθη (sic Ar.) de spiritu non videtur dubitatum esse, sed de etymo, Herod. *N*, 543. Duxit Aristarchus ab ἕπομαι, quo certe nec Buttmanno invenire contigit probabilius, lex. II, 140. — Item ἐῶμεν certum propter ἐπεί χ' ἐᾶμεν, Herod. *T*, 402 (? *N*, 315). — Nec dubitandum de ἐέ, Herod. *Ω*, 134. — Nec de ἄμυδις: quamquam Nicias et Pamphilus maluerunt ἅμυδις propter ἅμα; Ptolemaeus et Herodianus tum aliis argumentis defendunt tum Herodianus hoc loco: πάντ' ἄμυδις (*M*, 385). v. Herod. *I*, 6. — ἅδην (Nicias cum leni) videtur vulgo receptum fuisse, etiam apud Atticos, Herod. *E*, 203. Eust. p. 178, 20. — ἁθρόος. De hoc ita loquitur Herodianus *Ξ*, 38 quasi cum significat crebros non scribatur aliter. Formam certe

Eustathii temporibus (v. p. 1386) iam oblitteratam compluribus Demosthenis locis eruit et restituit Bekkerus. — ἀπτοεπές Θ, 209. ἐσπόμην K, 256. ἔστασαν Aor., ἕστασαν plusqpf. (cui etiam Ptolemaeus assentitur) M, 55. ἄσσα. ἄσσα Et. M. s. v. — Proprium Ἰαμενός M, 193, „Ἀρίσταρχος ψιλοῖ· ὁ δὲ Ἀσκαλωνίτης φησίν, ἐὰν μὲν ἀπὸ τῆς ἰάσεως ψιλωτέον, ἐὰν δὲ ἀπὸ τῆς ὁρμῆς δασυντέον. ἄμεινον δὲ προκρίνειν τὴν Ἀριστάρχου· οὐδὲν γάρ ἐστι τὸ κωλῦον τὴν ἀνάγωσιν αὐτοῦ“.

Dissertatio V.

De criticis Aristarchi rationibus.

C. I.

De athetesibus.

§. 1. Artis scribendi in carminibus Homeri mentionem nullam fieri, recte Aristarchus observavit (v. diss. II s. γράφειν). Attamen censuisse Homerum ipsum non scripsisse nusquam, quod sciam, vestigium est. Censuit Aristarchus, quaedam ipsi Homero cognita fuisse, quibus tamen heroas uti non faciat, e. g. unguenta et coronas Athen. 18. e. Schol. 700. *N*, 736. *Ξ*, 172. *Ψ*, 186. tubam *Σ*, 219. *Φ*, 388.. artem equitandi *O*, 679. Carnis coctionem *Φ*, 362 (cf. p. 236, Ἔφυρα). Eo igitur videbitur etiam scripturam rettulisse. Attamen hoc nec ipsi nec iis qui ante eum accuratius scriptorum lectioni vacaverant, obstare poterat quin multos versus irrepsisse persuasum haberent subdititios. Nonne apud tragicos, apud Aristophanem invenerant, quos nemo sani iudicii pro genuinis habere posset*)? Si multo plures apud Homerum inveniebantur aliosque, qui diu per cantorum ora ferebantur, hoc consenta-

*) Instar omnium versus Ran. 1439. sqq. ab Aristarcho et Apollonio notati.

neum erat. Quo fortasse etiam de quibusdam versibus fama quaedam accessit, ut de Solone, Onomacrito (λ, 604), Cynaethone. Cf. Pausan. IX, 31. Quamquam huic famae minimum tribuisse apparet ex ea ratione qua de eiusmodi versibus quaerit Aristarchus (v. de στῆσε δ' ἄγων — supra p. 230). Quicunque hoc modo genuinam carminum Homericorum formam corruperant, dicebant Alexandrini διασκευαστάς. Etenim quod nos solemus dicere interpolare vel quocunque modo genuinum textum scriptoris mutare hoc a Graecis grammaticis proprio vocabulo dicitur διασκευάζειν. Galen. in Hippocr. de nat. hom. praef. p. 9 Kühn. „Sunt, inquit, qui Hippocratis librum de natura hominis pro spurio habeant, ἀπατηθέντες ἐκ τῶν ἐν αὐτῷ διεσκευασμένων καὶ παρεγγεγραμμένων". Idem loquitur de characteribus Hippocratis libris postea ascriptis, sive dolo malo sive non malo consilio. Utitur voce: οἱ χαρακτῆρες διεσκευάσθησαν comm. ad Hipp. epid. III, 2 p. 411, 24 ed. Bas. Et exemplar his notis instructum διεσκευασμένον ib. 412, 9.

Redimus ad scholia Veneta. Aristonicus Π, 666 ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος καὶ ἐνταῦθα διεσκεύακε γράφων „καὶ τότ' ἄρ' ἐξ Ἴδης προσέφη Ζεὺς ὃν φίλον υἱόν" (pro καὶ τότ' Ἀπόλλωνα προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς), ἵν' ἐκ τῆς Ἴδης προσφωνῇ τὸν ἐν τῷ πεδίῳ Ἀπόλλωνα. Maxime de interpositis versibus. Σ, 356 (Porphyrii) Ζηνοδώρῳ τῷ συγγράψαντι περὶ τῆς Ὁμήρου συνηθείας τὰ δέκα βιβλία συγγέγραπται καὶ περὶ τούτου τοῦ τόπου· ἐν ᾧ συγγράμματι πειρᾶται ἀποδεικνύναι διεσκευασμένον τοῦτον τὸν τόπον ἐπῶν ιγ' (hos tredecim versus ab aliena manu interpositos vel adiectos esse). Ω, 130 ἀθετοῦνται στίχοι γ' — διεσκεύακε δέ τις αὐτοὺς οἰηθεὶς ἀποκρέμασθαι οὐδέ τι σίτου. Idem paulo aliter per substantivum dicitur Π, 97 ἀθετοῦνται στίχοι τέσσαρες, διότι κατὰ διασκευὴν ἐμφαίνουσι

γεγράφθαι ὑπό τινος τῶν νομιζόντων ἐρᾶν τὸν Ἀχιλλέα τοῦ Πατρόκλου, „per interpolationem facti“. Quod simpliciter I, 416 sic: ἀθετεῖται ὅτι νομίσας τις κρέμασθαι τὸν λόγον προσέθηκεν αὐτόν. Item προσέθηκε B, 668. Et simplicius etiam: N, 658 ἀθετοῦνται ἀμφότεροι ὅτι πλανηθείς τις ἐκ τοῦ „ὅς ῥα πατρὶ φίλῳ ἕπετο“ (644) ἔταξεν αὐτοὺς ἵνα καὶ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ὀδύρηται*). Et alio modo E, 183 ἀθετεῖται ὅτι δεξάμενός τις εἰ μή τις θεός ἐστιν ὁ ἐναντιούμενος, ἐνέγραψεν αὐτόν. Sed hoc iam proprium ut παρεμβάλλειν (Φ, 130), ἐμποιεῖν. οἱ ἐμπεποιηκότες εἰς τὰ Ἡσιόδου Pausan. II, 26, 6. παρεντιθέναι Π, 97. διασκευάζειν. Pro quo dicitur etiam ἐνδιασκευάζειν Γ, 395 δεξάμενος δέ τις τὸ πρότερον τοὺς ἑξῆς ἐνδιασκευάζει· διὸ ἀθετοῦνται. Verbi διασκευάζειν nunc reliqua ponenda sunt exempla: Y, 269 ἀθετοῦνται στίχοι δ' ὅτι διεσκευασμένοι εἰσὶν ὑπό τινος τῶν βουλομένων πρόβλημα ποιεῖν. μάχεται δὲ σαφῶς τοῖς γνησίοις. B, 807 ἡ διπλῆ ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ πλανῆσαν τὸν τὰ ἐπάνω (791) διασκευάσαντα. Δ, 208 ἡ διπλῆ πρὸς τὸ ὄρινεν ἀντὶ τοῦ κατὰ ψυχὴν ἐκίνησεν· ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὸ ὣς φάτο τῇ δ' ἄρα θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ὄρινεν (Γ, 396. ρ, 150) ὅτι οὐκ ἔστιν ἐθύμωσεν ὡς ὁ διασκευάσας ἐκλαβὼν ἔταξε τοὺς ἑξῆς εἴκοσι στίχους. ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐκίνησε καὶ παρώρμησε κατὰ τὸ ἐρωτικόν. Λ, 11 ἡ διπλῆ ὅτι διὰ τὶ ἠλαττῶσθαι κατὰ τὴν κόλον μάχην νῦν μέγα σθένος ἑκάστῳ ἐντίθησι πρὸς τὸ πολεμεῖν, οὐχ ἵνα εἰς οἶκον ἀνακομισθῶσιν, ὡς ὁ διασκευάσας τοὺς ἑξῆς. Qui his locis ὁ διασκευάσας, is aliis ὁ διασκευαστής, interpolator. Z, 441 ὅτι πρὸς τὴν λέγουσαν „ἀλλ' ἄγε νῦν ἐλέαιρε“ καὶ „μὴ παῖδ' ὀρφανικὸν θείης“ οἰκείως ἀπήντηκεν· ὁ δὲ διασκευαστὴς (qui versus 433 sqq. interposuit) ἐπλανήθη. Θ, 73 ἀθετοῦνται ὅτι ὑπὲρ ἑκάστου στρατεύματος κῆρα

*) Mirum hoc: ψ, 104 ἐνσέσεισται ἐκ τῆς Ὀδυσσείας ὁ στίχος.

ζυγοστατεῖ ὁ Ζεύς, οὐ πλείους, ὡς ἐπὶ Ἀχιλλέως καὶ Ἕκτορος· ὁ δὲ διασκευαστὴς ἐξέλαβε πολλάς. λ, 548 στεῦτο) νῦν ἵστατο ἐπὶ ποδῶν. κέχρηται δὲ τῇ λέξει ὁ διασκευαστὴς παρὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ συνήθειαν. χ, 31 οὐδέποτε Ὅμηρος ἐπὶ τοῦ ἔλεγε τὸ ἴσκε, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ὡμοίου· ἠπάτηται οὖν ὁ διασκευαστὴς ἐκ τοῦ „ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων" (τ, 203). Subst. *διασκευή* praeter locum supra adhibitum (*Π*, 97) est etiam *T*, 400 *σημειοῦνταί τινες ὅτι ἐντεῦθεν ἡ διασκευὴ τοῦ τεθρίππου πεποίηται*, h. e. is a quo *Θ*, 185 versus spurius *Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε καὶ Αἴθων Λάμπε τε δῖε* profectus est, in mente habuit et nomina mutuatus est ab hoc (*T*, 400) *Ξάνθε τε καὶ Βαλίε, τηλέκλυτα τέκνα Ποδάργης*, quem versum quodammodo diffinxit. Eadem res per verbum *διασκευάζειν* dicta sic: *O*, 414 *ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο νέεσσι, ἡ διπλῆ ὅτι ἐκ τούτου διεσκεύασται ὁ τῆς τειχομαχίας στίχος „ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο πύλῃσιν"*, *M*, 175: quo loco sic scribit: *ἀπὸ τούτου ἀθετοῦνται στίχοι ς' ὅτι παρῴδηνται ἐκ τοῦ ἄλλοι δ' ἀμφ' ἄλλῃσι μάχην ἐμάχοντο νέεσσι. — T*, 327 *καὶ Ἀριστοφάνης προηθέτει τὸν στίχον — — — τεκμήριον δὲ τῆς διασκευῆς τὸ καὶ ἑτέρως φέρεσθαι τὸν στίχον, εἴ που ἔτι ζώει γε Πυρῆς ἐμὸς ὃν κατέλειπον.* Praeterea *προδιασκευή*, *Ω*, 109 *ἐντεῦθεν γέγονεν ἡ προδιασκευή „ἀλλ' ἤτοι κλέψαι μὲν ἐάσομεν"* (quod schol. V sic dicit: *ἐντεῦθεν τὰ ἄνω διεσκεύασται περὶ κλοπῆς*). Ergo *διασκευάζειν* dicitur 1) de libro vel loco qui primam et genuinam formam vel additamentis vel quibuscunque mutationibus factis amisit, *διεσκεύασται*. 2) Locus ipse qui additus est dicitur *διεσκευασμένος* i. q. *ἐνδιεσκευασμένος*.

Caeterum haec *διασκευή* potest ab ipso scriptore fieri, ut saepe dramatici faciebant cum fabulae primum non placuissent, quod Athenaeus egregie illustrat p. 374 in., vocabulo *μετασκευάζειν* utens: *πικρὸς δ' ὢν*

τὸ ἦθος (Anaxandrides) ἐποίει τι τοιοῦτον περὶ τὰς κωμῳδίας· ὅτε γὰρ μὴ νικῴη λαμβάνων ἔδωκεν εἰς τὸν λιβανωτὸν κατατεμεῖν, καὶ οὐ μετεσκεύαζεν ὥσπερ οἱ πολλοί. Poterat διασκευάζειν, quod multo frequentius in hac re, e. g. Schol Nub. 549 distinguuntur αἱ διδαχθεῖσαι et αἱ ὕστερον διασκευασθεῖσαι Νεφέλαι. v. Athen. 247. 358. d. (ubi ἑνός delendum videtur) 496. f. 429. e. 663. c. *). Nonnunquam mutatae ab aliis sunt, ab ipsis etiam histrionibus (Grysar. de Graecorum trag. temp. Dem. p. 4 sqq.). Sic prouti res ceciderit διασκευή et correctio esse potest et corruptio **).

§. 2. Notandis versibus spuriis omne verae criticae et Homericae maxime fundamentum iactum. Nam quamdiu in carminibus vere dissoni, absurdi loci legebantur, vigebat quaestionum, quas supra descripsimus, ardor nec multae refutari poterant nisi argumentis item ineptis nec res a puerili et dialectica velitatione ad virilem et grammaticam deliberationem venire poterat. Quare si nihil aliud praestitisset Zenodotus quam ut hanc meditationem ad Homerum attulisset nunquam eius memoria perire deberet, quippe a quo omnis criticae primordia repetenda essent. Causas si quaerimus quibus commoti versus veros non esse pronuntiamus, quattuor sunt. Primum deficiens carminum connexus vel discrepans. Deinde si quid displicet in arte poe-

---

*) Apparet ex his locis quam res frequens in recentiori comoedia fuerit.

**) De diaceuastis nos nostro more exposuimus. Quidquid in eandem sententiam dictum est ab Heinrichio, quod factum esse video ex Nitzschii praeparatione indagandae per Odysseam interpolationis §. 11, id totum illi acceptum referri volumus. Nos Heinrichii libellum nunquam vidimus.

tae vel in hominum Deorumque factis et moribus. Tum si quid in antiquitatibus, denique si quid in sermone a poetae consuetudine discrepat. Et Zenodotus quidem primo et secundo genere substitisse reperitur, tertium et quartum genus aliis relinquens, qui artem criticam cum arte grammatica coniuncturi erant. In illo vero primo et secundo genere ut quaedam vidit, quae posteritas probavit, sic ab iis erroribus cavere non poterat, quae omnino et quae illo maxime tempore in hac re declinare difficillimum. Quot res vel hodie non Wolfius sed Wolfiani sibi contradicere affirmarunt, quae in poeta minime contraria videbuntur quid poetae liceat non quid veritatis quaerat ieiunitas vel reputantibus vel potius nativo sensu edoctis. Sed ut ad Alexandrinos meos redeam, initium faciam ab hoc, quod ad secundum genus referendum erit. Abiudicaverat Zenodotus multos versus ab Homero *διὰ τὸ ἀπρεπές*, si quid heroum vel deorum gravitatem minus decere videbatur. *Λ*, 889 Minerva sumta facie Laodoci perlustrat exercitum Pandarum quaerens:

Πάνδαρον ἀντίθεον διζημένη, εἴ που ἐφεύροι.
εὗρε Λυκάονος υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε.

Indignum duxit Dei persona, quod quaerit „*τούτῳ καὶ τῷ ἑξῆς παράκεινται διπλαῖ περιεστιγμέναι, ὅτι Ζηνόδοτος τούτου μὲν τὸ ἀκροτελεύτιον οὕτως γράφει „εὗρε δὲ τόνδε“, τόν δὲ δεύτερον οὐδὲ γράφει, δοκῶν ἀνθρώπινον τὸ ζητεῖν εἶναι· καταλέλοιπε δὲ τὸ διζημένη. ἀγνοεῖ δὲ ὅτι ὁμοιωθεῖσα Λαοδόκῳ ἀνάγκην εἶχεν ἀνθρώπινα ἐπιτηδεύειν*“. — *Γ*, 424, ubi Aphrodite Helenae dicitur sellam posuisse, duos versus omisit Zenodotus: „*ἀπρεπὲς γὰρ αὐτῷ ἐφαίνετο τὸ τῇ Ἑλένῃ τὴν Ἀφροδίτην δίφρον βαστάζειν*“. Cui respondetur: „*ἐπιλέλησται δὲ ὅτι γραῖ εἴκασται καὶ ταύτῃ τῇ μορφῇ τὰ προσήκοντα ἐπιτηδεύει*“. Sic quod spurius Zenodoto visus locus de Briareo (*Λ*, 396—406), quod *Ἥρης κόλασιν* (*Ο*, 18)

eiecerat, quod item spuriam censuit illam Achillis orationem *Οἰνοβαρές, κυνὸς ὄμματ' ἔχων* — (*A*, 396—406) ne aliam quaeras causam. Et alia eiusdem generis invenientur. Sic *Π*, 89 Achilles ad proelium dimittens Patroclum haec dicit

μὴ σύ γ' ἄνευθεν ἐμεῖο λελαίεσθαι πολεμίζειν
Τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν· ἀτιμότερον δέ με θήσεις·
μηδ' ἐπαγαλλόμενος πολέμῳ καὶ δηιοτῆτι
Τρῶας ἐναιρόμενος προτὶ Ἴλιον ἡγεμονεύειν.

ἡ διπλῆ περιεστιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος τοῦτον καὶ τὸν ἑξῆς ἦρκεν, πεποίηκεν δὲ οὕτως „μή σύγ' ἀγαλλόμενος πολέμῳ καὶ δηϊοτῆτι". ἵν' ἐπιβάλλῃ ἡ συνέπεια. ἀναγκαῖοι δέ εἰσι· σκοπὸς γὰρ τῷ Ἀχιλλεῖ μὴ ἀτιμωθῆναι τούτου κατευημερήσαντος. Si dubitari posset, haec ultima, quibus defenduntur, patefacerent cur Zenodotus eos damnaverit, sc. ne Achillis invidia pateret. Vel in Thersitae persona quaedam ei nimium ridicula nec ferenda visa, schol. *B*, 227. 231. Videmus in hac re Aristarchi iudicium iam liberius fuisse: attamen quibusdam similibus offensus est, quae hodie in Homeri simplicitate ferimus. Et quidem, quod memorabile est, plus videtur in Dis tulisse quam in hominibus. *η*, 311 Alcinous ad Ulixem:

αἴ γάρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,
τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι τά τε φρονέων ἅ τ' ἐγώ περ
παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι, cet.

τοὺς ἐξ Ἀρίσταρχος διστάζει Ὁμήρου εἶναι· εἰ δὲ καὶ Ὁμηρικοὶ (h. e. etiamsi nihil continent quod a consuetudine sermonis et antiquitatis Homericae abhorreat), *εἰκότως αὐτοὺς περιαιρεθῆναί φησι. πῶς γὰρ ἀγνοῶν τὸν ἄνδρα μνηστεύεται αὐτῷ τὴν θυγατέρα, καὶ οὐ προτρεπόμενος, ἀλλὰ λιπαρῶν.* Similiter *ζ*, 244 Nausicaa precatur: *αἴ γὰρ ἐμοὶ τοιόσδε πόσις κεκλημένος εἴη, ἐνθάδε ναιετάων, καί οἱ ἄδοι αὐτόθι μίμνειν. ἄμφω μὲν ἀθετεῖ Ἀρίσταρχος. διστάζει δὲ περὶ τοῦ πρώτου.*

ἐπεὶ καὶ Ἀλκμὰν αὐτὸν μετέβαλε (puto μετέλαβε, transtulit ad sua) παρθένους λεγούσας εἰσάγων· Ζεῦ πάτερ εἰ γὰρ ἐμοὶ πόσις εἴη*). —

Cognosce criticum vel in errore laudabilem. Sensui suo repugnare non potest; sed cum extrinsecus videt aliquod accedere momentum paratus est cedere. Pertinent eodem versus I, 458—461 in Phoenicis narratione: τὸν μὲν ἐγὼ βούλευσα κατακτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ, cett., de quibus Plut. aud. p. p. 26. F. ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχος ἐξεῖλε ταῦτα τὰ ἔπη φοβηθείς: sc. timens Phoenicis moribus, qui Achillis paedagogus factus est. Caeterum qui vel obiter historiam interpretationis Homericae tetigit, cognitum habet nullam fere aetatem fuisse quin magna pars hominum, doctorum certe, Homericorum morum simplicitate offenderetur; per Wolfium demum et Vossium paullatim hic sensus acui coeptus et cum pluribus communicatus. Illos vero Alexandrinos et aulae luxuria affluentes et philosophorum severitate circumstrepantes in multis offendisse mihi consentaneum videtur**). V. Ar. iudicium de Apolline Smintheo p. 181.

---

*) Alterum schol. h. l. incipit: δοκοῦσιν οἱ λόγοι ἁρπεπεῖς παρθένῳ καὶ ἀκόλαστοι. Plut. aud. p. 27 εἰ μὲν Ναυσικάα ξένον ἄνδρα τὸν Ὀδυσσέα θεασαμένη καὶ παθοῦσα τὸ τῆς Καλυψοῦς πάθος πρὸς αὐτὸν ἅτε δὴ τρυφῶσα καὶ γάμων ὥραν ἔχουσα τοιαῦτα μωραίνει πρὸς τὰς θεραπαινίδας· αὐτὰρ ἐμεῦ τοιόσδε πόσις ——— ψεκτέον τὸ θράσος αὐτῆς καὶ τὴν ἀκολασίαν· εἰ δὲ τοῖς λόγοις τοῦ ἀνδρὸς τὸ ἦθος ἐνιδοῦσα καὶ θαυμάσασα τὴν ἔντευξιν αὐτοῦ πολὺν νοῦν ἔχουσαν εὔχεται τοιούτῳ συνοικεῖν μᾶλλον ἢ πλωτικῷ τινι καὶ ὀρχηστικῷ τῶν πολιτῶν, ἄξιον ἄγασθαι. Schol. aliquis ad h. l. Ἔφορος ἐπαινεῖ τὸν λόγον ὡς ἐξ εὐφυοῦς πρὸς ἀρετὴν ψυχῆς· ἐγὼ δὲ τοῦτο πρὸς τὸ ἁβροδίαιτον τῶν Φαιάκων δίδωμι. — v. Serv. Aen. VII. 268.

**) Huc non pertinet, quod Athenaeus de Eratosthene habet, I. p. 16 ἀπολαυστικὸς δέ ἐστι παρ' αὐτῷ (Ὁμήρῳ) καὶ ὁ τῶν Φαιάκων βίος.

οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι

II. Porro Zenodotus de quibusdam falso iudicavit cum reliqua Homeri narratione dissentire. Haec ut in ordinem cogerentur et mutavit complura et quaedam ut spuria reiecit. Quod genus significem exemplo demonstrabo. *Π*, 431 Iuppiter in monte Ida Iunonem alloquitur de Sarpedonis exitio consulturus. Hic Zenodoto aliquid hiare visum: *ἐπιζητῶν πῶς ἡ μικρὸν ἔμπροσθεν* (*Ο*, 79) *ἐπὶ τὸν Ὄλυμπον παρακεχωρηκυῖα νῦν ἐπὶ τῆς Ἴδης ἐστίν*. Hanc ob causam hoc colloquium spurium esse iudicavit. Similiter quod nunquam indicatum quo modo Apollo ex agro Troiano in Idam

---

ἢ ὅτ' ἂν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κατὰ δῆμον ἅπαντα,
δαιτυμόνες δ' ἀνὰ δώματ' ἀκουάζωνται ἀοιδοῦ (ι, 5)
ἃ ἔπη Ἐρατοσθένης οὕτω δεῖν γεγράφθαι φησί·
οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι
ἢ ὅταν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κακότητος ἀπούσης,
δαιτυμόνες δ' ἀνα δ.

Hic non grammaticum audimus sed philosophum, pertinetque hoc ad id genus, de quo Plut. aud. poet. 33. C. *ὅθεν οὐδ' αἱ παραδιορθώσεις φαύλως ἔχουσιν, αἷς καὶ Κλεάνθης ἐχρήσατο καὶ Ἀντισθένης, ὁ μὲν εὖ μάλα τοὺς Ἀθηναίους ἰδὼν θορυβήσαντας ἐν τῷ θεάτρῳ*

τί δ' αἰσχρὸν ἦν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκῇ;

παραβάλλων εὐθὺς

αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρόν, κἂν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ

Ὁ δὲ Κλεάνθης περὶ τοῦ πλούτου

φίλοις τε δοῦναι σῶμά τ' εἰσνόσους πεσὸν
δαπάναισι σῶσαι

μεταγράφων οὕτω

πόρναις τε δοῦναι σῶμά τ' εἰς νόσους πεσὸν
δαπάναις ἐπιτρῖψαι —

καὶ ὁ Ζήνων ἐπανορθούμενος τὸ τοῦ Σοφοκλέους

ὅστις δὲ πρὸς τύραννον ἐμπορεύεται
κείνοὐζι δοῦλος κἂν ἐλεύθερος μόλῃ

μετέγραφεν

οὐκ ἔστι δοῦλος ἂν ἐλεύθερος μόλῃ.

Attamen haec ipsa exempla nos admonent de philosophorum severitate, cuius supra mentionem feci.

pervenerit *Π*, 666 versum mutavit (de qua mutatione, in qua sane iudicii elegantiam desideramus, recte iudicant Aristarchei), versum *Π*, 677 ut suppositum reiecit. De hac re Aristarchus verum induxit iudicium: fieri nonnulla apud Homerum quae non diserte dicantur sed ex consequenti cognoscantur. „*πολλὰ κατὰ συμπέρασμα λέγει ὁ ποιητὴς σιωπωμένως γεγονότα*“ (Ariston. *Π*, 431). Loci qui hoc probarent notati, ut *E*, 231. 337. *I*, 709 *P*, 24. *Σ*, 356. *Φ*, 17. 67. Haec observatio omnino ad veram poetarum interpretationem magni momenti erat; et ad meliores interpretes, Latinos etiam, ita transiit ut saepe ea utantur.

III. Omnino clarum est per meliorem explicationem versus servari posse antea suspectos. Pulcrum exemplum est *ε*, 247: ubi nec Aristophani dedecori est quod non intellexit et Aristarchus placet interpretatione tuitus.

IV. Multam dubitandi materiam in Homericis dant versus bis vel saepius repetiti. Hos ut uno tantum loco relinqueret inclinabat Zenodotus. Ariston. I, 23 24. 25. *ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος ἦρκε τοὺς στίχους πρὸς οὐδὲν ἀναγκαῖον ἀλλ᾽ ἕνεκα τοῦ κατ᾽ ἄλλους τόπους φέρεσθαι. τοιοῦτος δέ ἐστιν ἐπὶ τῶν διφορουμένων. B*, 60 sqq. Agamemnon in consilio insomnium suum iisdem verbis exponit, quibus primum Iuppiter ad Somnum, dein Somnus ad Agamemnonem usus erat. Hoc loco ne tertio eadem repeterentur decem versus in duos contraxerat (v. Ariston. et Eust. p. 193). Opponit Aristonicus: *τὰ δὲ ἀπαγγελτικὰ ἐξ ἀνάγκης δὶς καὶ τρὶς ἀναπολεῖται ταῖς αὐταῖς λέξεσι· καὶ οὐ δυσωπητέον. ἀναγκαῖον γὰρ καὶ τοῖς συγκεκλημένοις βουλευταῖς διηγήσασθαι.* Hinc intelligimus in eiusmodi versibus notandis Aristarchum quam Zenodotum temperantiorem (quamquam ne ita interpreteris Aristonicum quasi hanc certam legem habuerit Zenodotum ut nullum versum

saepius relinqueret; quod non est ita)," et maxime in nuntiorum vocibus saepius repetitis minime offendisse. Attamen Aristarchus quoque iudicavit saepissime factum esse in Homericis ut versus uno aliquo loco recte et apte positi per errorem ad alios locos ubi minus aptus eorum locus transferrentur: inde magna copia locorum asterisco et contra obelo et asterisco notatorum. Hoc genus interpolationis proclive esse apparet: et sunt loci complures, quibus ita factum esse certissimum. Attamen iudico in hac re ipsum quoque Aristarchum saepius quam necesse obelo usum esse. Sed cave in multis citius iudices. Mihi enim compluribus locis accidere memini ut cum primum intuenti non satis argumenti ad obelum ponendum esse videretur denique non possem me continere quin in partes argutissimi hominis discederem. Si quis ex multis, qui hodie multa scribunt, operam susceperit de versibus Homericis ab Aristarcho obelo notatis quaerendi is in prima pagina illud Quintiliani ponat: „Modeste tamen et circumspecto iudicio de tantis viris pronuntiandum est, ne, quod plerisque accidit, damnent quae non intelligant". (X, 1).

V. Suspectus visus character Hesiodeus (iam Zenodoto). *Σ*, 39. *Ω*, 614. *o*, 74. Et haud dubie saepius (e. g. *X*, 495), ubi nunc hoc argumentum excidit. — Sunt etiam quae ex ipso Hesiodo in Homerum venerunt, ut *Ω*, 45 *ἀθετεῖται ὅτι ἐκ τῶν Ἡσιόδου μετενήνεκται ὑπό τινος νομίσαντος ἐλλείπειν τὸν λόγον*. —

VI. Suspecta visa ea quam dicunt *ἀνακεφαλαίωσιν*. Hi sunt eiusmodi loci, quibus brevis summa continetur eorum quae ipsa carmina exhibuerant; magnam partem ex frustulis Homericis contexti ut *A*, 365 sqq. *Σ*, 444. sqq. *ψ*, 310. sqq.

VI. Auget suspicionem versus, si vario modo fertur. *T*, 327 in versu haud dubie subdititio *εἴ που ἔτι-*

ζώει γε Νεοπτόλεμος θεοειδής aliis argumentis expositis additur: τεκμήριον δὲ τῆς διασκευῆς τὸ καὶ ἑτέρως φέρεσθαι τὸν στίχον· εἴ που ἔτι ζώει γε Πυρῆς ἐμὸς ὃν κατέλειπον. (? A, 423).

VII. Multi versus notati διὰ τὸ περιττόν. In hoc invenio Aristarchum opinioni indulsisse. Vide hoc exemplum (*A*, 444):

Ὦ Χρύση, πρό μ' ἔπεμψεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων,
παῖδά τε σοὶ ἀγέμεν Φοίβῳ Ϝ ἱερὴν ἑκατόμβην
— ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν, ὄφρ' ἱλασόμεσθα ἄνακτα.

Hic annotatum: ὅτι τὸ ἀγέμεν κοινόν, ὥστε γενέσθαι τὸν ἑξῆς περισσόν· διὸ καὶ ἀθετεῖται. De eodem versu monitum ad Φ, 479: ubi hoc modo edidit Wolfius:

ὣς φάτο τὴν δ' οὔτι προσέφη ἑκάεργος Ἀπόλλων,
ἀλλὰ χολωσαμένη Διὸς αἰδοίῃ παράκοιτις·
[νείκεσεν Ἰοχέαιραν ὀνειδείοις ἐπέεσσιν·]

Aristonicus hoc annotat: ἡ διπλῆ ὅτι κοινὸν δεῖ δέξασθαι τὸ προσέφη· ἀλλὰ χολωσαμένη Διὸς αἰδοίῃ παράκοιτις προσέφη. οὕτως οὖν κἀκεῖ „παῖδά τέ σοι ἀγέμεν Φοίβῳ Ϝ ἱερὴν ἑκατόμβην". ἀπὸ κοινοῦ γὰρ τὸ ἀγέμεν, καὶ περιττὸς ὁ ἑξῆς „ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν". (AB.) Ergo videmus Aristonicum illum versum νείκεσεν — ne nosse quidem. Verum est in eiusmodi constructione saepissime apud Homerum unum verbum sufficere, e. g. πανύχιοι μὲν ἔπειτα καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Δαίνυντο, Τρῶες δὲ κατὰ πτόλιν ἦδ' ἐπίκουροι, et in multis similibus, *A*, 321. *M*, 461. *N*, 56. Sed v. Porphyr. *K*, 167. Et diple notata talia ab Aristarcho, v. locum iam laudatum Φ, 479 et *A*, 56. Attamen non constans lex est; imo non pauci sunt loci, ubi denuo inferuntur verba et alia et ab initio versus γίγνεται, ἐστί, cet. Et quamquam sunt ex hoc genere versus qui simul aliam ob causam suspecti sunt (v. *Ω*, 45. *H*, 353) ut aliquod etiam diasceuastarum huius scilicet lacunae

explendae prodant studium, tamen putaverim his commotum nimium ad talia damnanda propendisse; v. e. g. *A*, 139. *I*, 44. *Ξ*, 158. *β*, 137. *Φ*, 570. Talia ferenda esse indicare videtur Apollon. synt. p. 5, 8.

VIII. *P*, 172 *μεμείωκε τὴν ἔμφασιν καὶ τὰ τοιαῦτα εἴωθεν ἀθετεῖν ὁ Ἀρίσταρχος.* Ex hoc genere turpia additamenta in Homerum venerant. Unius notissimi exempli admonebo (*A*, 515)

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
— ἰοὺς τ' ἐκτάμνειν καὶ ἤπια φάρμακα πάσσειν.

Hic versus quam miserabiliter carmen deformet iam Zenodotus ita senserat, ut ne scriberet quidem. Aristophanes ut spurium notaverat; item Aristarchus: „*μειοῖ γὰρ εἰ μόνον ἰοὺς ἐκτάμνειν καὶ φαρμακεύειν οἶδε*". Quis dubitat? Attamen in hoc maxime genere quousque procedere liceat difficile dictu est; nam et sensus fallere potest nec sicut in hoc exemplo sic ubique omnibus persuaderi potest, minime iis qui cum Horatio sentiunt nonnunquam etiam bonum dormitare Homerum. Quam saepe dormitat? Hoc philosophis relinquendum erit, qui omnes animi humani angulos percontati esse dicuntur et quam saepe ingenium, quale Homeri fuit, dormitare debeat efficient. Hoc usque dum factum fuerit, Grammaticis cavendum est ne summus poeta toties dormitasse putetur quam ipsi. Hoc certum est et in hoc genere et omnino in versibus spuriis, in quibus incredibili cum negligentia recentiores versati sunt, de hac aetate meritissimo dici posse illud Popianum:

nor is it Homer nods but we that dream.

Non dico equidem ubique in hoc genere verum vidisse Aristarchum; ne illud quidem negabo accuratius poetae rationibus perspectis unam alteramve regulam inveniri posse, quamquam hoc quem successum habiturum sit incertissimum: sin Aristarchus eos versus,

qui ipsi a solita poetae alacritate et virtute discrepare videbantur, obelo notavit, id fecit quod unum critico facere convenit. Falsa opinio est, artem criticam omnino a singulorum iudicio nusquam pendere debere: debet quia non aliter potest: non aliter potest in hac arte, cum nusquam possit in rebus humanis. Zenodotus qui eiusmodi versus vel calidius ex textu eiecit vel mutavit audacter egit; Aristarchus relinquens*) et signo aliquo sibi non probari indicans non egit audacter, imo non poterat aliter nisi negligentiae crimen sustinere vellet. Illud exemplum nobis imitandum est. Aristophanes et Aristarchus non „in elegantiorum hominum usum“ editiones suas parabant, sed scholae atque extra scholam nemini. Schola vero, quae discere vult, nec male interpositis versibus carere potest, unde plurima discendi materia (nisi forte uno alterove vel testimoniis suspecto vel extra modum inepto **), nec malis textibus innutriri decet, quare commode in margine appositis notis admonetur, et in omnibus singulis scire interest ubi magistro dubitatio orta, etiamsi talis sit ut aliquid contra afferri possit. Sic et usibus scholae satis fit et ei quae criticum decet diligentiae nec

---

*) Ne ibi quidem mutavit Ar. ubi si versum exemeris sententiae connexus tollitur. Exemplum est χ, 31. Sc. ubi versus spurios esse pronuntiamus ibi non continuo dicimus nullos fuisse sed non hos.

**) Hos commemoravit in commentariis. *I*, 140 *ἡ δὲ διπλῆ ὅτι ἔνιοι ὑποτάσσουσι στίχον „τὴν γὰρ ἐπ᾽ αὖτις ἐγὼ δώσω ξανθῷ Μενελάῳ“, εὐήθως πάνυ. I.* 159 *φησὶν ὁ Ἀρίσταρχος ὅτι ἔνιοι ὑποτάσσουσι τούτῳ „οὔνεκ᾽ ἐπεί κε λάβῃσι πέλωρ ἔχει οὐδ᾽ ἀνίησιν.“ οὐκ εἶναι δὲ ἀναγκαῖον. N*, 808 *ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος ὑποτάσσει „λίην γάρ σφι πᾶσιν ἐκέκριτο ϑάρσεϊ πολλῷ“. τοῦτο δὲ ἐπὶ τῶν προκειμένων δηλοῦται. καὶ ὁ Ἀρίσταρχος περὶ τοῦ στίχου οὕτως λέγει, ὅτι ἐν τοῖς Ζηνοδοτείοις ἐφέρετο.*

pereunt quae fortasse alio tempore probabuntur. Modo ne in iis, quae natura sua minus certa sunt, tenax et obstinatus sit. Hoc vero vitium in Aristarchum minime cadit. Id primum ostendit eius fluctuatio quibusdam in locis, ubi non nisi diu meditatus certiorem sententiam pronuntiavit, partim severiorem ut *K*, 398, ubi primum punctis appositis quam res dubitabilis esset indicavit, postea aut exemit (sic unus illo loco testatur Nemesio, qui tamen imprudenter videtur vocabulo ἐξεῖλε abusus esse pro eo quod apud Ammonium invenerat ἀθετῆσαι vel simili) aut obelo notavit (quod testantur Didymus, ad eundem ille Ammonium recurrens, et Aristonicus). Partim meditatio duxit eum ad leniorem sententiam, ut *Π*, 613 (sch. V) ἐν τῇ ἑτέρᾳ τῶν Ἀριστάρχου οὐκ ἐφέρετο καθάπαξ· ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ ἄλογος (l. ὀβελὸς) αὐτῷ παρέκειτο. *T*, 365 ἀθετοῦνται στίχοι τέσσαρες· γελοῖον γὰρ τὸ βρυχᾶσθαι τὸν Ἀχιλλέα, ἥ τε συνέπεια οὐδὲν ζητεῖ διαγραφέντων αὐτῶν· ὁ δὲ Σιδώνιος ἠθετηκέναι μὲν τὸ πρῶτόν φησιν αὐτῶν τοὺς ἀριθμούς (l. αὐτοὺς τὸν Ἀρίσταρχον), ὕστερον δὲ περιελεῖν τοὺς ὀβελοὺς ποιητικὸν νομίσαντας (l. τα) τὸ τοιοῦτο. ὁ μέντοι Ἀμμώνιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἐπεκδοθείσης διορθώσεως οὐδὲν τοιοῦτο λέγει*). Deinde in quibusdam liberum reliquit iudicium, ut *ε*, 337 Ἀρίσταρχος περὶ μὲν τῆς ἀθετήσεως διστάζει, cet; admonuit etiam si quis retinere mallet quo modo tueri posset. Sic *Γ*, 144 οὐκ οἴη (Helena), ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο,

Αἴθρη Πιτθῆος θυγάτηρ Κλυμένη τε βοῶπις.

εἰ μὲν τὴν Θησέως λέγει μητέρα, ἀθετητέον. ἀπίθανον

---

*) Hoc ideo factum erat (ne quis haec sibi obstare putet,) quod illam novam sententiam Aristarchus post alteram demum emissam editionem in schola exponere coeperat.

γάρ ἐστιν Ἑλένης ἀμφίπολον εἶναι τὴν οὕτως ὑπεραρχαίαν, ἣν οὐκ ἐκποιεῖ ζῆν διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου· εἰ δὲ ὁμωνυμία ἐστί, καθάπερ καὶ ἐπὶ πλειόνων, δύναται μένειν. καὶ γὰρ ἄλλοι εἰσὶν ὁμώνυμοί τινες κατὰ τὰ Ἰλιακά, Ἄδραστος, Τεύθρας, Οἰνόμαος.

Item in versibus notissimis de Pylaemene (*N*, 658. 659) ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἀθετεῖ· ὁ δὲ Ἀρίσταρχος ἢ ἀθετεῖν φησι δεῖν ἢ ὁμωνυμίαν νομίζειν. (Cf. *B*, 837 „ἐσημειοῦτο ὁ Ἀρίσταρχος τὰς ὁμωνυμίας πρὸς τὰ Πυλαιμένους“). Item libera optio data *A*, 222. Quod eo ducit ut quamvis versuum obelo notatorum magna copia sit tamen non temere ad notationem prosiluisse sed quos quidem sine carminum detrimento putaret defendi posse retinere maluisse putemus. Quo alia quoque ducunt, quae egregia sunt. Agamemnonis gladius *B*, 45 dicitur ἀργυρόηλος, sed *A*, 30 ἐν δέ οἱ ἧλοι χρύσειοι πάμφαινον. An continuo alterutrum abiicit? Minime „ἡ διπλῆ ὅτι τὸ Ἀγαμέμνονος ξίφος νῦν μὲν ἀργυρόηλον, ἐν ἄλλοις δὲ χρυσόηλον. καὶ Εὐριπίδης σφυρῶν σιδηρᾶ κέντρα εἰπὼν ἐν ἄλλοις φησὶ χρυσοδέτοις περόναις (Phoen. 26. 812). τὰ τοιαῦτα δὲ κυρίως οὐ λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἐπιφορά ἐστι ποιητικῆς ἀρεσκείας. ὥσπερ δὲ τὰ περὶ τὸν θώρακα καὶ τὴν ἀσπίδα διαφορώτερον διαφράζει (sc. Il. *A*) οὕτω καὶ τὸ ξίφος κοσμεῖ“. Hinc discant Wolfiani. Item *N*, 365 Cassandra audit Πριάμοιο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη, contra *Z*, 252 Laodice. „ἡ διπλῆ ὅτι νῦν μὲν Κασσάνδραν εἶδος ἀρίστην, ἐν ἄλλοις δὲ τὴν Λαοδίκην, καὶ οὐ μάχεται“*). — Illud quoque hoc loco recte commemorabitur. Homerus non novit vocabulum νόμος. Sed ρ, 487 est eiusmodi versus: (θεοὶ) ἐπιστρωφῶσι πόληας,

ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

---

*) Addit: ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τοὺς χωρίζοντας· λύεται γὰρ τοῖς τοιούτοις. —

Quid pronius quam spurium dicere cum Homerus voc. νόμος nesciat? Sive probabis sive improbabis quod Ar. affert, duo dicenda sunt, primum subtilissimum virum fuisse, qui nihil fere dixerit, quin hodie discamus aliquid vel excitetur animus, dein antequam obelum contorqueret multa perpendisse: εἰ μὲν οὖν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ νόμου ἦν κατ' αὐτὸν ἐν χρήσει οὐκ ἔστι σαφῶς διορίσασθαι· οἱ μὲν γάρ φασι δῆλον αὐτὸν εἶναι εἰδότα τοὔνομα τοῦ νόμου ἐν τῷ εἰπεῖν ἀνθρώπων ὕβριν καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες. Ἀρίσταρχος δέ φήθη τὴν εὐνομίαν εἰρῆσθαι παρὰ τὸ εὖ νέμεσθαι*). Tradidit Plut. vit. Hom. Sic invenitur prudentiam cum fortitudine coniunxisse. Minime audacem fuisse in arte critica Aristarchum infra dedita opera ostendemus: attamen audacior eo loco quo decebat et suadebat ratio. Etenim cum intellexisset sat magnam copiam versuum intrusam esse in Homerum, quos subditicios esse dubitari nullo modo posset, recte iudicatum est eadem via qua centum falsi versus irrepserunt, sexcentos irrepere potuisse: et si ratio suaderet spurios iudicare non posse obstare quod in multis suaderet. Et si concedamus in persequendo instituto ab Alexandrinis et Aristarcho haud raro peccatum esse, in consilio nihil peccatum esse fortiter defendimus, si ne nunc quidem sibi persuadere poterunt quibus summa critici laus videtur non ratio, non cautio, sed trepidatio.

IX. Zenodoto vocabulorum Homericorum parum gnaro cum vulgares significationes adhiberet quaedam sensu omnino carere vel ridicula videbantur. Haec ille non poterat non falsa iudicare. Sic factum Θ, 538 quod non intellexit φάος dici „salutem“, ut Ζ, 6.

*) Cf. οἰκωφελίη, quod haud dubie est ab οἶκον ὀφέλλειν.

Sic *A*, 150, quod nescivit *τιμὴν* esse hoc loco ut saepe in Homericis i. q. *τιμωρίαν*. Haec ut accuratioribus studiis in Homero positis in integrum restituta sunt, sic diligens et assidua sermonis antiquitatisque Homericae investigatio multorum suspicionem movit vel confirmavit. Haec vere sunt *πολλῆς πείρας τελευταῖα ἐπιγενήματα*. Hic locus est, in quo Aristarchi ars et merita satis praedicari nequeunt. Exempla per totum librum nostrum sparsa sunt et iam nota lectoribus recordantibus, quae dicta sunt in *βάλλειν*, *φράζειν*, *μάχαιρα*, *ἴσχεν*, *στεῦτο*, *γεγωνέμεν*, *γυῖα*, *κερτομεῖν*, item de aliis; de sepultura mortuorum (p. 197), de Hectoris quadrigis (p. 195). de Achille, Hercule, Musis, Paride aliisque in eodem capite; item in Geographicis*).

C. II.

De constituenda lectione.

Cum recens quondam ab Aristonici, Herodiani, maxime vero Didymi laboribus, quorum rationem et consilium prima dissertatione explicavimus, Wolfii pro-

---

*) Non potui de Aristophanis opera in versibus Homeri spuriis vel eruendis vel defendendis posita dicere. Quae haud dubie maximi aestimanda est. Hoc igitur olim patebit, quantum sibi uterque in hoc genere gloriae partem vindicet. — In via ab his monstrata partim progressi sunt, tum laudabiliter tum ita ut abuterentur ex-

legomena adirem, mira et praeter exspectationem accidit viri praestantissimi vox veteres criticos haudquaquam nostris simili diligentia fuisse. „Nondum, inquit (p. CCXXXI), satis refutavimus vulgarem errorem, quo facile ducimur omnes, ut criticos antiquitatis horum, qui nunc sunt, similes atque Aristarchum in primis Bentleii seu Valckenarii seu quisquis antiqua scripta pari ingenio expolit longe simillimum putemus". Equidem quod hoc loco de criticis antiquitatis dicit verum esse nullo modo mihi possum persuadere. Invenio enim apud Alexandrinos ipsosque meliores Byzantinos, invenio apud Graecos Romanosque grammatic summum studium codicum mss. Hoc nube exemplorum probabo. Initium capiam a Latinis, qui cum artem ab Graecis didicerint, pro illis simul testes citari possunt; dein Graeca addam. Sic Latinos invenimus summo studio providisse ut Ciceronis, Virgilii, aliorum exemplaria antiquissima et si fieri posset autographa conquirerent et (ut intelligas non vanae luxuriae vel iactantiae caussa factum esse) ad res grammaticas enucleandas diligenter adhibuisse. Cicer. or. 48 Burrum semper Ennius, nunquam Pyrrhum. Vi patefecerunt Bruges, non Phryges: ipsius antiqui

---

emplo. Partim, ut in re dubitabili, contra scripserunt, ut Callistratus (cuius complures novimus atheteses) *πρὸς τὰς ἀθετήσεις* (*A*, 523), Demetrius Ixion *πρὸς τοὺς ἠθετημένους Z*, 437. *Πῖος, ἀπολογούμενος πρὸς τὰς ἀθετήσεις M*, 175. *Ζηνόδοτος πρὸς τὰς ἀθετήσεις* Suid. — Credamus (quamquam quod Pius versus M, 175 sqq. defendere voluit male factum) sed credamus horum argumenta meliora fuisse, quam magnam partem eorum, quae nunc a scholiastis afferuntur, partim singula singulis Aristarchi argumentis interiecta. Quam hi saepe pingui filo agunt! — Possum plura monere non inutilia; sed hoc dicam, ne quis Aristonicum legens obliviscatur athetesium argumenta partim ex pluribus pauca nunc inveniri, partim talia quibus discipuli quae Aristarchum movissent argumenta adauxerint.

declarant libri. Quintil. I, 7 p. 89 Burm. Quid quod Ciceronis temporibus paulumque infra fere quoties s littera media vocalium longarum vel subiecta longis esset geminabatur? ut caussae, cassus, divissiones, quomodo et ipsum Ciceronem et Virgilium quoque scripsisse manus eorum docent. Id. ib. p. 90 at veterum comicorum adhuc libris invenio heri ad me venit (sc. non here). Item Augusti epistolis „quas sua manu scripsit aut emendavit" et in Catonis autographis nititur (ib *). — Gell. I, 7. In oratione Ciceronis quinta in Verrem in libro spectatae fidei Tironiana cura atque disciplina facto ita scriptum fuit. XIII, 20 Manifesto peccatu non peccato. Hoc enim scriptum in uno atque in altero antiquissimae fidei libro Tironiano repperi. I, 21 Versus istos ex Georgicis Virgilii plerique omnes sic legunt

At sapor indicium faciet manifestus et ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaro.

Hyginus autem, non hercle ignobilis grammaticus, in commentariis, quae in Virgilium fecit, confirmat et perseverat non hoc a Virgilio relictum, sed quod ipse invenerit in libro, qui fuerit ex domo atque familia Virgilii, — amaror. II, 3. Sed quoniam aheni quoque exemplo usi sumus venit nobis in memoriam, Fidum Optatum, multi nominis Romae grammaticum, ostendisse mihi librum Aeneidos secundum mirandae vetustatis, emtum in Sigillariis XX aureis, quem ipsius Virgilii fuisse credebat: in quo duo isti versus quum ita scripti forent

Vestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrhus
Exsultat telis et luce coruscus aena

---

*) Cf. Plin. hist. nat. XIII, 26; postquam commemoravit Tiberii Caiique Gracchorium manus se vidisse addit: „iam vero Ciceronis et Divi Augusti Virgiliique saepenumero videmus."

additum supra vidimus h litteram et ahena factum. Sic in illo quoque Virgilii versu in optimis libris scriptum invenimus: Aut foliis undam tepidi dispumat aheni. XIII, 20 Nam in primo Georgicon, quem ego, inquit (sc. Valerius Probus), librum manu ipsius correctum legi, urbis per i litteram scripsit — contra in tertio Aeneidos urbes dixit per e litteram. IX, 14. Ciceronem quoque affirmat Caesellius in oratione, quam pro P. Sestio fecit, dies scripsisse pro diei. Quod ego impensa opera conquisitis veteribus libris plusculis ita ut Caesellius ait scriptum inveni. Verba sunt haec M. Tullii: „equites vero daturos illius dies poenas". Quocirca factum hercle est ut facile iis credam, qui scripserunt idiographum librum Virgilii sese inspexisse, in quo ita scriptum est:

Libra dies somnique pares ubi fecerit horas,

i. e. libra diei somnique. Sed sicut hoc in loco dies a Virgilio scriptum videtur, ita in illo versu nihil dubium est quin dii scripserit pro diei: Munera laetitiamque dii: quod imperitiores dei legunt, ab insolentia scilicet vocis istius abhorrentes. — In eodem capite Gellius haec:

„Quod autem supra scriptum est in Quinti Claudii (Quadrigarii) verbis „propter magnitudinem atque immanitatem facies" id nos aliquot veteribus libris inspectis exploravimus atque ita esse ut scriptum est comperimus. Sic enim pleraque aetas veterum declinavit, haec facies, huius facies, quod nunc propter rationem grammaticam faciei dicitur. Corruptos autem quosdam libros reperi, in quibus faciei scriptum est, illo quod ante scriptum erat oblitterato. Meminimus et in Tiburti bibliotheca invenire nos in eodem Claudii libro scriptum utrumque, facies et faciei: sed facies in ordine scriptum fuit et contra [i. e. in margine] per ii geminum facii". Inferius sic: Aut facies ergo

in casu patrio aut facii Quadrigarium scripsiss existimandum est, facie autem in nullo veteri libro scriptum reperi. In casu autem dandi qui purissimi locuti sunt non faciei, uti nunc dicitur, sed facie dixerunt. Lucilius in Satiris

Primum, inquit, facie quod honestatis accedit.

Idem Lucilius in septimo:

Qui te diligat aetatis (potius — ti) facieque tuae se
Fautorem ostendat —

Sunt tamen non pauci qui utrobique facie legant . . . Ego quoque in Iugurtha Sallustii summae fidei et reverendae vetustatis libro die casu patrio scriptum inveni. XII, 10. In Verrem M. Tullii in exemplaribus fidelissimis ita inveni scriptum: aeditumi custodesque. In libris autem hoc vulgariis aeditui scriptum est*). — Horum locorum recensendorum neque Bergerus nobis otium fecit in dissertatione de autographis veterum in Martini Thesauro p. 83 sqq. neque Guhlingius in diss. de apographis veterum ib. p. 187 sqq., (quamquam is cap. quinto in universum satis recte disputat de observantia codicum, qua singulorum hominum audaciae omni tempore obstitum est) neque Walch. art. crit. Rom. V.

Ad Graecos transiturus primum mentionem iniiciam Galeni: qui spinosa profecto et minuta diligentia Hippocraticorum librorum corruptiones indagat, varias lectiones eorumque origines inquirit, vera et supposita

---

*) Ciceronis locus est Verr. IV, 44. „Nobis in tali re ultra libros sapere anceps videtur.“ Proh deum hominumque fidem: sapere aude! Quos Gellius vidit an libri non erant? non fideles? at fidelissimos testatur. Non antiqui? Scilicet Ciceronis editores viderunt antiquiores. — Difficile est non irasci quantum in hoc genere in uno Cicerone adhuc peccetur in memoriam revocanti.

discriminat. Hoc colore iste scriptor ita imbutus est ut unum alterumve exemplum proferre nihil attineat. Similiter dici potest de Strabone: qui si quando inclinat ad scriptoris locum mutandum ne tum quidem temere codices ignorat vel vilipendit, ut I p. 4 *τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησεν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ) καὶ γὰρ εἰ μὴ τρίς, ἀλλὰ δίς, τάχα τῆς ἱστορίας παραπεσούσης ἢ τῆς γραφῆς διημαρτημένης.* Cf. p. 25 (*γραφικὸν ἁμάρτημα ἢ ἱστορικόν*). XII p. 549 *ἤτοι μετατεθείσης τῆς γραφῆς ἀπὸ τοῦ τηλόθεν ἐκ Χαλύβης* (in *ἐξ Ἀλύβης*) *ἢ τῶν ἀνθρώπων πρότερον Ἀλύβων λεγομένων ἀντὶ Χαλύβων.* Et quid de audacioribus coniecturis iudicet saepius indicat. Sic XII p. 550 de audaci Ephori coniectura: *ἡ μεταγραφὴ δὲ παρὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων τῶν ἀρχαίων πίστιν καινοτομουμένη ἐπὶ τοσοῦτον σχεδιασμῷ ἔοικεν.* I, 41 *τὴν μὲν οὖν γραφὴν οὐκ ἀνάγκη κινεῖν παλαιὰν οὖσαν.* Et ipsos Byzantinos hac via persistentes invenimus. Schol. Dion. p. 677 de Herodiani definitione prosodiae disserens „*προσῳδία ἐστὶ ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς*“ non negligit addere: *ἐν πολλοῖς δὲ βιβλίοις εὑρίσκεται καὶ ὑγιής.* Nec Eustathius raro *τὰ παλαιὰ ἀντίγραφα* commemorat. Et habemus inter Byzantinos qui omnibus quibus ars critica exercenda est quasi exemplar proponi possit, Stephanum. Quod nemo qui illum egregium grammaticum cognitum habet dubitat: alia exempla infra ponam: unum hoc loco:

Ἀνακτόριον in versu Sophoclis ait Eugenium per diphthongum scripsisse: *ἔοικε δ' ἀγενεῖ ἐντετυχηκέναι βιβλίῳ· ἡμεῖς γὰρ διὰ του ι εὕρομεν.*

Quorsus porro pertinent grammaticorum querelae de librariorum corruptelis, ut Philemonis, Strabonis, Galeni (Villois. Anecd. II p. 136. Beck. spec. histor. bibl. Alex. p. 23)? Quorsum institutum *τῶν διορθωτῶν*? Schol. Dion. p. 736 *πρὸ μὲν γὰρ τοῦ ἄρξασθαι ἀναγινώσκειν ὁ διορθωτὴς λαμβάνων τὸ βιβλίον διορθοῦ-*

ται αὐτό, ἵνα μὴ ἐπταισμένον αὐτὸ ἀναγνοὺς ὁ νέος εἰς κακὴν ἕξιν ἐμπέσῃ. Cf. 688, 31 εἶτα τὴν αἰτίαν ἀποδιδοὺς δι' ἣν οὐ τίθεται νῦν ἐπὶ πάσης συλλαβῆς ἡ βαρεῖα φησίν· „ἵνα μὴ καταχαράσσωνται τὰ βιβλία τοῦτο νῦν οὐ γίνεται". ἐπιλαμβάνονται δὲ πολλοὶ τοῦ τεχνικοῦ καί φασιν ὅτι οὐκ εὔλογα δοκεῖ λέγειν· κατὰ γὰρ τοῦτον τὸν λόγον καὶ ὁ εὑρὼν ἐσφαλμένον βιβλίον οὐκ ὀφείλει τοῦτο διορθοῦσθαι καὶ ξέειν τὰ κακῶς γραφέντα ἀλλ' ἐᾶν ἀδιόρθωτον, ἵνα μὴ τὸ βιβλίον ἀκαλλές τε ὁρᾶτο καί τινα τρόπον ἀμυχὰς ξεσμάτων ἐπιφερόμενον. Sueton. Domit. 20 „Liberalia studia in initio imperii neglexit quamquam bibliothecas incendio absumptas impensissime reparare curasset, exemplaribus undique petitis missisque Alexandriam qui describerent emendarentque". Describerent, opinor, quorum exemplaria Romae nancisci non poterat, emendarent quorum non satis bona. Quod illic in scholiis Dionysii dictum vidimus ἵνα μὴ καταχαράσσωνται τὰ βιβλία idem Ioann. Alex. p. 6 dicit διὰ τὸ μὴ καταστίζειν τὰ βιβλία. Hinc explicatur quid sit ἀστιγὲς βιβλίον apud Steph. Byz. s. Βάβρας — εὕρηται καὶ ἰσοσύλλαβος ἡ κλίσις ἐν ἀστιγεῖ βιβλίῳ. H. e. ἀδιόρθωτον. Nam diligenter annotat ubi non emendato libro usus sit. Ut hoc loco sic s. Γεδρωσία· ἐν δὲ τοῖς τοῦ Πολυΐστορος διὰ τοῦ κ εὑρέθη ἡ πρώτη συλλαβὴ, ἀλλ' ἦν ἀδιόρθωτον τὸ βιβλίον. Non dubium quid sit σφάλμα apud eundem Steph. s. Γάργαρος. „Ἑλλάνικος δὲ Γάργασον ἔφη τὴν πόλιν διὰ τοῦ σ, ἀλλ' οἶομαι σφάλμα εἶναι" h. e. γραφικὸν ἁμάρτημα non emendatum, quod non videtur intellexisse Sturzius Hellan. p. 18*).

---

*) In compluribus Anthologiae epigrammatis notatur: ἐσφαλμένον vel ὁλόσφαλτον vel similiter. In his puto lusum esse scribentium ut quasi griphum lectoribus proponant. „ζήτει τὸν νοῦν τοῦ

Quid quod diligentia Batavorum simili ad litterarum corruptiones attenderunt? Hellad. ap. Phot. p. 531 Be. *διὸ καὶ τὸν παρ' Ὁμήρῳ στίχον τινὲς οὐ τέττα ἀλλὰ τέτλα προήνεγκαν ἀναγινώσκοντες, καὶ ἐπισημηνάμενοι ὡς ἡ ἀπάτη γέγονεν ἐκ τοῦ τινας τὸ δεύτερον τ ἀντὶ τοῦ λ λαβεῖν, τῆς βραχυτέρας γραμμῆς τοῦ λ φαντασίαν αὐτοῖς τῆς ὀρθῆς κεραίας τοῦ τ παρασχομένης, τῆς δὲ μείζονος τῆς ἐπικειμένης ἐγκαρσίας.* Porphyr. ad *Y*, 271 *οἱ δὲ καὶ αὐτόθεν ἀξιοῦσι μὴ ἔλασσε γράφειν ἀλλὰ θλάσσε, ἄνωθεν φάσκοντες ἁμαρτάνοντά τινα γράψαι τὸ ϵ, ιὴν λοιπὴν περιφέρειαν τοῦ Θ παρέντα.* En simillima habemus ipsius Aristarchi. Aristonic. *A*, 104 *ὦ. ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ὄν· μήποτε δὲ πεπλάνηται γεγραμμένου τοῦ ο ὑπ' ἀρχαικῆς σημασίας προσθεὶς τὸ ν.* Huic Aristarchi observationi gemina eiusdem servata Pind. Nem. I, 34 *καταλείπεται δὲ τῇ ἀρχαίᾳ σημασίᾳ τὸ ἐσλός. ἡ γὰρ ἀντίστροφος ἀπήτει τὸ υ* (sc. *ἐσλούς**). Et ad Alexandrinos relapsus denuo Aristonici Didymique memoriam revoco studiorumque in Aristarcheis libris positorum, quae fere sola ad Wolfium refutandum sufficerent.

Ac profecto haec tam sunt per totam antiquitatem sparsa ut Wolfio, homini in antiquis libris versatissimo, in memoria inhaesisse videantur invito. Inde factum opinor, ut istis, quae supra posuerat p. CCXXXI, parum congruenter haec ex calamo sibi excidere passus sit p. CCXXXVI. „Verum ista omnia sic accipi nolim, quasi bonos et accuratos emendatores negem antiquis et exquisitis codicibus usos esse

---

ἐπιγράμματος ὅτι ἐσφαλμένον· ἐὰν ἔχῃς νοῦν οὐκ ἔσφαλται ἀλλὰ μᾶλλον πεφώτισται“ Iacobs. T. VII. p. 127.

*) v. Boeckh. Ueber d. crit. Behandlung des Pindar in Memor. Acad. Berol. 1822. 23 p. 308.

iisque comparandis genuinam formam textus quaesivisse. At genuina illis fuit ea, quae poetam maxime decere videbatur. In quo nemo non videt omnia denique ad Alexandrinorum ingenium et arbitrium redire".

Libere dicendum est in re gravissima. Haec sensum non habent. Neque enim poterant una opera genuinam formam quaerere comparandis antiquis et exquisitis codicibus suoque abuti arbitrio. At non poterat fieri ut falsis profectus ab initiis non suis sese irretiret laqueis. Quam omnino falsam de istorum grammaticorum opera conceperit notionem, declaravit hoc loco p. CCXXXIII: „Quippe illo Graecorum aevo (Alexandrinum dicit) quamvis in minutiis grammatici generis occupatissimo non potuit non vilis et eruditi hominis acumine parum digna videri haec cura libros dividendi in partes, praeponendi summaria, codices inter se comparandi, librariorum menda tollendi, vocabula signis distinctionum et accentuum notandi et si qua alia sunt, quae partim assignantur grammatistis." Hic primum iure quaeretur cur si haec vilia videbantur ista aetate tanto studio colerentur. Certe Cicero honos, inquit, alit artes omnesque incenduntur ad studia gloria, iacentque ea semper, quae apud quosque improbantur. Dein in iis, quae principibus grammaticis dicit indigna habita, nullum unum est, quod non Aristophanem vel Aristarchum fecisse constet: de comparatione codicum, de librariorum mendis sublatis, de interpunctione et accentibus iam ne verbum quidem addam: verum quod attinet ad operam libros in partes dividendi, Aristarchus hanc Homericarum rhapsodiarum faciem induxisse fertur et quod huic simillimum est Aristophanem quorundam lyricorum carmina ex lege quadam ordinasse traditum eiusdemque feruntur fabularum argumenta. — At atheteses Wolfium male habuerunt et Zenodotea temeritas. De athe-

tesibus separatim dixi. De Zenodoto sic iudico. Quamquam non omnia, in quibus Aristonicus utitur vocabulo *Ζηνόδοτος ἐποίησε* vel *μετέγραψε*, coniecturis similia sunt, tamen et constans veterum grammaticorum opinio, qua ipsa ductus Aristonicus nonnulla eius coniecturae tribuit quae Zenodoteo tempore in libris ferebantur, et complura certissima exempla non sinunt nos dubitare quin satis libere in scriptoribus tractandis versatus sit coniecturisque indulserit. Sed primum ex uno alterove calidiore critico non licet de solitis istorum rationibus coniecturam facere;*) deinde — quod hic magis spectandum — quod in Zenodoto factum videmus hoc consentaneum est fieri ubi primum ars critica nascitur ut aliquanto liberior sit: quod item primis post renatas in Italia litteras temporibus evenit. Scilicet primum tum elaborat ut scriptores, quos pauci mss. corruptos exhibent, sine summa offensione legi possint; partim imperfecta ars multa non intelligit inscientia, quae tollit ne quid reliquatur quod absurdum esse putat. Sed gliscentibus studiis, codicibus pluribus paratis, rerum sermonisque scientia vulgata, arte interpretandi exculta, multis obscurioribus locis per variorum tentamina tandem reclusis, in arctiores se fines contrahit, et quo magis primi magistri peccaverunt, eo magis iam ipso contradicendi studio ad fontes suos revertitur. Fuit Anacreontis locus eiusmodi *ἀγανῶς οἷά τε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνὸν ὃς ἐν ὕλῃ κεροέσσης ἀπολειφθεὶς ὑπὸ μητρὸς ἐπτοήθη*. De hoc traditum a schol Pind. Ol. III, 52 (Didymo) *Ζηνόδοτος μετεποίη-*

*) Hoc in posterioribus quoque aetatibus diiudicandis ne obliviscare. Quintil. IX, 4, 39 „Quaedam in veteribus libris reperta mutare imperiti solent et dum librariorum insectari volunt insciiam suam confitentur.“ Tam severe iudicant de coniectantibus.

σεν ἐροέσσης, διὰ τὸ ἱστορεῖσθαι τὰς θηλείας κέρατα μὴ ἔχειν ἀλλὰ τοὺς ἄῤῥενας. Pulcra coniectura; cui si quis nihil opponeret quam quod hodie Bentleio opponere solent „ἃ γέγραπται γέγραπται“ nae istum quod item de plerisque cum Bentleio disputantibus adhuc quidem dicendum est non dignum dicemus in arte critica qui Zenodoti corrigiam solvat. Sed fortiter obstitit ei Aristophanes exemplis allatis poetarum complurium cervae cornua tribuentium, Ael. h. an. VII, 39. Sch. Pind. III, 52.

Sic Aristarchus complura prioribus suspecta et coniecturis sanata reliquit scientia; in aliis eadem causa offendit primus. Priores ubi φόβος pro δέος invenerunt non offenderunt quod huius vocabuli vim Homericam non perspectam habebant. Ipse ubi codd. aliam etiam lectionem praebebant, ex gr. τρόμος, hanc recepit, si minus, versum pro falso habuit. Et hoc memorabile nunquam illum eiusmodi versus coniectura sanasse, sed nota apposita damnasse. Sic Π, 92 pro Zenodoteo προτὶ Ἴλιον αἰπὺ δίεσθαι habuit προτὶ Ἴλιον ἡγεμονεύειν. Sed, O, 71 Ἴλιον αἰπὺ ἔλοιεν causa fuit atheteseos, ut patet ex sch. M, 115. O, 56. Unde patet O, 71 verba „Ἀρίσταρχος δὲ Ἴλιον ἐκπέρσωσι“ falsum esse testimonium nec Aristonici, cuius verba διὸ καὶ ἀθετεῖται ὁ στίχος οὗτος servata in D. — Alia exempla invenies quocunque loco librum nostrum evolveris.

Sed quid tergiversamur cum habeamus testimonia? I, 222 ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο· φαίνονται καὶ παρ' Ἀγαμέμνονι πρὶν ἐπὶ τὴν πρεσβείαν στείλασθαι δειπνοῦντες. φησὶ γοῦν· „αὐτὰρ ἐπεὶ σπεῖσάν τ' ἔπιόν θ' ὅσον ἤθελε θυμός, ὥρμων' ἐκ κλισίης“ (177). ἄμεινον οὖν εἶχεν ἄν, φησὶν ὁ Ἀρίσταρχος, εἰ ἐγέγραπτο „ἄψ ἐπάσαντο“ ἵν' ὅσον χαρίσασθαι τῷ Ἀχιλλεῖ γεύσασθαι μόνον· ἀλλ' ὅμως ὑπὸ περιττῆς εὐλαβείας οὐδὲν μετέθη-

κεν, ἐν πολλοῖς οὕτως εὑρὼν φερομένην τὴν γραφήν*). Et haec: Γ, 262 προκρίνει μὲν τὴν διὰ τοῦ ε γραφὴν δύσετο, πλὴν οὐ μετατίθησιν ἀλλὰ διὰ τοῦ α γράφει Ἀρίσταρχος. Β, 665 βῆ φείγων. τὸ μὲν Ὁμηρικὸν ἔθος βῆ φεύγειν προφέρεται. ἀλλ' ὅ γε Ἀρίσταρχος οὐ μετέθηκεν, ἀλλ' οὕτως γράφει βῆ φεύγων. α, 337 τῷ οἶδας οὐκ ἐχρήσατο. Ζηνόδοτος γράφει εἶδεις· καὶ Ἀρίσταρχος οὐ δυσχεραίνει τῇ γραφῇ. Item Π, 636 noluit uno deleto τ' omnem dubitandi materiam tollere. Quid igitur veritus est nisi codicum auctoritatem? His addicentibus meliorem et exquisitiorem visam lectionem recepit, v. exemplum supra positum p. 67. not. Illi addas simile hoc. Ω, 332 ἦ τόγε νύσσα τέτυκτο ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων, καὶ νῦν τέρματ' ἔθηκε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς. Eust. h. l. p. 1304, 20 ἐν δὲ τῷ ἦ τόγε νύσσα τέτυκτο καὶ ἑξῆς φασὶν οἱ παλαιοὶ ὅτι Ἀρίσταρχος γράφει· ἦ τόγε σκίρος (σκίῤῥος?) ἦεν, νῦν αὖ θέτο τέρματ' Ἀχιλλεύς, ἑνὸς τούτου στίχου τεθέντος ὑπ' ἐκείνου ἀντὶ τῶν ἀνωτέρω γραφέντων δύο. Praeterea adeant lectores sch. Z, 4.

Sed ubi duplicis lectionis aequa erat auctoritas quid secutus est? Egregie docet Apollon. Dysc. synt. p. 77, disputans de duplici lectione πῶς δ' αἱ τῶν Τρώων φυλακαὶ et πῶς δαὶ (hoc Aristarchus) τῶν Τρώων φυλακαί. „ἀλλὰ φαίνεται ὅτι τὸν Ἀρίσταρχον ἐκίνει τὸ ἔθιμον τοῦ ποιητοῦ, ὃς συνήθως μὲν ἐλλείπει τὸν ἄρθρον, συνάπτει δὲ μετὰ τὰ πύσματα τὸν δαί σύνδεσμον

τίς δαίς, τίς δαὶ ὅμιλος ὅδ' ἔπλετο —
ποῦ δαὶ νηῦς ἔστηκε**)

---

*) Similiter reprehendit Homerum neque tamen mutat X, 468. H, 114. Ψ, 857.

**) ω, 268. α, 225. K, 408. v. schol. h. l. Apollon. synt. 78. 6.

κατὰ γὰρ τὴν προειρημένην σύνταξιν (secundum ea quae de structura articuli diximus) ἐπὶ τούτου πάλιν λείπει τὸ ἄρθρον. καὶ ἦν ἐγκείμενος ὁ δαί σύνδεσμος λείποντος ἑνικοῦ ἄρθρου λέγω τοῦ ἡ. καὶ σαφὲς ὅτι κατὰ τὴν τοιαύτην σύνταξιν πρόδηλα τὰ τοῦ λόγου καθειστήκει, λέγω ἡ λεῖψις μὲν τοῦ ἄρθρου, παράθεσις δὲ ἡ τοῦ συνδέσμου. καὶ οὕτως ἀκριβέστερον τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος ἀπεδείκνυτο. καὶ γὰρ ἐπ' ἄλλων τὸ δέον (i. e. quod philosophica ratio requirit) ἦν παραδέξασθαι καὶ τὸ σύνηθες προὐκρίνετο. σὺ δὲ θᾶσσον Ἀθηναίῃ ἐπίτειλαι, λέγω κατὰ προστακτικὴν προφορὰν προπαροξύνων (ειν?), ἀλλ' ἦν ἄλλα τινὰ διδάσκοντα ἀπαρεμφάτως ἀναγνῶναι, εὐθέως ἐκ τοῦ παρακειμένου

πειρᾷν δ' ὥς κεν Τρῶες —

καὶ ἐκ τοῦ τὰ δ' ἄποινα δέχεσθαι καὶ πλείστων ἄλλων. Σὺ δὲ θᾶσσον Ἀθηναίῃ ἐπιτεῖλαι est Δ, 64, ubi Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι τὸ ἐπιτεῖλαι ἀντὶ προστακτικοῦ κεῖται*). Ergo id praeoptavit quod non tam vulgare quam Homerici sermonis proprium videretur. Sed hac quoque in re minime pertinaciter egisse, testimonium est de his ipsis imperativis. Σ, 140 legimus:

ὑμεῖς μὲν νῦν δῦτε θαλάσσης εὐρέα κόλπον
ὀψόμεναί τε γέρονθ' ἅλιον καὶ δώματα πατρός,
καί οἱ πάντ' ἀγορεύσατ' —

Didymus: παρὰ Ζηνοδότῳ ἀγορεῦσαι. καὶ ὑποφαίνει τὸ Ὁμηρικὸν ἔθος. Hinc igitur de Aristarcho iudicandum est. Ille observaverat articulis Homerum plerumque non uti. An ideo omnes articulos exclusit? Minime. Ne ferente quidem metro. Αἴας δ' ὁ μέγας αἰὲν — Π, 358. v. Didym. B, 111. Apollon. synt. 41. Sed ἄλλοι scripsit non ὄλλοι, quod satis firma accedebat mo-

*) Si A, 302 πείρησαι scripsit accesserat aliqua de usu medii bservatio. Herodianus hoc loco diversa miscet.

numentorum auctoritas. Observaverat Homerum augmenta omittere. An ideo nullum augmentum reliquit? Minime. Ediderat ὅς μέ τοι αὖτις δῶκε, Φ, 84; contra O, 601 ἐκ γὰρ δὴ τοῦ ἔμελλε, non ut Aristophanes μέλλε*). Sed in dissensu editionum potius ἔργα νέμοντο scripsit, et θαῦμα τέτυκτο, ut his utar, quam ἔργ' ἐνέμοντο, θαῦμ' ἐτέτυκτο. In quo fortasse nonnunquam falsus fuit, quod nondum omnia momenta perspexerat: sic in augmento diiudicando fortasse ab Aristarcho discedendum erit propter leges quasdam hexametri Homerici Aristarcho non observatas. Sed in malam famam pertinaciae incidit vir excellentissimus per eos, quibus pertinax videbatur nolle constantem poetae legem semel vel bis migrari et haec si codicum auctoritate sanari non poterant obelo notare, quibus pertinax visum, cum observatum esset ubique poetam uti ἐθέλω, scribere Πηλειδήθελ' —

Haec et talia in observatione nitebantur. Sed occurrerunt alia, quae si in alterutram partem diiudicare velles summa ingenii subtilitate opus erat, B, 299, ubi Ulixes Graecos domum redire cupientes cohortatur ut maneant:

τλῆτε φίλοι καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον —

Zenodoti lectio erat ἔτι χρόνον. Audi Aristonicum: ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ἔτι χρόνον, ἀπιθάνως· ἔμφασις γὰρ γίγνεται πολλοῦ χρόνου διὰ τοῦ ἔτι. H. e. cum ἔτι dicit memoriam renovat longi temporis, quod iam in obsessione et laboribus consumserint: quod non prudenter factum hoc tempore. — B, 314 de serpente passeres devorante:

ἔνθ' ὅγε τοὺς ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας.

Zenodotus τιτίζοντας. Iudicatum ab Aristarcho: „ὅτι Ζηνόδοτος γράφει τιτίζοντας· εὐτελὴς δὲ ἡ λέξις· κατὰ

*) ὄτρυνε P, 215, Zenodot. ὦτρ. — Adi Herodianum Δ, 3. E, 808.

φύσιν γὰρ φθεγγόμενοι οἱ νεοσσοὶ τιτίζουσιν, οἱ δὲ κατεσθιόμενοι τρίζουσιν.“ — *B*, 412 precatur Agamemno:

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφές, αἰθέρι ναίων,
μὴ πρὶν ἐπ᾽ ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν
πρίν με κατὰ πρηνὲς βαλέειν Πριάμοιο μέλαθρον.

Pro primo versu alii Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων κύδιστε μέγιστε. „Ὅτι ἔν τισι γέγραπται Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων. οὐχ ἁρμόζει δὲ τὸν ἐγχώριον Δία προσκαλεῖσθαι ἐπὶ τῆς πορθήσεως, ἀλλὰ βέλτιον κοινοτέραν.“ — *A*, 204 Achilles ad Minervam:

ἀλλ᾽ ἔκ τοι ἐρέω, τὸ δὲ καὶ τελέεσθαι ὀΐω,

contra Minerva 212

ὧδε γὰρ ἐξερέω, τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται.

Zenod. contra illic τετελεσμένον ἔσται, hic τελέεσθαι (vel ut ille scripsit τετελέσθαι) ὀΐω. Sed „τῇ Ἀθηνᾷ ἁρμόζει μᾶλλον βεβαιοῦν.“ — *B*, 448 (Ἀθήνη)

αἰγίδ᾽ ἔχουσ᾽ ἐρίτιμον, ἀγήραον, ἀθανάτην τε
τῆς ἑκατὸν θύσανοι παγχρύσεοι ἠρέθονται

Zenodot. ἠρέθοντο. „Ζηνόδοτος γράφει παρατατικῶς ἠρέθοντο, ὅπερ οὐχ ἁρμόζει ἐπὶ ἀθανάτων.“ Sed his similia permulta sunt: non certa pleraque, nec hoc putavit Aristarchus, sed in lectionis discrepantia, cum in alteramutram partem momentum quaeratur, elegantiam produnt ac subtilitatem.

Minime audax Aristarchus; imo mihi certum est si quid Aristarchus peccavit in contrarium peccasse: nam si totam hominis subtilitatem perspicio opinor unum et alterum non laturum fuisse in Homero ut alienum ab eius consuetudine nisi quaedam religio obstitisset. Sunt etiamnum in Homericis carminibus, quod ego fidenter pronuntio, aliquot loci qui sensum non habent: quos certe ab Aristarcho improbatos non traditum. Sed ut quaedam, ubi traditum, afferam audax homo non violentius explicuisset illud Ἰαρδάνου

ἀμφὶ ῥέεθρα. (p. 248). Nec tam leniter iudicasset de *II*, 364 (p. 172). Et, opinor, vidisset non ferri posse *Θ*, 230 ὃς ὁπότ' ἐν Λήμνῳ κενεαυχέες ἠγοράασθε: ubi ex scholiis satis apparet Aristarchi lectionem non aliam fuisse. Sed de hoc paulo fusius disputabo.

Verbi substantivi praesens omittitur et in enuntiationibus non pendentibus, e. g. στρεπτοὶ δέ τε γὰρ θεοὶ αὐτοί, ἀκεσταὶ δὲ φρένες ἐσθλῶν (*N*, 115), ἤτοι γὰρ μῦθοί γε ἐοικότες (*γ*, 124). τὸ δ' ἄλγιον εἰ — ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι (*H*, 282), οὐδέ τί τοι παθέειν δέος οὐδ' ἀπολέσθαι (*ε*, 347). Οὐχ ἕδος (*Ψ*, 203). πολλοὶ μὲν γὰρ ἐμοὶ Τρῶες κλειτοί τ' ἐπίκουροι κτείνειν (*Z*, 227.) Ἕκτορος ἥδε γυνή (*Z*, 460). οὗτός τοι Διόμηδες ἀνήρ, οὗτοι δέ τοι ἵπποι, οὓς, — τῶν ἤτοι χρυσέη ἴτυς ἄφθιτος, — πλῆμναι δ' ἀργύρου εἰσί (*E*, 724). οὐ γὰρ ἔτι Τρώων καὶ Ἀχαιῶν φύλοπις αἰνή, ἀλλ' ἤδη Δαναοί γε καὶ ἀθανάτοισι μάχονται. — καὶ δὴ Φαιήκων γαίης σχεδόν (*ε*, 288).

Partim post relativum: νῆ' ἄρσας ἥτις ἀρίστη (*α*, 280). οἵ τοι ἄριστοι (*δ*, 409). ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων (*H*, 113.) μῦθος δ' ὃς μὲν νῦν ὑγιής, εἰρημένος ἔστω (*Θ*, 524). οὔτις τοι τὸν μῦθον ὀνόσσεται ὅσσοι Ἀχαιοί (*I*, 55). δμώων οἳ κατὰ δῶμαθ' Ὀδυσσῆος θείοιο.

Post particulas relativas: ὅθι ξανθὸς Μενέλαος (*γ*, 326). ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς *δ*, 564. οὕνεκα Τηλέμαχος μὲν ἐπ' ἀγροῦ *π*, 330. ὅττι μάλ' οὐ δηναιός, ὃς ἀθανάτοισι μάχηται *E*, 407. ἐπεὶ πολὺ φέρτερον οὕτως. — Post εἰ. εἰ δ' ὅγ' ἀνήρ, ὃν φημι, δαΐφρονος Τυδέος υἱός *E*, 184. εἰ δ' ἤδη τεθνᾶσι καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν *X*, 52. Voss. Arat. 30. ἢ ἤδη τέθνηκε καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν *δ*, 384. ἠὲ καὶ ἤδη οἴκοι *ο*, 178. — ἔρχεσθε πρὸς δώμαθ' ἵν' ἀϊδοίη βασίλεια *σ*, 314. *).

---

*) Post ἵνα „ut“ *Ξ*, 274 ex Vossii emendatione ad Arat. p. 160.

Ergo hoc in tertia persona sing. et plur. praes. frequentissimum. Rarius in reliquis. In secunda persona vix huc referendi erunt σ, 126

Ἀμφίνομ᾽ ἦ μάλα μοι δοκέεις πεπνυμένος εἶναι·
τοίου γὰρ καὶ πατρός.

B, 201

οἵ σεο φέρτεροί εἰσι, σὺ δ᾽ ἀπτόλεμος καὶ ἄναλκις.

o, 533

ὑμετέρου δ᾽ οὐκ ἔστι γένος βασιλεύτερον ἄλλο
ἐν δήμῳ Ἰθάκης, ἀλλ᾽ ὑμεῖς καρτεροί αἰεί.

Nam haec excusationem habent a praecedente verbo εἰμί. Sed hoc:

ἀμφοτέρω γὰρ σφῶι φιλεῖ νεφεληγερέτα Ζεύς,
ἄμφω δ᾽ αἰχμητά· τόγε δὴ καὶ ἴδμεν ἅπαντες.

Saepius omissum ἐστέ post ὅσοι. *Εὐρύμαχ᾽ ἠδὲ καὶ ἄλλοι ὅσοι μνηςῆρες ἀγαυοί β*, 209. *ἀλλ᾽ ἄγε Φαιήκων βητάρμονες ὅσσοι ἄριστοι ϑ*, 250. —

Ἐσμὲν puto suppleri voluit poeta *I*, 225 *χαῖρ᾽ Ἀχιλεῦ! δαιτὸς μὲν ἴσης οὐκ ἐπιδευεῖς*
ἠμὲν ἐνὶ κλισίῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαο
ἠδὲ καὶ ἐνθάδε νῦν.

Quo loco nec ἦμεν placet, quod nonnulli habebant, nec Aristarcheum ἐπιδεύει (vel potius ἐπιδεύῃ) *). Etenim patet etiamsi non propendebat Homeri sermo ad omittendum verbum substantivum exceptis formis ἐστί et εἰσί, tamen non ita constrictum fuisse poetam quin si quando commodum esset et per sententiam ambiguitas devitaretur (nam hoc nisi ita est auditor non fertur nisi ad tertiam personam supplendam) aliis quoque formis carere posset. Sic coniunctivus ᾖ eius animo ob-

---

*) *N*, 622 *Τρῶες ὑπερφίαλοι, δεινῆς ἀκόρητοι ἀϋτῆς!*
ἄλλης μὲν λώβης τε καὶ αἴσχεος οὐκ ἐπιδευεῖς,
ἣν ἐμὲ λωβήσασθε κακαί κύνες.

Nihil supplendum; ἐπιδευεῖς vocativus est.

versabatur *E*, 481 *κτήματα — τά τ' ἴλδεται ὅς κ' ἐπιδευής*. Et, opinor, *N*, 335 *ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων σπέρχωσιν ἄελλαι ἤματι τῷ ὅτε τε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους*. Et futurum potius quam praesens *ξ*, 394 *ἀλλ' ἄγε νῦν ῥήτρην ποιησόμεθ', αὐτὰρ ὄπισθεν* (vel ut alii *ὕπερθεν*) *μάρτυροι ἀμφοτέροισι θεοὶ, τοὶ Ὄλυμπον ἔχουσι* (v. *A*, 338. *X*, 255). In quo non iniuria dixeris ex antecedente verbo non ut saepe fit radicem suppleri sed tempus. Attamen et haec rarissima sunt, et de imperfecto an unus sit locus incertum, quamquam nec hoc omnino interdictum fuisse putaverim. *T*, 43

αὐτὰρ ὁ βῆ παρὰ θῖνα θαλάσσης δῖος Ἀχιλλεύς,
σμερδαλέα ἰάχων, ὦρσεν δ' ἥρωας Ἀχαιούς·
καὶ ὃ οἵπερ τὸ πάρος γε νεῶν ἐν ἀγῶνι μένεσκον,
οἵ τε κυβερνῆται καὶ ἔχον οἰήια νηῶν
καὶ ταμίαι παρὰ νηυσὶν ἔσαν —

Qui harum rerum peritiam sensumque habent, nolent dicere ad *οἵ τε κυβερνῆται* supplendum esse *ἦσαν* sed subsequens *ἔσαν* eodem pertinet, quamquam abreptus poeta enumerandi et simul pingendi ardore illos gubernatores vivide descripturus interiecit *καὶ ἔχον οἰήια νηῶν*, ita pergens quasi dixisset *ἔχοντες*. — De *Θ*, 230 stat mihi sententia:

πῇ ἔβαν εὐχωλαί, ὅτε δὴ φάμεν εἶναι ἄριστοι;
ἅς, ὁπότ' ἐν Λήμνῳ, κενεαυχέες ἠγοράασθε.

Cum Aristarchus *ἠγοράασθε* explicuerit *ἠθροίζοντο* (v. Porphyr. *Δ*, 2) non video quomodo hoc aliter interpretari potuerit quam ut omissum statueret *ἦμεν*. Ego nunquam credam ab Homero ita profectum esse. Quis enim haec aliter legere potest quam

ἅς, ὁπότ' ἐν Λήμνῳ κενεαυχέες ἠγοράασθε, —

(cf. I, 129).

Aut ab initio versus corruptus est aut excidit versus post hunc. — *B*, 304 *χθιζά τε καὶ πρώϊζ' ὅτ' ἐς Αὐλίδα*

νῆες Ἀχαιῶν cet. sic interpretor: vix cum Aulida advecti eramus, tum (v. 308) portentum accidit. —

Aliud adiiciam, de quo nihil Aristarchus observatum habuit.

Θ, 306 μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥτ' ἐνὶ κήπῳ
καρπῷ βριθομένη νοτίῃσί τε εἰαρινῇσι·
ὣς ἑτέρωσ' ἤμυσε κάρη.

Hoc loco Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι ἔξωθεν προσληπτέον τὸ ἔστιν (sc. ad ἥτ' ἐνὶ κήπῳ), εἰ μὴ ἡ μετοχὴ ἀντὶ ῥήματος παρείληπται, βριθομένη ἀντὶ τοῦ βρίθεται, ἢ κοινὸν τὸ κάρη βάλεν.

Prima explicatio quam langueat nemo non sentiet et senserunt illi, in hac non acquiescentes. Lustremus secundam, quae pendet ab usu Homerico coniugationis periphrasticae.

Β, 260 μηδ' ἔτι Τηλεμάχοιο πατὴρ κεκλημένος εἴην.
ζ, 244 εἰ γὰρ ἐμοὶ τοιόσδε πόσις κεκλημένος εἴη.
Γ, 309 Ζεὺς μέν που τόγε οἶδε καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι,
ὁππότερῳ θανάτοιο τέλος πεπρωμένον ἐστίν.
Θ, 196 καί κ' ἀλαός τοι ξεῖνε διακρίνειε τὸ σῆμα
ἀμφαφόων· ἐπεὶ οὔτι μεμιγμένον ἐστὶν ὁμίλῳ,
ἀλλὰ πολὺ πρῶτον.
Ε, 24 ἀλλ' Ἥφαιστος ἔρυτο, σάωσε δὲ νυκτὶ καλύψας,
ὡς δή οἱ μὴ πάγχυ γέρων ἀκαχήμενος εἴη.
Π, 538 Ἕκτωρ νῦν δὴ πάγχυ λελασμένος εἰς ἐπικούρων.
Ξ, 172 ἀλείψατο δὲ λίπ' ἐλαίῳ
ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν.

Θ, 524 μῦθος δ', ὃς μὲν νῦν ὑγιής, εἰρημένος ἔστω.
Ψ, 343 ἀλλά, φίλος, φρονέων πεφυλαγμένος εἶναι (imper.)

λ, 443 τῷ νῦν μήποτε καὶ σὺ γυναικί περ ἤπιος εἶναι
μηδ' οἱ μῦθον ἅπαντα πεφαυσκέμεν, ὅν κ' εὖ εἰδῇς,
ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ καὶ κεκρυμμένον εἶναι*).
α, 18 οὐδ' ἔνθα πεφυγμένος ἦεν ἀέθλων καὶ μετὰ
οἷς ἑτάροισι.
ι, 455 Οὖτις ὄν οὔπω φημὶ πεφυγμένον εἶναι ὄλεθρον.
Ζ, 488 μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι
ἀνδρῶν.
Cf. Χ, 219 οὔ οἱ νῦν ἔτι γ' ἔστι πεφυγμένον ἄμμε
γενέσθαι.
Λ, 388 ἠπείλησεν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστίν.
Σ, 4 τὰ φρονέοντ' ἀνὰ θυμόν, ἃ δὴ τετελεσμένα ἦεν.
Θ, 454 ὧδε γὰρ ἐξερέω, τὸ δέ κεν τετελεσμένον ἦεν.
al. l. καί κεν τετελεσμένον ἔπλεν.
ο, 536 (et saepius): αἰ γὰρ τοῦτο, ξεῖνε, ἔπος τετε-
λεσμένον εἴη.
Λ, 212 (et saepius) ὧδε γὰρ ἐξερέω καὶ μὴν τετε-
λεσμένον ἔσται.
τ, 547 οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλόν, ὅ τοι τετελεσμέ-
νον ἔσται.

Hinc altera explicatio refellitur: nam coniugationis periphrasis in passivo non fit nisi in participio perfecti. Quae observatio Aristarchum, quantum videre licet, fugerat. Restat tertia: cui conferimus hoc, Π, 406

ἕλκε δὲ δουρὸς ἑλὼν ὑπὲρ ἄντυγος, ὡς ὅτε τις φώς,
πέτρῃ ἐπὶ προβλῆτι καθήμενος, ἱερὸν ἰχθύν

---

*) Λ, 211 ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἴκανον ὕθι ξανθὸς Μενέλαος βλήμενος ἦν incertum an hoc potius signficet: „ubi vulneratus Menelaus versabatur.“ Πεπνυμένος adjectivum est, quare ὁ ξεῖνος μάλα μοι δοκέει πεπνυμένος εἶναι (Θ, 388) et similia omisi. Item ἀλιτήμενος δ, 807 ἐπεί ῥ' ἔτι νόστιμός ἐστι σὸς παῖς . οὐ μὲν γάρ τι θεοῖς ἀλιτήμενός ἐστιν. Verbum ἀλιτέσθαι accusativum habet.

ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ *).
ὡς ἔλκ' ἐκ δίφροιο κεχηνότα δουρὶ φαεινῷ.

Multo rariora imo rarissima sunt periphrasticae coniugationis exempla in activo.

β, 61 ἦ καὶ ἔπειτα λευγαλέοι τ' ἐσόμεσθα καὶ οὐ δεδαηκότες ἀλκήν.

ε, 182 ἦ δὴ ἀλιτρός γ' ἐσσὶ καὶ οὐκ ἀποφώλιος εἰδώς

β, 231. ε, 9 μήτις ἔτι πρόφρων ἀγανὸς καὶ ἤπιος ἔστω
σκηπτοῦχος βασιλεὺς μηδ' αἴσιμα μήδεα εἰδώς.

Quibus in exemplis non negligendum est, primum adiunctum esse verbo adiectivum, tum accedere participium. Qui omnino frequentissimus periphrasticae coniugationis apud scriptores Graecos usus est. Non concedam ad periphrasin pertinere hoc *K*, 547

εἶπ' ἄγε — ὅππως τούσδ' ἵππους λάβετον καταδύντες ὅμιλον
Τρώων; ἦ τίς σφωε πόρεν θεὸς ἀντιβολήσας;
αἰνῶς ἀκτίνεσσιν ἐοικότες ἠελίοιο.

Facile sentimus, vim sententiae interire atque a poetae consilio aberrari si quis hic εἰσί suppleat. Admirantis exclamatio est ab accusativo ἐοικότας, qui sedate loquentem decebat, ad nominativum abrepti: sic ut *K*, 437

ἐν δέ σφιν Ῥῆσος βασιλεύς, παῖς Ἠιονῆος,
τοῦ δὴ καλλίστους ἵππους ἴδον ἠδὲ μεγίστους·
λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.

Sic parata videntur quae dici possunt de hoc loco:

ἀμφὶ δέ μιν κλαγγὴ νεκύων ἦν οἰωνῶν ὡς
πάντοσ' ἀτυζομένων· ὁ δ' ἐρεμνῇ νυκτὶ ἐοικώς,

---

*) De verbo post ὡς ὅτε suppleto (ἤριπε δ' ὡς ὅτε πύργος) v. Buttm. lexil. II p. 228.

γυμνὸν τόξον ἔχων καὶ ἐπὶ νευρῇφιν ὀϊστόν,
δεινὸν παπταίνων, αἰεὶ βαλέοντι ἐοικώς.

Qui versus scripti sunt de Aristarcho apud inferos grammaticorum stridentem turbam a corpore suo propulsante: advolant catervae nomen clarissimum coram visurae: at homo laboriosissimus, memor artis collineandi, quam per vitam factitaverat, fronte contracta, intento arcu, indignabundus quantopere Homerum suum neglexerint

πάντα πέριξ φοβέει κριτικῶν ἀμενηνὰ κάρηνα.

Excursus ad p. 41.

Eust. *A*, 20 p. 28 *Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος, ὧν βιβλίον εἰς τὰ τοῦ Ὁμήρου φέρεται.*

Eust. *B*, 764 p. 340, 20

τὸ δὲ ποδώκεας Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος οὐκ εὐλόγως προπαροξύνεσθαι λέγουσι. τὰ γὰρ εἰς υς ὀξυνόμενα, φυλάττοντα ἐν τῇ συνθέσει τὴν αὐτὴν κατάληξιν, ἀναδίδωσι τὸν τόνον, οἷον δριμύς ἄνδριμυς, τραχύς ἄτραχυς· μὴ οὕτω δὲ ἔχοντα, ἀλλὰ τρέποντα τὸ τέλος ἵσταται, φασὶν, ἐπὶ ὀξείας, οἷον ἡδύς ἀηδής, βαρύς ἀβαρής, ἠΐς ἐνηής, βαθύς ἀβαθής· οὕτω γοῦν καὶ ὠκύς ποδωκής, ὥστε κατ' αὐτοὺς καὶ ἡ ποδωκὴς ἵππος ὀξυτόνως ὤφειλε καὶ τὸ πληθυντικὸν ποδωκέας. Τὸ μέντοι ποδώκης Ἀχιλλεὺς οὐ παρασαλεύουσιν οἱ ῥηθέντες, ἀλλά φασιν ὅτι

Herodian. *B*, 764.

ποδώκεας· τινὲς ὡς εὐσεβέας· καὶ οὕτως αἱρεῖ ὁ λόγος, εἴγε καὶ τὸ ποδώκης ὀφείλει ὀξύνεσθαι, καθὸ τὰ εἰς υς ὀξύτονα, φυλάσσοντα ἐν τῇ συνθέσει τὴν κατάληξιν, ἀναδίδωσι τὸν τόνον, δριμύς ἄδριμυς, οὐχ οὕτως δὲ ἔχοντα, ἀλλὰ τρέποντα τὸ τέλος ἵσταται ἐπὶ τῆς ὀξείας, ἡδύς ἀηδής, βαρύς ἀβαρής, ἠΐς ἐνηής. οὕτως οὖν ὤφειλε καὶ τὸ ποδώκης ὀξυτονεῖσθαι γενόμενον ἀπὸ τοῦ ὠκύς. ἀλλά φασιν εἰς ἰδιότητα τοῦ Ἀχιλλέως βεβαρυτονῆσθαι τὸ ποδώκης. παρὰ γοῦν τῷ Ἡσιόδῳ ἀνεγνώκασι „ποδωκὴς δι' Ἀταλάντῃ". τί οὖν ἐπὶ τοῦ Δόλωνος κατὰ βαρεῖαν τάσιν

τὸ ποδώκης Ἀχιλλεὺς εἰς ἰδιότητα τοῦ ἥρως βεβαρυτόνηται.

ἀνεγνώκασι καὶ ἐπὶ τούτου „ὃς δή τοι εἶδος μὲν ἦην κακός, ἀλλὰ ποδώκης“.

Eust. *B*, 765 p. 341.

οἱ μέντοι πρὸ ὀλίγου ῥηθέντες γραμματικοὶ (Apion et Herodorus) ἀπηλεγέως κατακρίνουσι τὸ οἰέτεας ὡς παραλόγως προπαροξυνόμενον λέγοντες ὅτι τὰ εἰς ος οὐδέτερα δισύλλαβα, ποιοῦντα ἐπιθετικὰ σίνθετα εἰς ης λήγοντα, ἐν ὀξείᾳ τάσει ἔχουσιν αὐτά· γένος εὐγενής, κλέος εὐκλεής, θάλος εὐθαλής. ἐχρῆν οὖν, φασί, καὶ περὶ τὸ ἔτος ταὐτὸ γενέσθαι. ἀναγινώσκουσι δὲ καὶ τὸ ἐξετέα ὡς εὐσεβέα.

Herod. *B*, 365.

οἰέτεας ὡς Διομήδεας. ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ σχηματισμοῦ παράλογος ὁ τόνος· τὰ γὰρ παρὰ τὰ εἰς ος λήγοντα οὐ (l. οὐδέτερα) δισύλλαβα συντιθέμενα εἰς ης λήγοντα ἐπιθετικὰ μὴ ἔχοντα τὸ η πρὸ τέλους πάντα ὀξύνεται, εὐγενής, εὐκλεής, εὐειδής. οὕτως δὲ καὶ εὐτειχής. ἐχρῆν μὲν οὖν καὶ τὰ παρὰ τὸ ἔτος τὸ αὐτὸ ἀναδέχεσθαι, νυνὶ δὲ κατὰ βαρεῖαν τάσιν ἀναγινώσκουσιν, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦτο πάλιν καθολικῶς σώζοντες, ἐξετέα γὰρ ἀδμήτην ἀναγινώσκουσιν ὡς εὐσεβέα.

Eust. I, 516 p. 769, 20.

καί φασιν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος ὅτι τὸ ζάφελος προπαροξύνεται λόγῳ τοιούτῳ. τὰ εἰς ος λήγοντα παρὰ τὸ ζα προπαροξύνεται, ζάθεος, ζάκοτος. τὸ δὲ ζαφελῶς περισπᾶται, ἐπεὶ τὰ εἰς λως ἐπιῤῥήματα παραληγόμενα τῷ ε ὡς ἐπὶ πλεῖστον φι-

Herod. I, 516.

ἐχρῆν δέ, εἰ παρὰ τὸ ζάφελος γέγονε, καὶ ζαφέλως ἡμᾶς ἀνεγνωκέναι βαρυτόνως ἢ καὶ ἐκεῖνο κατ᾽ ὀξὺν προφέρεσθαι τόνον. ἀλλὰ μήποτε τὸ μὲν ζάφελος προπαροξύνεται λόγῳ τοιούτῳ, ὡς τὰ εἰς ος λήγοντα συγκείμενα παρὰ τὸ ζα προ-

λεῖ περισπᾶσθαι, οἷον εὐτελῶς ἐπιμελῶς, οἷς καὶ τὸ ζαφελῶς συνεξέδραμε.

παροξύνεται, ζάθεος ζάκοτος. οὕτως ζάφελος. τὸ δὲ ζαφελῶς περισπᾶται, ἐπεὶ τὰ διά τοῦ λως ἐπιῤῥήματα παραληγόμενα τῷ ε ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον φιλεῖ περισπᾶσθαι, ἐντελῶς, ἐπιμελῶς, οἷς καὶ τὸ ζαφελῶς συνεξέδραμε. πρόκειται ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον διὰ τὸ εὐτραπέλως ἰκέλως.

Sed parcam chartis. Eundem plane consensum invenies *Π*, 558 (ubi dicit *οἱ παλαιοὶ ἤγουν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος*) de *ἐξῆλατο*. **I**, 146 (p. 742, 50) de *ἐπιμείλια*. *K*, 67 (p. 790) *ἐγρήγορθαι*. *K*, 134 (794, 20) *οὖλος*. *Λ*, 105 (834, 30) *λύγος;* ubi item patet Herodianeum esse quod de *μόσχος* dicit, sed hoc excidit ex scholiis. *O*, 320 (1017, 60) *κατενῶπα*. *E*, 219 (514) *νώ*.

In aliis particulam aliquam excerpendo omisit, vel paululum immutavit Herodianeae notae ordinem, sed fons ita patet ut nullus dubitationi locus sit, ut *ἀβληχρός Θ*, 178 (705, 60). *ζώς E*, 886 (618, 10). *Ὀλιζών B*, 717 (329, 10), *ἁμαρτή E*, 656 (592) et saepius alibi. Denique in paucioribus nunc scholion Herodiani excidit, sed qui Herodiani librum et colorem novit, nec in his vel levissimae dubitationi locus erit de auctore. E. g. *B*, 267 (267) de *Ἐρυθραὶ* paene totum excidit in Venetis. Excidit de *ἦ δή* et *ἤδη Λ*, 573 (153). *Ὑρτακος N*, 771 (959, 30). De *ἐπειῆ* Eust. p. 118, 30 (*Λ*, 355). Hoc in Herodianeis scholiis est ad *Λ*, 156 (cf. 219 *τιή*). —

p. 1257, 50 (*X*, 74) *Ἡρόδωρος δὲ καὶ Ἀπίων ἐν τοῖς*

εἰς τὸ πι σχολίοις λέγουσι καὶ ὀξυτόνως εὑρίσκεσθαι καρή, cet. Hoc invenies ut decet apud Herodianum *II*, 548.—

Sed in his omnibus Herodianum se legere hoc plane latuit Eustathium. Nam de χείμαῤῥοι sub Apionis et Herodori nomine habet notam

Δ, 452 p. 496, 30, — quae est ad verbum — Herodiani ib.

ὅτι τὸ χείμαῤῥοι, ὡς ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου φαίνεται, Πτολεμαῖος μὲν ὁ Ἀσκαλωνίτης παροξύνει ὡς ἀπὸ τοῦ χειμάῤῥους, ἵνα φέρῃ τὸν τόνον τῆς ἑνικῆς εὐθείας, Νικίας δὲ προπαροξύνει πιθανώτερον ἐκ τοῦ χειμάῤῥοος, ἵνα ἔχῃ συγκοπὴν ἐκ τοῦ χειμάῤῥοοι. λέγουσι δὲ ἐκεῖνοι ὅτι Ὅμηρος τὰ τοιαῦτα ἑνικὰ ἐντελέστερον οἷδε προφερόμενα οἷον Ἑλλήσποντος ἀγάῤῥοος, καὶ στήῃ ἐπ᾽ ὠκυρόῳ ποταμῷ, καὶ ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο βαθύῤῥοον, σπανίως δὲ καὶ τὸ συνηλειμμένον, χειμάῤῥους κατ᾽ ὄρεσφι καὶ πλήθοντι ἐοικὼς χειμάῤῥῳ. Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης παροξύνει, ἐπεὶ τὸ ἑνικόν ἐστι χειμάῤῥους. Νικίας δὲ ὡς εὔζωνοι, καὶ μήποτε πιθανώτερον, ἵνα ἐκ τοῦ χειμάῤῥοος ᾖ γεγονός, εἴ γε μᾶλλον ἐντελέστερον. οἱ δὲ (l. οἷδε δὲ) τὸ ἑνικὸν ἐν τῇ συνθέσει (add. ἐντελέστερον μᾶλλον) ἤπερ τὸ συνηλιμμένον „ὅσσους Ἑλλήσποντος ἀγάῤῥοος“, σήῃ ἐπ᾽ ὠκυρόῳ ποταμῷ, ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο βαθύῤῥοον, ἀψόῤῥόου Ὠκεανοῖο, σπανίως δὲ τὸ ἕτερον. χειμάῤῥους κατ᾽ ὄρεσφιν ὄπαζεν, ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς χειμάῤῥῳ. τὸ μέντοι γε ἁπλοῦν ἀεὶ ἐντελῶς ἀποφαίνεται ῥόος.

Attamen statim pergit Eustathius: ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς ἑτεροῖόν τι λέγει: quae addidit aliud Herodiani opus inspiciens. Sunt de χείμαῤῥος et χειμάῤῥους universe, non de usu Homerico, neque iis quae ad Homerum notata sunt obstant (neque hoc voluit Eusthatius dicens ἑτεροῖον). Eodem modo p. 341 duumvirorum

scilicet nota posita, quae Herodiani est, dicit: *Ἡρωδιανὸς δὲ αὐτοῖς συνδιαγνωμονῶν λέγει**).

Ergo Herodiani notae commentariis Herodori et Apionis, quibus Eust. usus est, continebantur. Item Aristonici:

Eust. *B*, 809. p. 350, 20.	Ariston. *B*, 809.
ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τῷ πᾶσαι πύλαι φασὶν Ἡρόδωρος καὶ Ἀπίων ὅτι ἔμφασιν μὲν ἔχει πολλῶν πυλῶν, μία δέ ἐστι, καὶ ὅτι ἔστι τὸ πᾶσαι ἀντὶ τοῦ ὅλαι.	*πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι· ἡ διπλῆ ὅτι ἔμφασιν ἔχει πολλῶν πυλῶν, μία δέ ἐστι καὶ ἔστι τὸ πᾶσαι ἀντὶ τοῦ ὅλαι.*
Eust. *B*, 599 p. 299, 20.	**Ariston. *B*, 599.**
ἰστέον δὲ ὅτι ἐν τοῖς Ἀπίωνος καὶ Ἡροδώρου φέρεται ὅτι πηρὸν ἐνταῦθα ὁ ποιητὴς κατὰ τοὺς νεωτέρους τὸν τῆς ᾠδῆς πηρωθέντα λέγει. τί γάρ, φασί, βλαβερὸν τῷ Θαμύριδι κιθαρῳδῷ ὄντι εἰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρητο; μᾶλλον γὰρ προσεκτικὸς ἐγίνετο τῇ φωνασκίᾳ.	*ἡ διπλῆ ὅτι πηρὸν οὐ τυφλὸν ἀπεδέξαντο οἱ νεώτεροι. τί γὰρ ἦν αὐτῷ βλαβερὸν κιθαρῳδῷ ὄντι, εἰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερήθη; μᾶλλον γὰρ προσεκτικὸς ἂν ἐγένετο τῇ φωνασκίᾳ. τόν γε δή τοι Δημόδοκον ἡ Μοῦσα ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν.*

Ubi vides iam Eustathium Aristonici scholion corruptum legisse: emendationem indicavimus supra p. 190. Item *Λ*, 385 (851, 40) de *κόρᾳ ἀγλαέ* eadem verba leguntur sub Herodori et Apionis nomine apud Eusthathium, quae sunt Aristonici in scholiis. Item *Δήμητρος τέμενος B*, 696 (324, 20). V. etiam *κρεῖον I*, 206 (747,

---

*) *Φ*, 232 nota est in scholiis de *ὀψὲ δύων*. Cui in fine additum: *ταῦτα ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ ιϑ' τῆς καθόλου*. Eust. ib. p. 232 eandem notam pouit sub Herodori et Apionis nomine. Ergo illa verba „*ταῦτα* .....“ in illo quo usus est exemplo adiecta non erant aut haec etiam in cursu neglexit.

10). σφεδανῶν Φ, 542 (1250, 50). ὁμοίιος Δ, 315 (477). Didymi admonet illud H, 31 (1043, 40) ἡ δὲ τοῦ αἰναρέτη ἀνάγνωσις κατ᾽ Ἀπίωνα καὶ Ἡρόδωρον Ἀριστάρχειός ἐστι. Sed Nicanoris etiam notas in illis commentariis fuisse certum vestigium est:

Eust. Θ, 182 (607, 50)	Nicanor. Θ, 182
de Ξάνθε τε καὶ σύ Πόδαργε καὶ Αἴθων Λάμπε τε δῖε). οἱ δ᾽ αὐτοί φασι καὶ ὡς ψυχρόν ἐστι νοεῖν ἐπίθετα μὲν τὰ δύο, τὰ δὲ λοιπὰ κύρια. ἐπεὶ κατὰ Ἡρόδωρον καὶ Απίωνα οἱ σύνδεσμοι παρακείμενοι χωρίζουσιν αὐτὰ ἀπ᾽ ἀλλήλων, κύρια γὰρ πρὸς ἐπίθετα οὐδέποτε συνδεῖται.	βραχὺ δὲ διασταλτέον καθ᾽ ἕκαστον ὄνομα. κἂν συνάπτηται δὲ τὸ ψυχρὸν ἐκεῖνο οὐ δύναται νοεῖσθαι ὅτι δύο μέν ἐστιν ἐπίθετα, δύο δὲ κύρια, ἐπεὶ οἱ σύνδεσμοι παρακείμενοι χωρίζουσιν αὐτὰ ἀπ᾽ ἀλλήλων. τὰ δὲ κύρια πρὸς τὰ ἐπίθετα οὐδέποτε συνδεῖται.

Ille liber, quo Apionis et Herodori nominibus inscripto Eustathius usus est, in iisdem fundamentis inaedificatus erat quibus codex Venetus. His addita habebat partim eadem, ut de φάλος Κ, 258, partim alia, quae neque nunc sunt in his scholiis nec olim fuisse probabile est v. p. 47, 10 (A, 59). p. 157 (A, 591). p. 474, 30 (Δ, 296). Ultra nunc non progredior.

ἄαπτος 143.
ἀβλής 75.
ἄβρομος 147.
ἀβρότη 156.
Ἀγαμέμνων 179.
ἀγάσσατο 150.
ἀγέρωχος 147.
ἀγήνωρ 148.
Ἀγκών 272.
ἀγκών 152.
ἀγορεύειν 151.
ἄγω 142.
ἀγών 152.
ἄεθλος, ον 151.
ἀεκήλιος 155.
ἀήρ 109. 167.
Ἀθήνη 182.
Αἴας 179. 180.
αἰγίς 192.
αἰδεῖσθαι 150.
αἰδῶ 260.
ἄϊειν 150.
αἰθήρ 167. 174.
αἴθουσα 155.
αἴθοψ 154.
αἶθρη 174.
αἷμα 131.
Αἰνείας 179.
Αἶπυ, acc. 295.
αἰπύς 168.
ἀκάκητα 268.
ἄκνηστις 146.
ἄκμηνός 311.
ἀκοντίζειν 74.
ἀκοστήσας 156.
ἀκούειν 150.
Ἄκτορος 179.
ἀλωή 153.
ἄμαθος 128.
ἁμαρτή 313.
ἀμβροσία 193.
ἀμήχανος 149.
ἀμοιβοί 155.
ἀμφίθετος 155.
Ἀμφοτερός 275.
ἀμυγδάλη 313.
ἀνάγειν 119.
ἀνάπλους 119.
Ἀνδρομάχη 180.
ἀνεκτῶς 310.
ἀνῆκε 150.
ἀνιεμένη 155.
ἀνόπαια 312.
Ἄντεια 181.
ἀντί 121.
ἄξυλος 156.
ἀπαιγίζοντα 155.
ἀπειλεῖν 149.
Ἀπόλλων 181.
ἀποῤῥώξ 310.
Ἄργος 233.
ἀρηγών 316.

Ἄρης 181.
ἄριστοι 155.
ἄριστον 132.
ἅρματα 152.
Ἄρνη 234.
ἀρτιεπής 149.
Ἄσκρη 234.
ἄστρασι 311.
Ἀστυάναξ 180.
ἄτε 162.
Ἀτρεύς 182.
ἄττα 155.
αὖ ἔρυον 155.
αὐΐαχος 147.
αὐτός 154.
αὖτως 155.
ἀφήτωρ 154.
Ἀφροδίτη 181.
Ἀχιλλεύς 177.
ἄχρις 309.
Ἀψευδής 273.
ἄωρος 154.
βαθύκολπος 119.
βάλλειν, βέλος 61.
βασιλεῖς 121.
βεβόλημαι 74.
Βελλεροφῶν 183.
βηλός 310.
Βῆσσα 275.
βλήμενος sim. 80.
βράσσων 150.
Βριάρεως 183.
βρότος 131.
Γανυμήδης 185.
γεγωνεῖν 315.
γεγωνέμεν 107.
γενειάδες 121.
γενναῖος 149.
γέροντες 122.
γλαυκή 149.
γλαφυρός 155.
γνωτός 152.
γράφειν 103.
γύαλα θώρηκος 114.
γυῖα 119.
δαιμόνιος 158.
δαίς 95. 164.
δαιτρεύειν 165.
δαιτυμών 165.
Δάρδανος ία 235.
δειλός 122.
δεῖπνον 132.
δέκτης 155.
δέμας 95.
δεῦρο 139. 140. 153.
δηιοτής 269.
Δημήτριον 235.
δῆμός 311.
διακρίνεσθαι 151.
διαμετρητός 311.
διασκευάζειν 349.
δίδωμι 21.
διερός 57.
δίον 151.
Διόνυσος 183.
διχθαδί' 309.
διώκειν 132. 150.
Δόλοπες 236.
δόρπον 132.
δουπῆσαι 110.
δρῦς 153.
δύνηαι 309.
δυσώδων 262.
δώματα 152.
ἑάων. ἑῆος 121.
ἐγχεσίμωρος 154.
ἔγχος 55.
ἔδνα 155.
ἐθέλειν 150.
ἔθειραι 121.
ἔθων 44.
εἶκειν 150.
Εἰλείθυιαι 184.
εἵλυτο 265.

εἶρυτο 265.
εἵσατο 150.
εἴσω 183.
Ἐκάβη 185.
ἔκαθεν 141.
ἔκλιναν 154.
ἐλαύνειν 77.
Ἑλένη 185.
Ἐλεών 272.
Ἑλλάς 233.
ἕλωρ 110.
ἔμπης 144.
ἐμπλήγδην 154.
ἐναίρειν 148.
ἔναρα 147.
ἐναρίζειν 148.
ἔναυλοι 152.
ἐνδιασκευάζειν 350.
ἔνδον 138.
ἔνεσαν 309.
ἐνοπή 152.
ἐντεα 147.
ἐντυπάς 155.
Ἐνυάλιος 184.
Ἐνυώ 184.
ἐξαῦτις 161.
ἐξεναρίζειν 148.
ἔπάρουρος 115.
Ἔπειοί 236.
ἐπιίστωρ 116.
ἔπειτα 153.
ἐπητής 155. 312.
ἐπιβούκολος 115.
ἐπιβώτωρ 116.
ἐπίηρα 118.
ἐπίθημα 153.
ἐπίληθος 310.
ἐπιμάρτυρος 116.
ἐπιμελλια 117.
ἐπιμῆνις 118.
ἐπιμίξ 309.
ἔπίουρος 114.
ἐπίσκοπος 310.
ἐπίστασθαι 150.
ἐπιστάμενος 154.
ἐπιτρέχειν 132.
ἐπιφρίξ 117.
Ἐρινύς 185.
Ἑρμῆς 186.
ἕρμις 154.
ἔρδειν 100.
ἐρύουσι 312.
ἑταῖρος 122.
εὐνομίη 364.
(εἶραι 147.)
εὐρύοπα 268.
εὐρύς 168.
Εὔῤῥυτος 185.
εὔχεσθαι 150.
ἔφην 154.
Ἐφύρα 236.
Ἐχινάδες 236.
ζαφελῶς 267.
Ζεύς 191.
ζῶμα 125. 126.
ζώνη 126.
ζωστήρ 125.
ἦ 104.
Ἥβη 185.
ἠγορόωντο 155.
ἠθεῖε 154.
Ἠλεῖοι 236.
Ἡρακλῆς 186.
ἦρως 108.
Ἥφαιστος 186.
ἠῶ 260.
ἠώς 153.
Θαμειαί 268.
Θάμυρις 190.
θαυμάζειν 149.
θεῖνειν 80.
θέμιστες 152.
Θέτις 190.
Θρύον 241.

θύειν 92.
Θυέστης 182.
θύραι 129.
θυρεός 158.
θύρη 159.
θώων 261.
ἰαύειν 151.
ἰάχων 315.
ἰγνύη 313.
ἰδέαι 55.
ἰθύς 103.
Ἴλιος 242.
ἰόεις 146.
ἰόμωρος 154.
ἰονθάς 154.
ἱππηλάτα 112.
ἱππότα 112.
Ἰρή acc. 303.
ἴσχειν 105.
Ἴτων 272.
ἰῷ 309.
καλάμη 154.
καμινώ 154.
καμμονίη 112.
Κάρησος 271.
ἐν καρὸς αἴσῃ 154.
κασίγνητοι 152.
καταθύμιος 149.
καταλοφάδια 152.
κατένωπα 311.
κεῖθι 138.
κεῖσε 138.
κέρῃ 154.
κέρας 154.
κερδαλέος 123.
κερδαλεόφρων 157.
κέρδιστος 123.
κερτομεῖν 120.
κεστός 193.
κῆλα 154.
κήτειοι 155.
κιβωτός 152.
κλίσιον 154.
Κλυταιμνήστρα 183.
κλυτόπωλος 155.
κοιμᾶσθαι 120.
κόλπος 152.
κόνις 152.
κόπρος 152.
κοτύλη 155.
κουρίξ 154.
κραναή 237.
κρατευτάων 154.
κρείσσων 123.
κρήγυον 155.
κρημνός 129.
κρῖ 155.
Κρῖός 295.
κρόσσαι 231.
Κύκλωψ 183.
κυλίνδει 315.
κυλίνδων 315.
Κυλλήνη 234.
κυλλοπόδιον 309.
κυνέη 153.
κωφός 124.
λαβέ 313.
λαισήια 156.
λάρναξ 152.
λάων 154.
λέγεσθαι 150.
λευγαλέος 113.
ληΐζεσθαι 198.
ληΐς 309.
ληῖτις 198.
λιχριφίς 155. 311.
λῖν 266.
λίνος 155.
λίς 266.
λιτί 309.
λόφος 152. 155.
Λυδοί 237.
Λυκίη 237.
μάρπτειν 115.

μάσταξ 45.
μάχαιρα 98.
Μέγην 310.
μείρεσθαι 154.
μέλαν δρυός 155.
μέλεον 103.
μέλλω 124.
Μενεσθῆν 310.
μεσόδμαι 154.
μέσσαυλος 153.
Μέσση 241.
μετάγγελος 115.
μεταδόρπιος 134.
μεταλαμβάνω 22.
μετασκευάζειν
μῆλα 108.
μῆνις 137.
μητίετα 268.
μισεῖν 150.
μογοστόκος 309.
μορόεντα 155.
Μοῦσαι 186.
μύκε 155.
Μυκήνη 241.
νεικεῖν 155.
νέον 153.
νήδυμος 155.
Νηλεύς 186.
νηλίτιδες 154.
Νημερτής 273.
Νιόβη 187.
νοσώδων 262.
ὀαρίζειν 155.
Ὀδυσσεύς 187.
Οἰδίπους 187.
οἶκος 152.
ὀκνεῖν 154.
Ὀλύμπιοι 191.
Ὄλυμπος 169.
ὅμιλος 147.
ὀμφή 97.
ὅμως 159.
ὀνείατα 152.
ὀνομάκλυτος 311.
ὀνόσασθε 155.
ὀξυβελής 79.
ὅπλα 152.
ὁπλότερος 183.
ὄρθια 155.
ὅσσα ὄσσεσθαι 96.
οὐλη κόμη 309.
οὕνεκα 69. 153.
Οὐρανίωνες 191.
οὐρανός 167.
οὐρεύς 154.
οὖρος 154.
οὐρός 275.
οὐτάζειν 16.
οὐτάμενος 263.
ὄχθη 129.
ὄψον 153.
Παιήων 181.
πάλιν 100.
παλίωξις 154.
παναίολος 154.
Πανέλληνες. 233.
πανόψιος 155.
παρακοίτης 116.
παρήορος 149.
παρθένιος 136.
Πάρις 187.
παροίτερος 149.
πάρουρος 116.
πᾶς 130.
Πάτροκλος 188.
Πείραιος 306.
Πείρων 311.
περιῤῥηδής 157.
περιωπή 153.
πέφνων 264.
Πήδαιος 306.
Πηλεύς 188.
πινυτή 311.
πλεῖστος 272.

πλήσσειν 79.
πλωτή 154.
ποινή 152.
ποιπνύειν 109.
ποθή 309.
πολύαινε 155.
Πολυδώρα 178.
πονεῖν πόνος 86.
Ποσειδῶν 188.
πρόβατα 108.
προθέλυμνα 155.
πρόμος 109.
προπάροιθε 121.
προτέρω 153.
πρυλέες 123.
πρύμνος 321.
πρῶτος 149.
πτερύγος 312.
πύλαι 129.
Πύλαῖος 295. 307.
πυνθάνεσθαι 151.
πυρετός 154.
ῥέθη 153.
Ῥόδος 188.
Σάμη ος 238.
Σαμοθρᾴκη 238.
Σειρῆνες 190.
Σελλήεις 239.
Σελλοί 239.
σησαμῆ 313.
Σίντιες 240.
Σκάμανδρος 239.
σκέπτεσθαι 150.
σκότιος 136.
Σκύλλα 189.
σκῶλος 155.
σπεύδειν σπουδῇ 122.
σπιδέος 156.
στενάχων 314.
στένεται 155.
στεῦται 106.
στεφάνη 155.
στόμαχος 153.
στρεπτὸς χιτών 155.
στυγεῖν 150.
συμφερτή 155.
συνώμεθα 155.
σχεδόν 100.
σχολικός 21.
σῶμα 95. 164.
Τάρταρος 177.
ταρφειαί 268.
τάφος 153.
τάχα 101. 161.
τέλος 152.
τέμενος 153.
τένων 153.
τέρσεσθαι 131.
τέττα 155.
Τήλεφος 190.
τίκτειν 158.
τιμή 153.
τλήμων 99.
τοῖον 44.
τόσον 44.
τρεῖν 91.
τρίγληνα 155.
Τρῶες 240.
Τρῳΐλος 190.
τύπτειν 62. seq.
ὑγιείς 314.
Ὕδη 237.
ὑλακόμωρος 154.
Ὕλη 237.
ὕπαιθα 123.
ὑπερφίαλος 148.
ὑπιωγή 118.
ὑποδμώς 115.
ὑποδρηστήρ 115.
ὑπόκυκλα 117. 118.
ὑφηνίοχος 115.
ὑψιπέτης 315.
φάλος 155.
φάος 55.

φέβεσθαι 89.
Φειαί 242.
φέρω 142.
φῆ 104.
φιλεῖν 150.
Φιλοκτήτης 188.
φλέγμα 153.
φοβεῖσθαι φόβος 89. 163,
φράζειν 93.
φρίξ 68.
Φρυγία 238.
φυλακός 309.
φῦζα 91.
φωριαμός 309.
χαράδρα 309.
Χάριτες 183.
χάρμη 155.
χειά 146.
χέραδος 155.
χέρνιβον 155.
χηραμός 155.
χόλος 137.
χορός 153.
χυτὴ γαῖα 109.
χώεσθαι 147.
ψάμαθος 128.
ψύχειν 131.
ὧδε 85.
Ὠκεανός 177.
ὠμηστής 311.
ὡς 161.
ὡς ὅτι 34.
ὥστε 160.
ὠτειλή 96.

Addenda et Corrigenda.

p. 38. de Senacherimo omissum (quod commissum nollem) unum quod contra rem valere possit argumentum. Quod primum cum de re cogitabam mihi leve visum ita contemseram ut inter scribendi ardorem quasi contumacia adesse nollet. Scilicet ex cod. Moscuensi „Leidensi in omnibus simili“ (Matth. Synt. XIII.) Senacherimi scholion editum est, ap. Bekk. Ω, 24, Matth. p. 98. (Quae praeterea Matth. edidit scholia iis careo). Hinc non potest non suspicio esse hunc cod. recentissimo tempore ex Leidensi descriptum esse et errasse Matthaeum cum dicit „Saeculi XIV. ut videtur.“ Nam et ceteroquin res nimium probabilis nec habent haec tum communes fontes BD, tum hinc derivati Lips., Vict.

De dissertatione secunda non superfluum fuerit monere, me singulas voces ab Aristarcho tractatas explorasse et probari mihi nisi quid in contrariam partem additum sit. —

Omisi in his vocab. *πάσασθαι*. Docet Athenaeus p. 24 hoc apud Homerum esse *γεύσασθαι*, non edere ad satietatem, ut apud recensiores inveniatur. Aristarcheam esse observationem patet ex sch. I. v. 222.

p. 68. v. 26 male scripsi quae parenthesi continentur, quae perinde scripta sunt quasi verbum *διαίνειν* Homerus non norit. Quod non est ita.

p. 134 not. Cf. Geist disqu. Hom. IV in Iahn. Suppl. I, 4 p. 605. Is commemorat *ἐπήρετμος*.

142 *εἴσω δώματος*. Non debebam praetermittere locum *η*, 135 *καρπαλίμως ὑπὲρ οὐδὸν ἔβησατο δώματος εἴσω*. Putabam in hoc versu *δώματος* trahi posse ad *οὐδόν*. Attamen lectorum iudicio subiiciendus erat.

p. 160 v. 7. *ν*. 405. Add.: et *ο*, 39.

p. 192 Zeus. Hic potest addi *Δ*, 59 *καὶ γὰρ ἐγὼ θεός εἰμι, γένος δ' ἐμοὶ ἔνθεν ὅθεν σοί· καί με πρεσβυτάτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης, ἀμφότερον, γενεῇ τε καὶ οὔνεκα σὴ παράκοιτις κέκλημαι·* Schol. A *πρεσβυτάτην τιμιωτάτην νῦν· πλαγιασθεὶς δὲ ἐντεῦθεν Ἡσίοδος νεώτερόν φησι τὸν Δία* (Th. 454 Be). *ἄλλως· ὅτι οὐ κατ' ἡλικίαν λέγει, ἀλλ' ἐν τιμῇ.* — ? — Ad Mythologica hoc etiam pertinet *Ξ*, 14 *ὅτι οὐ κατὰ τοὺς τραγικοὺς ἐν Ἐλευσῖνι μετηνέχθησαν οἱ περὶ τὸν Καπανέα.*

p. 183 s. Cyclopes. Pro Cyclopem l Polyphemum.

p. 191 s. Uraniones. Lege sic: distinguuntur; Olympii nunquam Deorum genus, cet.

p. 238 post *Μέσση* haec exciderunt: Oechalia. Apud Homerum urbs Thessaliae *B*, 696. 730. Si nihil aliunde transfers ad Homerum non potest aliter iudicari. At v. Müllerum Dor. I p. 513. Orch. 368. Tempora mutantur et nos mutamur in illis.

p. 267 *ζαφελῶς*. Add. Herod. I, 516. Unde patet me falso iudicasse in nota de scholio Et. M.

p. 267 v. 7. quattuor 6. L. tria.